3. Itaque exposita nominali ecclesiae definitione disseremus primum de ecclesiae institutione facta per divinam institutionem ministerii apostolici, praecipue primatus sancti Petri, ideoque etiam de discrimine ecclesiae novi testamenti ab ecclesia oeconomiae veteris, secundo de ecclesiae fine, supernatural! indole, necessitate, perpetuitate, deinde de ecclesiae perenni constitutione hierarchica deque successione in primatu, praeterea de vi et ratione auctoritatis ecclesiasticae, nominatim de primatus

potestate in ecclesiam vel dispersam vel in conciliis collectam et de docendi potestate infallibili, tum de ecclesiae relatione ad externa, post de ecclesiae visibilitate reliquisque proprietatibus, i. e., de unitate cum quaestione cohaerente de ecclesiae membris, de ecclesiae sanctitate, catholicitate, apostolicitate, mox et de notis, quibus ecclesia Christi vera discernatur, ad extremum de reali ecclesiae definitione ex disputatis colligenda. Hinc jam statuitur

Thesis Γ. *Nominis ecclesiae sensus cum sit multiplex,* 12
significatione tamen ex loquendi usu maxime, jam propria vocabulo ecclesiae directe designatur coetus continens omnes eos, qui Deo vocante ad ipsum Deum Christiana religione vel sanctimonia colendum in terra convenerunt.

Declaratio. Ut sciatur, quaenam sit res, de qua disceptandum est, a definitione nominali pro significatione vocis determinanda tractatum exordimur. Realis enim definitio, ut paulo ante diximus, ipsius disputationis fructus erit. Quamquam nomen ecclesiae, cum sit impositum a Deo habente perspectam virtutem et nominis et rei nominandae, non potest definiri, quin simul aliqua ipsius rei definitio proferatur, saltem incompleta. Porro praesentem thesim ex fontibus imprimis sacris omnino manifestam ita reddimus, ut prius sensum vocis varium, tum pervulgatum ostendamus.

Demonstratio p. I. Ecclesia (graece *εκκλησία,* hebraice 13
per etymologiam quidem venit a verbo *εν.καλέω,* evoco. Unde derivatur i'zzZ»;o/c, significans evocandi seu convocandi actum, et ulterius rzzZi-σ/α, exprimens sensu objectivo et concreto terminum ex convocationis actu prodeuntem, i. e., ipsos convocatos. Itaque vi vocis

1. generalissime ecclesia ex usu tum sacro tum profano est evocatorum coetus. Proinde significatur multitudo aliqua, et ea quidem naturae rationalis, utpote quae sola evocationis proprie dictae capax sit; praeterea significatur quaedam unitas illius multitudinis, significatur item modus unitatis efficiendae, situs videlicet neque in natura neque in pacto, sed in vocatione; adsignificatur saltem indeterminate aliquis, a quo evocatio fiat, nec non finis quispiam communis, ad quem eadem

ordinetur et quo secluso conventus rationabilis non foret, Jam vero forma unitatem praebens et tinis et consequenter coetus, qui est ecclesia varius esse potest, sive profanus, ut politicus, isque vel bonus vel malus, sive religiosus. Ex ipsis sacris litteris huc referas v. g. *Dent* 18, 15. 16: „Prophetam de gente tua et de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, ut petisti a Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est“, i. e., *rfi* ïJc rzzZnm.-r. ut LXX vertunt illud b1'Z; *Jnd* 20, 2: „Omnesque anguli populorum, et cunctae tribus Isrqel in ecclesiam populi Dei convenerunt quadringenta millia peditum pugnatorum;" *Ps.* 25, 5: ..Odivi ecclesiam malignantium: et cum impiis non sedebo;" *l Mach* 5, 16: „Ut audivit autem Judas et populus sermones istos, convenit ecclesia magna cogitare, quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, et expugnabantur;" *Act* 19, 32: „Alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa; et plures nesciebant, qua ex causa convenissent;" *Eccli.* 21, 20; 23, 34; 26, 6 (secundum LXX); 33, 19; 38,37; *l Mach* 3, 13; 14, 19; *Act* 19, 39. 40. — Eodem spectat auctorum profanorum illud *Iv.v,ληοίιη· ποιεί*, σννάγει*, ôiôôrai* etc; videsis *Thucydidis* hist. 1, 139; 2, 60; *Polybii* hist. 4, 34.

14 2. Sensu strictiore ecclesia vocatur solus coetus ille, cujus forma et finis religiosus est seu cultus Dei, isque verus proindeque pro ordine praesente supernaturalis. Qui tamen sensus et ipse aliam et aliam admittit extensionem. Et latissime quidem secundum significationem hanc ecclesia dicitur universitas illarum creaturarum rationalium, quae saltem professione verae fidei in via et visione ipsa beatifica in termino tamquam membra subsunt Christo capiti et in Christo cum Deo uno et trino et in Christo et Deo inter sese conjunguntur: cf. *i Jo* 1, 3. Patet, ecclesia sic accepta non modo fideles adhuc in corpore degentes et animas justas, poenis purgatorii mundandas, sed etiam sanctorum jam consummatorum ordines ipsosque beatorum angelorum choros comprehendi. Nimirum sensu explicato ecclesia tum militans et patiens tum triumphans in com plexu intellegitur. & I

15 Ecclesiam ita plene sumptam exhibet apostolus scribendo *Col* 1, 18—20: „Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse

primatum tenens; quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt"; cf. *Eph* 1, 10. Idem s. Paulus cum sociis ecclesiae in terris constitutae jungit ecclesiam caelestem dicens *Heb* 12, 22—24: „Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, et judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum, et testamenti novi mediatorem Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel"; cf. *Eph* 2, 19 ss. Similiter *Apoc* 21, 2—4 praeter ecclesiam triumphantem directe significatam ecclesia militans saltem adsignificatur ita: „Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam, descendentem de caelo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus: et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt." Vicissim terminus perfectionis, ad quem ecclesia militans tendit, connotatur *Eph* 4, 11—13: .,Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi"; *Eph* 5, 25—27: „Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata".

Ad rem ita loquitur s. *Augustinus* (enchir. c. 61. 62. n. 16; 16
1/40, 261): „Non . . pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro angelis fit, quidquid hominum per ejus mortem redimitur et liberatur a malo, quoniam cum eis quodammodo redit in gratiam, post inimicitias, quas inter homines et sanctos

angelos peccata fecerunt; ex ipsa hominum redemptione ruinae illius angelicae detrimenta reparantur, Et utique noverunt angeli sancti docti de Deo, cujus veritatis aeterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius civitatis exspectet. Propter hoc ait apostolus ‚instaurari omnia in Christo, quae in coelis sunt, et quae in terris, in ipso' (Eph 1, 10). Instaurantur quippe quae in coelis sunt, cum id, quod inde in angelis lapsum est, ex hominibus redditur; instaurantur autem quae in terris sunt, cum ipsi homines, qui praedestinati sunt ad aeternam vitam, a corruptionis vetustate renovantur. Ac sic per illud singulare sacrificium, in quo Mediator est immolatus, quod unum multae in lege victimae figurabant, pacificantur coelestia cum terrestribus, et terrestria cum coelestibus. Quoniam, sicut idem apostolus dicit, ‚in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris sunt, sive quae in coelis' (Col 1, 19. 20).“ Pulchre amplissimam civitatem illam unam supernaturalem idem s. doctor verbis hisce celebrat (in Ps 36. serm. 3. n. 4; **J/** 36, 385): „Caput nostrum Christus est; corpus capitis illius nos sumus (1 Cor 12, 27; Eph 4, 15). Numquid soli nos et non etiam illi, qui fuerunt ante nos? Omnes, qui ab initio saeculi fuerunt justi, caput Christum habent Illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse jam credimus; et in ejus fide et ipsi sanati sunt, in cujus et nos: ut esset et ipse totius caput civitatis Jerusalem, omnibus connumeratis fidelibus ab initio usque in finem, adjunctis etiam legionibus et exercitibus angelorum, ut fiat illa una civitas sub uno rege, et una quaedam provincia sub uno imperatore, felix in perpetua pace et salute, laudans Deum sine fine, beata sine fine.“

17 Huc pertinent et hymni dedicationis ecclesiae in *Breviario romano,* et doctrina expressa *Catechismi romani* (p. 1. c. 10. n. 5. 6.): ^Ecclesiae . . duae potissimum sunt partes, quarum altera triumphans, altera militans vocatur. Triumphans est coetus ille clarissimus et felicissimus beatorum spirituum, et eorum, qui de mundo, de carne, de iniquissimo daemone triumpharunt, et ab hujus vitae molestiis liberi ac tuti aeterna beatitudine truuntur. Militans vero ecclesia est coetus omnium fide*

Hum, qui adhuc in terris vivunt; quae ideo militans vocatur, quod illis cum immanissimis hostibus, mundo, carne, satana, perpetuum sit bellum. Neque idcirco tamen duas esse ecclesias censendum est; sed ejusdem ecclesiae, ut antea diximus, partes duae sunt, quarum una antecessit, et coelesti patria jam potitur, altera in dies sequitur, donec aliquando cum Salvatore nostro conjuncta in sempiterna felicitate conquiescat.u

Rationem, qua ecclesia illa una sit, s. *Thomas* sic proponit is (S. 3. q. 8. a. 4): „Ubi est unum corpus, necesse est ponere unum caput. Unum autem corpus similitudinarie dicitur una multitudo ordinata in unum, secundum distinctos actus sive officia. Manifestum est autem, quod ad unum finem, qui est gloria divinae fruitionis, ordinantur et homines et angeli. Unde corpus ecclesiae mysticum non solum consistit ex hominibus,
I sed etiam ex angelis. Totius autem hujus multitudinis Christus est caput, quia propinquius se habet ad Deum et perfectius participat dona ipsius, non solum quam homines, sed etiam
i quam angeli, et de ejus influentia non solum homines recipiunt,
I sed etiam angeli; dicitur enim Eph 1, 20 ss, quod ‚constituit
I eum', scilicet Christum, Deus Pater ‚ad dexteram suam in coe-
I lestibus supra omnem potestatem, principatum, et virtutem, et
; dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro: et omnia subjecit sub pedibus ejus*. Et ideo Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum. Unde et Mat 4, 11 legitur, quod .accesserunt angeli, et ministrabant eiiU. — Hinc denique ecclesia nunc descripta coetus idem est, qui solet appellari communio sanctorum, recte quidem ideo, quod membra talis coctus saltem professione fidei cum sanctis uniuntur, sanctitatis aliquid participant, ad ipsam perfectam sanctitatem ordinantur; cf. *Act* 9, 32; *Rom* 1,7; 12, 13; 15, 25. 26. 31. etc; *Cafechismi romani* 1. c. n. 15.

3. Minus late nomine ecclesiae intellegitur tantummodo collectio supernaturaliter religiosa hominum militans, sive jam post Christum vel in statu legis gratiae, sive ante Christum;
pro quo altero stadio iterum distinguitur status ecclesiae sub lege, quam naturae dicunt, et sub lege scripta. Quo sensu
s, *Gregorius AI.* scribit (1. 5. ep. 18. ad Joannem episc. constantinop.; *M TI,* 740): „Sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini, in mem-

bris sunt ecclesiae constituti.4 — Sic et accipias *Roni* 3, 23—26: „0mnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemtionem, quae est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiae ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus, et justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi4 ; et *He.b* 9, 15: vEt ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemtionem earum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis".

20 4. Aliquando non populus Dei militans simpliciter, sed Israel populus Dei peculiaris, tamquam pars ecclesiae ante Christum eminens, vocabulo ecclesiae insignitur. Ita fit praesertim in vetere testamento, ut *Num* 19, 20: „Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiae4; 20, 4: „Cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem, ut et nos et nostra jumenta moriamur?4; *Deui* 23, 3: „Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini, in aeternum4; 23, 1. 2. 8 etc. In ipso testamento novo vide *Act 'I,* 38.

21 5. Nomine ecclesiae saepissime designatur coetus religiosus hominum omnium illorum, qui Christo Jesu, Verbo jamjam incarnato, vel legatis ab eodem missis in hac terra pro suo quique tempore vel adhaeserunt vel adhaerent vel adhaerebunt. Exempla obvia sunt et brevi afferentur; est enim significatio ista vocis ea, quam ut jam maxime propriam in parte thesis altera vindicabimus.

22 G. Ille tamen ipse novi testamenti coetus coalescit hinc ex iis, qui docent, regunt, administrant sacra, inde ex iis, qui docentur, reguntur, sacramenta suscipiunt. Idcirco ecclesiae appellatione exprimitur nonnunquam ecclesia sola docens vel regens alios, ut pars principalis et continens totum ; sint documento verba ipsa Domini *Mat* 18, 15—17 : „Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quodsi non

audierit eos, dic ecclesiae: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus"; ubi quidem conferatur sequens v. 18: „Arnen, dico vobis: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo; et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo". Interdum vero ecclesia sola discens designatur, ut *Aci* 15, 4: „Cum autem venissent Jerosolymam, suscepti sunt ab ecclesia, et ab apostolis et senioribus, annuntiantes, quanta Deus fecisset cum illis"; et v. 22: „Tunc placuit apostolis et senioribus cum omni ecdesia, eligere viros ex eis, et mittere Antiochiam cum Paulo et Barnaba Judam, qui cognominabatur Barsabas, et Silam, viros primos in fratribus".

7. Praeter principium distinctionis petitum ex membrorum 23
gradu exstat aliud, quod unius et ejusdem ecclesiae militantis distributione in partes plures singulas per orbem terrae jam diffusas et organice inter se conexas constituitur; quae quidem distributio ex ipsa divini fundatoris institutione oritur secundum illud Pauli *Aci* 20, 28: nAttendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo"; cui congruit illud *l Pet.* 5, 1. 2: ^Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi passionum, qui et ejus, quae in futuro revelanda est, gloriae communicator: pascite qui in vobis est gregem Dei". Porro coetus illi particulares sicut ecclesiae universalis imaginem prae se ferunt, ita ecclesiae nomen et ipsi sortiuntur. Oua ratione memorantur numero plurali ecclesiae, particulares scilicet, ut *Aci* 15, 41: .„Perambulabat autem (Paulus) Syriam et Ciliciam, confirmans ecclesias"; 16, 5; *Rom* 16, 4. 16; */ Cor* 7, 17; 14, 33; 16, 1. 19 etc; vel ecclesia dicitur cum addito, ut, quae erat Jerosolymis, Antiochiae, in Cenchris, Corinthi, laodicensium, thessalonicensium, Ephesi; videsis *Aci* 8, 1; 13, 1; *Rom* 16, **'I;** *l Cor* 1, 2; *Coi* 4, 16; *l Thes* 1, 1; *Apoc* 2, 1 etc. — Quocirca s. *Augustinus* narrat (brevic. collât. 3. cum donatistis c. 10. n. 20; **J/** 43, 635): „De ipso quoque numero, quoniam donatistae scripturarum testimonio unam ecclesiam commendaverunt, velut contra duas quas catholicos affirmasse jactabant, responsum est a catholicis, etiam multas ecclesias in scripturis inveniri dictas, et septem, ad quas Joannes scribit (Apoc 1, 4), quae tamen multae illius unicae

membra esse intelfigerentur, ut hinc appareret, inulto minus sibi debere objici duas, cum eamdem ipsam unam dixerint non talem nunc esse, qualis in resurrectione futura esset, quandoquidem apostolicis litteris non objiciantur multae ex quibus ipsa una constaret-. — Imino et domestica ecclesia nominatur AW 16, 5; *l Cor* 16, 19; *Coi* 4, 15; *Philem* 2 Similiter coetus fidelium plurium vel pauciorum in unum locum actu congregatus aliquoties ecclesia appellatur; quod quamvis maxime notetur in vetere testamento, ut *3 Reg* 8, 14. 22. 55; *l Par* 29, 20; 2 *Par* 7, 8 etc, occurrit tamen etiam in novo testamento, ut *l Cor* 11, 18: «Primum quidem convenientibus vobis in ecclesiam audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo-, collato quidem v. 20: «Convenientibus ergo vobis in unum jam non est dominicam coenam manducare4 ; eodem referas v. 22; 14, 19. 28. 34. 35. Unde metonymice, ut jam *Judith* 6, 21, eadem voce ecclesiae designatur locus, ubi evocati continentur.

Demonstratio p. II. conficitur 1. ex scriptura. Sane in novo quidem testamento vocabulum ecclesiae vix uspiam sonat aliud ac coetum omnium eorum, qui Filio Dei jam in terris viso et cum hominibus conversato et ministerio apostolico per ipsum instituto (cf. *Mal* 28, 18—20), proinde in hac vita, adhaeserunt; idque saltem valet, ubi non apponitur particula quaedam explicans vel restringens ad sensum minus amplum superius (n. 22. 23) propositum, sive illa est expressa sive ex contextu facile supplenda. Xamque pro exemplo Christi, qui societati a se super Petrum apostolum fundandae nomen ecclesiae ipse sollemniter imposuit (JAz/ 16, 18·, in sacris paginis novi testamenti coetus universus, praedicantibus apostolis collectus, solet dici ecclesia, vel simpliciter et fere cum articulo, vel cum addito honorifico ecclesiae Dei. Resume illud *ActlA* 28: «Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei *(τψ· 1v.·/.λησϊαν τον* quam acquisivit sanguine suou. Ad hoc legimus *1 Cor* 12, 28: «Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia *(tr w./.rpia)* primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum4; *Eph* 3, 10: «Ut innotescat principatibus et potestatibus in caelestibus per

ecclesiam *(ôtà τη* AζζZ/σ/α) multiformis sapientia Dei“. Adde v. 21; 5, 23-25. 29. 32; 6bZ 1, 24; *1 Tim* 3, 15.

Porro quotquot homines adulti coetui eidem adjunguntur 25
vel fideliter adhaerent, a Deo sunt per gratiam vocati; quod constat ex verbis Domini *Jo* 6, 44. 45: „Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, et ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me“. Idem testatur s. Petrus *Act* 2, 39: „Vobis enim est repromissio, et filiis vestris et omnibus, qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus nosteru. Et s. Paulus scribit 6vzZ 1,6: .,Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud evangelium“; *1 Thes* 2, 12: rDeprecantes vos et consolantes, testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam". A7ide etiam *Eph* 1, 18; *1 Pet* 2, 9.

À'ocantur enimvero, quicumque in ecclesiam arcessuntur, 26
ad opus supernaturale, i. e., ad fidem et justificationem vel sanctitatem in salute sempiterna consummandam, cujusmodi piis vinculis ad Deum colendum supra quamlibet potentiam et postulationem creaturae per Christum religantur. Quo pertinent illa Servatoris apud *Jo* 6, 29. 35. 40. 47: „Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille . . Qui venit ad me, non esuriet, et qui credit in me, non sitiet unquam . . Haec est autem voluntas Patris mei, qui misit me: Ut omnis, qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die . . Oui credit in me, habet vitam aeternam“. Concinunt haec apostoli *1 Cor* 1, 1. 2. 9: „Paulus vocatus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater, ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi . . Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus, Jesu Christi Domini nostri“. Et *1 Thes* 4, 3. 7: „Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra . . Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem". Et *2 Thes* 2, 12. 13: -Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, ' fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus et in fide veritatis, in qua et

vocavit vos per evangelium nostrum in acquisitionem gloriae Domini nostri Jesu Christi". Similiter apostolorum princeps docet *1 Pel* 2, 9: „Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum4. Et 5, 10: nDeus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque4. Ad haec videas *Rom* 1, 6. 7; 8, 28—30; 9, 24—26; *Gal* 1, 6; *Eph* 1, 18; 4, 1 ss; *1 Thes* 2, 12; *1 Tim* 6, 12; *1 Pel i,* 20 ss; 3, 9.

27 2. Modo loquendi librorum divinorum respondet ecclesiasticus seu traditionis, per quem voce ecclesiae simpliciter enuntiata nec saltem ex adjunctis ad conventum sacrum particularem locumve huic destinatum exprimendum coartata designatur universa collectio eorum, qui, gratiae utique divinae vocanti obsequentes, Deum Christianae religionis professione in hac terra, seu adhaerentes ministerio per Christum ordinato, colunt. Ouem sensum sub ecclesiae nomine subici, liquet ex omnibus effatis Patrum illis, quibus exhibent ecclesiam ut a Christo ipso conditam et per apostolos eorumque successores congregatam atque gubernatam. Ita v. g. loquitur s. *Augustinus* (in Jo tr. 9. n. 10; *M* 35, 1463): „Reliquit (Christus) Patrem, non quia deseruit et recessit a Patre, sed quia non ea in forma apparuit hominibus, in qua aequalis est Patri. Quomodo reliquit matrem? Relinquendo synagogam judaeorum, de qua secundum carnem natus est, et inhaerendo ecclesiae, quam ex omnibus gentibus congregavit . . Dormit Adam, ut fiat Eva: moritur Christus, ut fiat ecclesia. Dormienti Adae fit Eva de latere (Gen 2, 21 ss): mortuo Christo lancea percutitur latus (Jo 19, 34), ut profluant sacramenta, quibus formetur ecclesia4. — Huc spectat et illud s. *Ambrosii* (in Ps 40. n. 30; 3/ 14, 1082): „Ubi . . Petrus, ibi ecclesia4. — Spectat quoque, quod jam s. *Cyprianus,* quamvis pro causa non bona defendenda, scripsit (ep. 73. ad Jubajan. n. 7; J/ 3, 1114): „AIanifestum est autem, ubi et per quos remissa peccatorum dari possit, quae in baptismo scilicet datur. Xam Petro primum Dominus, super quem aedificavit ecclesiam et unde unitatis originem instituit et ostendit, potestatem istam

dedit, ut id solveretur in coelis, quod ille solvisset in terris[1]). Et post resurrectionem quoque ad apostolos loquitur dicens: ‚Sicut misit me Pater, et ego mitto vos*. Hoc cum dixisset, inspiravit, et ait illis: ‚Accipite Spiritum sanctum. Si cujus remiseritis peccata, remittentur illi; si cujus tenueritis, tenebuntur* (Jo 20, 21 ss). Unde intelligimus, non nisi in ecclesia praepositis et in evangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare et remissam peccatorum dare, foris autem nec ligari aliquid posse nec solvi, ubi non sit, qui aut ligare possit aliquid aut solvere**. Ad haec vide et ep. 69. ad Florentium Puppian. n. 8; JZ 4, 405. 406. — Secundum sensum explanatum ecclesia in ipsis symbolis directe quidem accipitur et a communione sanctorum deinceps proposita distinguitur. — Quibus et accedit usus consentaneus loquendi theologicus.

Idem confirmari potest voce, quae pro ecclesiae verbo 28
adhibetur in lingua tum germanica, ubi dicitur *Kirche,* tum etiam slavica, ubi quidem liturgice dicitur *cerkov.* Quod utrumque nomen flexum est a graeco vocabulo zi^Mcczor (cf. *1* 6brll, 20; *Apoc* 1, 10). Id cum in ipsa lingua graeca a saeculo IV designaret aedem Domino dedicatam vel templum Christianum, in linguis germanicis et slavicis scitur jam translatum esse ad significandum insuper et conventum ibidem cultu Dei occupatum, et, quatenus omnino simpliciter effertur, ad exprimendum coetum integrum ex lege ac gratia Christi Domini in terra Domino addictum. A^im scilicet plenissimam, aeque ac vox ecclesiae, germanicum et slavicum nomen obtinet; differentia tantummodo in eo est, quod vox ecclesiae directe convocationem, respondens vox germanica et slavica directe principium et finem convocationis indicat.

3. Licet etiam populus Dei electus pro antiquo foedere 29
nomine ecclesiae olim honestatus sit, tamen satis saepe, sicut in textu hebraico testamenti veteris ΠΊΡ, ita in versione alexandrina vel latina nominatur synagoga; quae vox pro populo illo vel universo denotando in usum testamenti novi deindeque communem Christianum transiit. Exemplum praebet *Ex* 34, 31 : .Reversi sunt tam Aaron quam principes synagogae**; 16, 3

[1]) In editione vindobonensi praefert *Hartd* hanc lectionem contractiorem : <nt id solveretur [in terris] quod ille solvisset[44].

(secundum LXX/,· *Num* 31, 13: „Egressi sunt autem Moyses, et Eleazar sacerdos, et omnes principes synagogae" ; 4, 34 (latine et hebraice); 16, 2; 27, 20 (insuper hebraice, solum ex LXXv. 19); 22: ^Conspiraverant judaei, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret"; 12, 42: cf. *Mai* 4, 23 etc. Ex contrario ecclesia novi testamenti saltem simpliciter nusquam in scripturis synagoga appellatur; neque enim recte opponitur pro textu graeco *Jac* 2, 2, ubi orro/w/i designat conventum vel quemcumque vel sacrum cum addito, i. e., fidelium nonnullorum in locum unum convenientium; quod alterum valet et de verbo *ιπιονναγωγί* usurpato *Heb* 10, 25. Discriminis rationem sic reddit s. *Auriisfinus* (in Ps 81. η. 1: *M* 37, 1047): rIn synagoga populum Israel accipimus; quia et ipsorum proprie synagoga dici solet, quamvis et ecclesia dicta sit. Xostram vero apostoli nunquam synagogam dixerunt, sed semper ecclesiam: sive discernendi causa, sive quod inter congregationem, unde synagoga, et convocationem, unde ecclesia nomen accepit, distet aliquid ; quod scilicet congregari et pecora solent, atque ipsa proprie, quorum et greges proprie dicimus; convocari autem magis est utentium ratione, sicut sunt homines4. Nimirum potuit quidem et populo novi testamenti sicut -ovium Christi, ita synagogae appellatio fieri, ut alibi (in Ps 77. n. 3; 3/36,984) idem s. Pater indicat; verumtamen nobilius nomen ex vocationis nobilitate inditum est.

30 4. Immo ubi in scripturis populus veteris testamenti ecclesia nominatur, frequenter sensu saltem typico et pleniore ecclesia futura novi testamenti significatur. Quod ut perspicias, audi canentem psalten *Ps* 21, 23. 26: „Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te . . Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum“ ; et tum ista confer cum declaratione hac apostoli *Heb* 2, 11. 12: rQui enim sanctificat, et qui sanctificatur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te". Similiter primum lege *Ps.* 34, 18. 19: ^Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gravi laudabo te. Non supergaudeant mihi, qui adversantur mihi inique: qui oderunt me gratis et annuunt oculis"; deinde-que accipe verba ipsa Domini *Jo* 15, 25: „Sed ut adimpleatur

sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis". Pari rnodo praemittatur *Ps* 39, 7—10: ^Sacrificium et oblationem noluisti : aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei. Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna: ecce, labia mea non prohibebo: Domine, tu scisti"; et cum his considera*Heb* 10,5—7 : „Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio; in capite libri scriptum est de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam". Denique et habeas *Ps* 88, 5. 6. 26—30: „Usque in aeternum praeparabo semen tuum. Et aedificabo in generationem et generationem sedem tuam. Confitebuntur caeli mirabilia tua, Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum . . Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. Ipse invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus, et susceptor salutis meae. Et ego primogenitum ponam illum excelsum prae regibus terrae. In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in saeculum saeculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies caeli"; eademque compara cum *Heb* 1, 5: „Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te ? Et rursum : Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium?"

5. Et merito quidem coetus religiosus a Christo institutus 31
dicitur ecclesia, h. e., convocatio simpliciter et veluti per excellentiam. Qui enim convocat, est ipse Deus per gratiam suam; et finis convocationis in coetum unum summus est, nempe sanctimonia et salus supernaturalis hominum et quae per ipsam et in ipsa obtinetur gloria Dei; et coetus novi testamenti prae vetere gaudet speciali perfectione. Porro directe per ecclesiam designatur coetus adhuc in terra constitutus, ut in quem solum homines convocati libere convenire debeant, cum transitus ad ecclesiam sive patientem sive triumphantem non sit in se liber; etsi ecclesiae voce terminus gloriosae perfectionis connotatur.

Caput I.

De ecclesiae institutione.

Thesis II. *Per institutionem ipsam ministerii apostolici vel generaliter spectati Jésus Christus ecclesiam in forma quadam societatis instituisse intellegitur.*

Declaratio. Societas sic definitur: multitudo hominum vel generatim entium intellegentium, consilio eo conjunctorum, ut collatis viribus adhibeant media ad certum communemque finem obtinendum. Unde ad societatem constituendam quattuor concurrunt elementa, i. e., multitudo entium eorumque intellegentium. quippe quae sola ad finem communem percipiendum sint idonea, conjunctio moralis eorundem posita in conspiratione mutua, finis, media. Ex quibus multitudo quidem est instar materiae, cetera formam societatis exhibent. Potissimum tamen elementum et a quo conjunctio ac media pendent et ipsa societatis indoles determinatur, finis est. Jam vero ad eundem finem saepius conducere plura media possunt, et pro ingeniorum ipsa diversitate homines, sibimet permissi, alii alia media eligerent; quare ad conjunctionem seu conspirationem societati essentialem proindeque ad ipsam societatem efficiendam et conservandam requiritur aliquod principium unitatis vel auctoritas, valens media necessaria vel opportuna definire et sociorum mentibus proponere et voluntates liberas ad illa adhibenda obligare. Hinc auctoritas talis in omni vera hominum societate reperitur; et quo plenius semper vigens adest, eo plenior conjunctio et verior societas ipsa erit.

33 Jam waldenses negata apostolica et ecclesiastica auctoritate omnibus promiscue fidelibus potestatem praedicandi vindicabant (cf. concilii lateran. IV. c. 3; *D* 360) Praeterea thesi adversantur sociniani, qui volunt ecclesiam esse coetum hominum conjunctorum non in modum societatis verae, per auctoritatem scilicet visibilem quandam vivam colligatae, sed conjunctorum immediate Deo per vinculum fidei interioris Deo cognitae. Quae eadem est doctrina protestantium, secundum quos eatenus tantum Christus ecclesiam instituit, quatenus veritates revelatas hominibus pro-

posuit et fidem cum justificatione omnibus promeruit, vel etiam eatenus fundata est divinitus ecclesia, quatenus scriptura sacra est tradita hominibus tamquam fons, unde religionem Christianam Deo illustrante ipsi sibi sing uli haurirent. Proinde neque Christum neque ab initio apostolos a synagoga semet separasse dicunt, sed persecutione per synagogam mota numeroque hominum ex gentilitate conversorum aucto ad societatis et speciatim synagogae formam ab apostolis redactam esse ecclesiam contendunt; qualis quidem opinio cum protestantium errore, quo ecclesiam ponunt per se invisibilem, intime conectitur. Similia horum rationalistae recentiores sentiunt, qui etiam non nisi secundo saeculo labente quasi seditione in synagogam facta vel quomodocumque post apostolos ecclesiam proprie dictam fere incepisse opinantur.

Dicimus in thesi, comprobari ipsum per se Christum, in- 34
stituto ministerio apostolico vel generaliter spectato, ecclesiam in forma quadam societatis instituisse. Nimirum ex institutione tali id certe intellegimus, Dominum efficaciter statuisse, ut per auctoritatem apostolicam non solum particulares coetus Christianorum formam societatis sumerent, sed et coetus totus exsisteret societas sensu vocis pleno, sive principium visibile supremum unitatis pro ecclesia universa foret auctoritas apostolici collegii sive unius de apostolis deinde nominandi; videlicet gradus perfectionis, quem singuli apostoli in participanda auctoritate a Christo derivata obtinuerint, proindeque modus, quo ecclesia una sit, hic nondum accuratius explanatur. Est autem thesis dogma fidei, quatenus affirmat, a Christo ecclésiam in forma societatis institutam esse; hanc vero institutionem factam esse institutione ipsa ministerii apostolici, theologice saltem certum existimamus. Sane *concilium vaticanum* docet (s. IV; *D* 1667): „Pastor aeternus et episcopus animarum nostrarum, ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam aedificare ecclesiam decrevit, in qua veluti in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et caritatis vinculo continerentur. Quapropter, priusquam clarificaretur, rogavit Patrem non pro apostolis tantum, sed et pro eis, qui credituri erant per verbum eorum in ipsum, ut omnes anum essent, sicut ipse Filius et Pater unum sunt. Quemadmodum igitur apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit,

sicut ipse missus erat a Patre: ita in ecclesia sua pastores et doctores usque ad consummationem saeculi esse voluit/4 Thesim, licet sit complexa, ad modum simplicis commode probamus.

35 Demonstratio. 1. Ex testimoniis scripturae Christus Dominus, cujus est potestas omnis in caelo et in terra, communicavit immediate apostolis suis omnibus et, seposita quidem nunc legitima successione, solis potestatem et officium docendi omnes gentes evangelium vel veritates revelatas, sanctificandi homines per certos quosdam ritus sacros, regendi illosmet in ipso ritu sacro baptismi jam discipulos factos ad vitam praeceptis Christi consentaneam; cui potestati officioque respondet ex parte hominum facultas et obligatio audiendi, credendi profitendique evangelium, ut pro se divinitus propositum, suscipiendi Christiana sacra, in disciplina Christiana oboedientiam praestandi.

Atqui per apostolos exercentes illam triplicem docendi, sanctificandi, regendi potestatem ex una parte, et per homines eidem potestati sese subicientes ex parte altera necessario constituitur coetus religiosus, h. e., ecclesia, quae in se formam quandam verae societatis exprimat.

Probatur prior pars majoris propositionis: jo 20, 21 referuntur verba illa ipsius Salvatoris: „Sicut misit me Pater, et ego mitto vos". Jam vero eadem sententia derigitur non utique ad omnes sectatores Jesu, sed potius ad apostolos seu omnes et solos pertinentes ad collegium apostolicum; eos enim Dominus mittit, qui, cum forent antea oz dtôô'ézzz, jam, post proditoris casum, ut oz iWeza, etsi Thomas loco abest, sunt ab aliis distincti, et ipsa vi nominis et facto electionis prae aliis intelleguntur missi vel mittendi. Xamque ubi narrat *Luc* 24, 33: ^Invenerunt congregatos undecim (roz'ç z-'rdéza), et eos, qui cum illis eranta, habet ita *jo* 20, 19. 24: „Cum ergo sero esset die illo, una sabbatorum, et fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Judaeorum, venit Jesus . . Thomas autem unus ex duodecim (iz *τωv* dwdéztf), qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus". Ad haec de apostolis jam missis legimus *Mat* 28, 16: „Undecim (Oz dé tïdtzct) autem discipuli abierunt in Galilaeam in montem, ubi constituerat illis Jesus". Ad mittendos vero spectat *Luc* 6,13: rEt cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, et elegit duo-

decitn ex ipsis (quos et apostolos nominavit)" ; JAz/ 10, 1 ss; *Mare* 3,14 ss; 9, 34. Vide etiam *Aci* 1,2- 8. 21—20; 10, 40—42.

Porro verbis indicatis *Jo* 20, 21 apostolis confertur missio. 37 sane non identica, sed tamen similis missioni illi vel analoga, qua Christus missus est apostolus (cf. *HcbZ,* 1; *Jo* 17, 18) a Patre; mittuntur ipsi scilicet ad opus simile ideoque potestate simili ad opus hoc injunctum necessaria donantur. Atqui Dei Filio per formalem quidem missionem factam in naturae humanae assumptione inest secundum humanitatem ipsam potestas triplex eaque ob personae divinitatem prae aliis subjectis originalis et principalis: Inest nempe potestas summi magistri secundum illud de Christo dictum *Mat* 7, 29: „Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribae eorum, et pharisaei". Eodem spectat illud Christi *Mat* 23, 10: „Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est, Christus" ; et illud dictum detinentibus *Lue*4,43: „Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum". In ipsa oratione sacerdotali memorat Jesus opus magisterii dicens *Jo* 17, 1—4: .Pater, venit hora: clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Haec est autem vita aeterna: Ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti, Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam". Hinc scribit apostolus *Ikb* 1, 1. 2: „Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum". Vide et *Jo* 1, 18; 3, 11. 12; 7, 16. 17; 14, 1. Tum Christo inest potestas summi sacerdotis; ita testatur ipse *Jo* 17, 19: „Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate". Pariter s. Paulus *Ejh* 5, 25—27 : „Christus dilexit ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata". Et iterum AW5, 5—10: ,,Christus non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui . . con-

summatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae. appellatus a Deo pontifex juxta ordinem Melchisedech'·; cohaeret 2, 17; 9, 14; 10, 5 ss. Inest denique potestas summi regis ex *Mai* 28, 18: ‚Jesus locutus est . . dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra"; et *Jo* 5, 26. 27: „Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso: et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est"; vel *Phil* 2, 9. 10: „Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et infernorum": accedit v. g. *Jo* 10, 11—16. 27. 28; 17, 2; *Act* 20, 28; *Eph* 5, 23. 24. 27. Ergo pronum est concludere, auctoritatem magisterii, sacerdotii, sacri imperii, participatam certe et ministerialem, apostolis ut legatis Christi per ipsam missionem illam, pro indole objecti, vel collatam esse vel confirmatam vel indicatam conferendam; nimirum tunc institutam et concessam esse intellegimus potestatem docendi veritates revelatas, etiam ad revelandas simpliciter extendendam; pariter intellegimus tunc constitutam donatamque esse potestatem regendi eos quidem omnes, qui pro onere sibi divinitus imposito condicionem subditi implerent; potestatem vero sanctificandi pro religiosis ritibus tunc jam institutis commissisque valide conficiendis confirmatam, pro instituendis impertiendam intellegimus.

38 Praeterea autem potestas apostolica missionis verbo uno comprehensa variis locis sacris distinctius explicatur primum ut potestas praedicandi ubicumque gentium evangelium seu veritates a Christo vel a Spiritu sancto revelatas (cf. *Jo* 14, 26; 16, 12—14; 17, 8 ss), mandante Domino apostolis *Mare* 16,15: „Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae"; et/.ac 24,46—48: „Sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine ejus poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerosolyma. Vos autem testes estis horum*·; vel *Act* 1,8: „Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae". Insuper describitur apostolorum munus ut potestas baptizandi omnium gentium homines et baptizando discipulos eos efficiendi. cum

Dominus praecipiat *Mat* 28, 18 20: „Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos *(μα&ητεΰαατί; πάντα rà ίΌψη, βαπτίΖοντ&ζ αvιοί)* in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis: et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculF; depingitur idem munus ut potestas applicandi hoj minibus etiam alia signa sanctificantia, quo refertur illud *Luc* 22, 19: „Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem"; cf. *1 Cor* 11, 24. 25; et ex ipsis verbis missionis generalibus progreditur Servator 'ad ejus terminum non quidem integrum, sed, attentis sententiis et facto interposito insufflationis et modo narrationis, specialem quendam statuendum, qui sit sanctificatio hominum peccatorum per judicium sacramentale ; sic enim legimus 9^ -20, 22. 23: „Haec cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt". Tandem potestas missionis ex pro- missione data complectitur potestatem ligandi et solvendi, i. e.j decernendi omnia ad rem Christianam pertinentia; nam ita Christus apostolos alloquitur *Mat* 18, 16—18: „Si autem (frater) te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quodsi non audierit eos, dic ecclesiae: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Arnen, dico vobis: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo: et quaecumque solveritis super terram, erunt.soluta et in caelo"; unde etiam postea, *Mat.* 28, 19. 20, tribuitur apostolis potestas regendi quoslibet fideles Christi baptizatos. Est autem utique vel ex fine suo potestas omnis apostolica ita quoddam munus, ut officium ejusdem opportune adhibendae comprehendat; quin et ex officio tum per vim missionis tum per loquendi modum imperativum directe significato potestas demum noscitur.

Altera pars majoris propositionis vel ex eo liquet, quod 39 correlativa simul sunt proindeque eo ipso, quod apostolis potestas datur et imponitur officium v. g. baptizandi homines ceteros, hominibus a Domino utrorumque conceditur facilitas et injungitur obligatio baptismi recipiendi, et praevia neces-

saria, ut fidem, adhibendi ac profitendi, et consequens illinc jugum oboedientiae erga apostolos ipsos subeundi. Nec sane Dominus in caelo et in terra potuit pro sapientia et sanctitate propria evangelium salutiferum ad homines dirigere nisi voluntate seria, ut veritates divinitus revelatas crederent et secundum fidem mediis ad salutem conciliandam ordinatis uterentur. Idem confirmatur eo, quod etiam diserte lex a Christo fertur, qua omnes ad fidem, sacrorum fidei susceptionem, oboedientiam apostolis exhibendam sub discrimine salutis sempiternae obstringuntur; de fide enim Servator asseverat *Mare* 16, 16: „Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur'; et *Jo* 3, 17. 18: „Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur, qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei'·'; ritum sacrum respicit illud *Jo* 3, 3. 5: „Amen, amen, dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei . . Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei"; et illud *Jo* 6, 54: „Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis"; oboedientiam erga apostolos necessariam praeter *Alat* 18, 17. 18 indicat etiam hoc effatum *Luc* 10, 16: „Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me".

Minor propositio per se manifesta est, dummodo ante oculos ea habeantur, quae in thesi praecedente de significatione nominis ecclesiae et in hac ipsa thesi de notione verae societatis jam praemisimus. Quodsi enim conficiatur illud, quod Christus pro suprema potestate sua statuit, nullum deest elementum requisitum pro componendo in terra coetu vere religioso vel ecclesia; adest nempe multitudo desuper convocata ad Deum ipsum vera christianave religione vel sanctimonia colendum; eademque ecclesia in se habet formam verae societatis, cum sit conjunctio plurium ad assequendum finem quendam communem vel omnibus propositum, membrorum scilicet omnium sanctitatem ideoque salutem et Dei gloriam, per media idonea a Christo sive pressius sive latius stabilita, ut fidei praedicationem ac professionem, sacra, disciplinam. Ni-

mirum triplex inest ecclesiae tali unitas, doctrinae, rituum sacrorum, mutuae communionis vel conversationis; qua unitate non solum homines singuli subditi veluti privatim cum apostolis, sed etiam omnes publice inter sese conjunguntur; nam ut apostoli sunt ministri publici, pro gentibus integris positi, ita et societas ab illis administranda debet esse publica vel conspiratione quadam inter se membrorum omnium teneri. Unde et explicite professio fidei a credentibus facienda postulatur *Mat* 10, 32; *Row.* 10, 9. 10; et convivium eucharistiae et sacrificium per se congruunt religiosae communitati; et certe humana societas, etiam quatenus est societas, religiosa sit oportet; neque aliter ac mutua omnium una cohaerentia conspicuum coetum voce apostolorum conventurum cogitavit Christus ipse orans *Jo* 17, 20—23: „Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum, et cognoscat mundus, quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexistiT Tandem pro coetu religioso illo, qui est ecclesia Christi, ad summum desiderari adhuc potest interior fides et justitia; atqui haec ex ipso ministerio apostolico consequitur; eo enim docente oritur fides, eo ritus sacros applicante confertur justificationis gratia, eo regente seu operandi leges statuente justitia interior per actiones sanctas conservatur et augetur. Itaque per ipsam institutionem ministerii apostoiici instituit Christus ecclesiam et hanc socialem.

2. Huc pertinet etiam promissum factum Petro *Mat* 16, 41 18. 19, quatenus loco isto pro modo hujus theseos saltem generaliter ministerium apostolicum enuntiatum intellegitur. Ibi enim Redemptor praedicit: „Aedificabo ecclesiam meam (οἰζοὀο/ιήσω που *τ\v I/Μησιαν).* Atqui tum ipsa vi vocabuli ecclesiae, satis tunc jam determinata, tum aedificationis metaphora significatur multitudo hominum, qui tamquam lapides vivi in unitatem quandam omnes redigendi sint (cf. *1 Pel* 2, 5; *1 Cor?*›, 9); quae et adjuncto regni nomine exprimitur. Finem quoque religiosum eidem coetui praestitutum vel ex eo noscimus, quod regnum caelorum appellatur, quamvis ex incolis

hujus terrae coetus colligendus sit. Porro ad finem memoratum utique media apta a Christo, ut sapiente architecto, destinantur. Praeterea vero unitatem ideoque essentiam illius coetus religiosi ex consilio Christi inducendam et conservandam esse per institutam auctoritatem aliquam visibilem, haud obscure indicatur voce ecclesiae ac comparatione inde obvia cum ecclesia israelitica, nec non appellatione regni; idemque commonstratur promissa potestate petrae, clavium, ligandi solvendique, sive Petrum apostolum pro se solo suisque successoribus sive pro toto collegio apostolico talem promissionem accepisse interim quis putat. Quo pacto etiam textus alii, ut *Luc* 22, 31. 32 vel *Jo* 21, 15—17, hic jam considerari possunt.

3. Consequenter apostoli institutum Christi declarantes vindicant sibi auctoritatem legatorum Christi, jus nempe et officium sacrum ubique gentium docendi, sanctificandi, gubernandi, proinde convocandi et continendi loco omni coetus religiosos sociales, quos quidem sub apostolis curam ampliorem retinentibus episcopi vel pastores et doctores pro munere et ipso divinitus statuto regant ita, ut ex coetibus omnibus veluti ex membris coalescat ecclesia una Dei vel unum corpus Christi. Certe attestatur s. Paulus apostolus primum generatim *1 Cor* 4, 1: „Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Deiu. Tum nominatim de docendi potestate scribit *Com* 1,5: „Per quem (Jesum Christum) accepimus gratiam, et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus“; 15, 18: „Non enim audeo aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factisa; *Eph.* 6,20. Et de munere etiam sanctificandi 2 *Cor* 5, 18—20: n0mnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis; quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo: reconciliamini Deoa. Ad haec jus gubernandi comprehenditur doctrina illa 2 *Cor* 10, 3—8: „In-carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem

extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promtu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quae secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia, sicut ipse Christi est, ita et nos. Nam, et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in aedificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam“; unde et apostolus minatur *2 C&r-lS, 2.* 3. 10: „Praedixi, et praedico, ut praesens, et nunc absens iis, qui ante peccaverunt, et ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. An experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? . . Ideo haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in aedificationem, et non in destructionem^; *l* OW, 18—5,5. Porro potestas apostolica adjunctum sibi officium ipsum habet fatente s. Paulo *l Cor* 9, 16: „Nam si evangelizavero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit: vae enim mihi est, si non evangelizavero“. Atque ex munere proprio tenet apostolum ^sollicitudo omnium ecclesiarum" *(2 Cor* 11, 28), diversis scilicet locis collectarum. Quae sicut singulae per voluntatem Dei in modum societatis verae episcopis singulis subsunt, ita Sunt una omnes per ministerium universale simpliciter ecclesia, ex *Act* 20, 28 collate *l Pet 5,* 1. 2 (η. 23. 24), vel unum Christi corpus, utique morale, ex *Eph* 4, 4—16: „Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma . . Et ipse (Christus) dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi . . Veritatem, autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate".

4. Potestatem sibi impertitam apostoli in praxim deducendo 43
praedicant hominibus Christi evangelium, initiant illos sacris,

adsciscunt eo ipso in ecclesiam, semel adscitos, sive omnes sive complures singulosque, quamvis longe distantes, ut magnae societatis partes, praecipiendo, judicando, pro necessitate coercendo regunt. Ex testimoniis sacris multis, quae huc referri queant, accipe nunc 2, 37 ss: „Dixerunt ad Petrum et ad reliquos apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Petrus vero ad illos: Poenitentiam (inquit) agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus sancti . . Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, et exhortabatur eos, dicens: Salvamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt; et appositae sunt *(ττροσετέϋηοαν,* cf. *Aci* 1, 13. 14; 2, 1) in die illa animae circiter tria millia. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, et communicatione fractionis panis, et orationibus (ro«r *ôè ττοοϋ/.αρτί*oofmg r7 *ôiôcrjrî των αποστόλων /ai τ^ /οινωΑα, vfi /λάϋει τοι αοτον /.ai rcûg ττοοσενγαϊ^,* cf. *l Cor* 10, 16. 17; 11, 24; *Act* 20, 7, 11) . . Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, et habebant omnia communia . . Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, collaudantes Deum, et habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat i/roootnfoi), qui salvi fierent quotidie in idipsum (êirî τὸ συτὸ)“ ; *Act* 4, 4. 31—35; 5, 12—14; 6, 1—7; 8, 1. 14—17; 9, 26—32; 10, 47. 48; 11, 17—30; *Act* 15, 23. 28. 39: rApostoli et seniores fratres his, qui sunt Antiochiae, et Syriae, et Ciliciae, fratribus ex gentibus, salutem . . Visum est . . Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam haec necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione, a quibus, custodientes vos, bene agetis"; *Act* 16,4.5: „Cum autem (Paulus et Timotheus) pertransirent civitates, tradebant eis, custodire dogmata, quae erant decreta ab apostolis et senioribus, qui erant Jerosolymis. Et ecclesiae quidem confirmabantur fide, et abundabant numero quotidie-; *l Cor* 11, 34: rCetera autem, cum venero, disponam <0(<Λ0ξομ«<ι“ ; *l Cor* 4, 19; 5, 7. 9. 11—13; 2 *Cor* 2, 6 9; *l Tim* 1, 18—20: „Hoc praeceptum *(παζαγγε-Ztctr)* commendo tibi, fili Timothee, secundum praecedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem

et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt; ex quibus est Hymenaeus et 2\lexander, quos tradidi satanae, ut discant non blasphemare"; *1 Jo* 1, 3. 7: „Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus, Jesu Christo . . Si autem in luce ambulamus, sicut et ipse Deus) est in luce, societatem habemus ad invicem *(v.οι νωνίαν εγομεν uti ὁἰ/.ϊ/.ωἡ,* et sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato"; cf. etiam *2 Cor* 9, 13; *Gal* 2, 9; *Philem* 5. 6.

Neque solum ipsi apostoli utuntur sua potestate, sed aliis 44
ut episcopis in greges Dei particulares auctoritatem similem communicant eademque fungi eos jubent. Quod palam est ex 7/71, 5 ss: „Hujus rei gratia reliqui te Cretae, ut ea, quae desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est . . Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem . . amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes . . quos oportet redargui . . Increpa illos (cretenses) dure, ut sani sint in fide"; *Act* 20, 28—32; *1 Pet* 5, 1—5; *1 Tim* 4, 11. 13. 14. 16: „Praecipe haec, et doce . . Dum venio, attende lectioni, exhortationi et doctrinae. Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii . . Attende tibi et doctrinae: insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos, qui te audiunt"; *1 Tim* 6, 13. 14. 20: „Praecipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi . . O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiae"; *2 Tim* 1, 6. 8. 13. 14: „Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum . . Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora evangelio secundum virtutem Dei . . Formam habe sanorum verborum, quae a me audisti in fide et in dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis";

2 Tim 2, 2: „Et quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere'l; *2 Tim* 4, 2: „Praedica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina11; *1 Timb,* 19—22: „Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant. Testor coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis, ut haec custodias sine praejudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis11; TzZ 2, 15: „Haec loquere et exhortare, et argue cum omni imperio. Nemo te contemnat11; 777 3, 10: „Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita'l.

Unde cum toties in scriptis apostolicis ecclesiae per pn> vincias dispersae memorantur et tamquam membra ecclesiae unius magnae Christi exhibentur (cf. n. 23—26), nomine ecclesiae est semper intellegendus coetus sive particularis sive universalis, qui per auctoritatem legatorum Domini ad verae societatis formam sit compositus.

5. Ecclesia aliqua a Christo cognominata in forma vere sociali post Jesum Christum saeculo quovis exstitit, et originem propriam deberi Christo ut auctori immediato constanter est professa, indicato fere simul ipso instituendi modo per institutum ministerium apostolicum. Atqui testimonium tale de facto historico reicere non licet.

Prob. prior pars maj. Notum est aetate adhuc nostra exsistere complures coetus religiosos per auctoritatis vinculum formatos, qui Christianos ipsi se appellent; cujusmodi praeter societatem prae ceteris eminentem, quae dicitur ecclesia catholica romana, sunt variae sectae orientis. Idem sine controversia pro medio aevo constat. Similiter apparet veri nominis societas Christiana singulis saeculis praecedentibus, si usque ad tempora apostolica et Christi ipsius animo ascendamus; talem enim coetum exsistentem cernimus in permultis antiquitatis monumentis, sive scriptis, ut operibus Patrum, actis conciliorum atque martyrum, libris liturgicis vel paenitentialibus, sive etiam aliis, ut architectonicis, sculptis, pictis etc.

47 Speciminis causa testimonia aliquot afferimus. Ita *Gregorius* J/. docet (homil. 26. in evang. n. 5; J7 76, 12001:

nliorum (apostolorum) profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur? — Et *Hieronymus* scribit (ep. 41. ad Marcellum n. 2. 3; 71/ 22, 475. 476: „Si igitur apostolus Petrus, super quem Dominus fundavit ecclesiam, et prophetiam et promissionem Domini, illo tempore completam memoravit, quomodo possumus nobis aliud tempus vindicare? . . Apud nos apostolorum locum episcopi tenent: apud eos (montanistas) episcopus tertius", i. e., tertio loco „est". — Praeclare loquitur *Cyprianus* (ep. 69. ad Florentium Puppian. n. 4—6. 8. 9; 4, 403—407): „Dicit (Christus) ad apostolos, ac per hoc ad omnes praepositos qui apostolis vicaria ordinatione succedunt: ‚Qui audit vos, me audit; et qui me audit, audit eum qui me misit. Et qui rejicit vos, me rejicit et eum qui me misit' Luc 10, 16) . . Annue aliquando et dignare pronuntiare de nobis et episcopatum nostrum cognitionis tuae auctoritate firmare, ut Deus et Christus ejus agere tibi gratias possint, quod per te sit antistes et rector altari eorum pariter et plebi restitutus. Apes habent regem et ducem pecudes, et ei fidem servant; latrones mancipi obsequio pleno humilitatis obtemperant. Quanto simpliciores et meliores vobis sunt brutae pecudes et muta animalia, et cruenti licet ac furentes inter gladios atque inter arma praedones? Praepositus illic agnoscitur et timetur, quem non sententia divina constituit, sed in quem factio perdita et nocens caterva consensit . . Scripsisti quoque, quod ecclesia nunc propter me portionem sui in dispersо habeat, quando omnis ecclesiae populus et collectus sit et adunatus et individua concordia sibi junctus, soli illi foris remanserint, qui, etsi intus essent, ejiciendi fuerant, nec patiatur Dominus, populi sui protector et tutor, triticum de area sua diripi, sed solae possint paleae de ecclesia separari, quando et apostolus dicat: ‚Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit, Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax' (Rom 3, 3. 4). Et Dominus quoque in evangelio, cum eum loquentem discipuli derelinquerent, conversus ad duodecim dixit: ‚Numquid et vos vultis ire?' Respondit ei Petrus dicens: ‚Domine, ad quem ibimus? Verbum vitae aeternae habes; et nos credimus et cognovimus quoniam tu es Filius Dei vivi'

(Jo 6, 68—70). Loquitur illic Petrus, super quem aedificanda») fuerat ecclesia, ecclesiae nomine docens et ostendens quia, etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo dis cedat, ecclesia tamen a Christo non recedit, et illi sunt ecclesia plebs sacerdoti adunata et pastori suo grex adhaerens. Unde scire debes episcopum in ecclesia esse et ecclesiam in episcopo, et si quis cum episcopo non sit, in ecclesia non esse, et frustra sibi blandiri eos qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt, quando ecclesia, quae catholica et una est, scissa non sit neque divisa, sed sit utique connexa et cohaerentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata. Quamobrem, frater, si majestatem Dei, qui sacerdotes ordinat2), cogitaveris, si Christum, qui ar bitrio et nutu ac praesentia sua et praepositos ipsos et eccle- siam cum praepositis gubernat, aliquando respexeris . . si Deo et Christo ejus, quibus servio et quibus puro atque immaculato ore sacrificia et in persecutione pariter et in pace indesinenter offero, plenissime satisfeceris, communicationis tuae poterimus habere rationem, manente tamen apud nos divinae censurae respectu et metu, ut prius Dominum meum consulam an tibi pacem dari et te ad communicationem ecclesiae suae admitti sua ostensione et admonitione permittat*'.

48 Jam s. martyr *[gnatius,* attingens aetatem ipsam aposto- licam, in epistolis suis omnibus fere totus versatur in oboe- dientia debita erga hierarchiam ecclesiasticam urgenda ; unde V. g. trallianos monet (n. 2. 3; / 1, 203— 205): nCum enim episcopo subjecti sitis ut Jesu Christo, videmini mihi non se- cundum hominem, sed secundum Jesum Christum vivere . . Necessarium itaque est, quemadmodum facitis, ut sine episcopo nihil agatis, sed et presbyterio subditi sitis üt apostolis Jesu Christi . . Oportet autem et diaconos, qui sunt ministri myste- riorum Jesu Christi, omni modo omnibus placere. Non enim ciborum et potuum diaconi sunt, sed ecclesiae Dei ministri. Oportet igitur, ut sibi caveant a criminibus tanquam ab igne. Cuncti similiter revereantur diaconos ut Jesum Christum, sicut et episcopum, qui est typus patris, presbyteros autem ut se-

!) In editione vindobonensi *Hartd* mavult legere: „aedificata“
*) Editio vindobonensis hic interponit nomen wChristi

natum Dei et concilium apostolorum. Sine his ecclesia non vocatur *(Χωρί τοίιωι· κΛ'/.λϊ''βία ον ν,αλέϊι αι)α,* — Hisce consentit *Clemens romanus,* discipulus apostolorum et successor Petri, dicens (ep. 1. ad corinth. n. 42 44; *F* 1, 113—117): „Apostoli nobis evangelii praedicatores facti sunt a Domino Jesu Christo, Jesus Christus missus est a Deo. Christus igitur a Deo et apostoli a Christo; et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis et per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi plena certitudine imbuti. Deique verbo confirmati, cum certa spiritus sancti fiducia egressi sunt adnuntiantes regni Dei adventum. Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum, qui crediturі erant. Neque hoc quidem novum institutum fuit; multis enim retro saeculis de episcopis et diaconis scriptum est. Sic enim alicubi dicit scriptdra: ‚Constituam episcopos eorum in justitia et diaconos eorum in fide' (cf. Is 60, 17). Et quid mirum eos,-quibus in Christo a Deo hoc munus commissum fuit, praedictos constituisse? . . Apostoli . . per Jesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine' episcopatus oborituram; ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent."

Huc pertinent et catalogi, quibus episcopi in ecclesiis 49
nominatim patriarchalibus, romana, alexandrina, antiochena, Hierosolymitana sibi succedentes enumerantur. Unde non solum seriem quandam nunquam interruptam episcoporum exstitisse, sed ab apostolo vel viro apostolico seriem eam incohatam esse intellegimus. Quod factum antiquitati adeo exploratum erat, ut ecclesiae vel sedes illae ex auctoribus suis vocarentur s. Petri, s. Marci, s. Jacobi, et ob originis suae excellentiam tranquillo exercitio variorum privilegiorum fruerentur. Atqui episcopus refertur ad multitudinem sociali vinculo conjunctam. Sic jam s. *Irenaeus,* in se uno veluti conjungens orientis et occidentis traditionem, scribit (contra haereses 1. 3. c. 3; 4/7, 848 ss): -Traditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni ecclesia adest respicere omnibus qui vera velint videre: et habemus annumerare eos qui ab apostolis instituti sunt

episcopi, et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter a reliquis pertectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam ipsas ecclesias committebant. Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes- ; et mox subjungitur quasi unus pro omnibus catalogus episcoporum ecclesiae „maximae et antiquissimae, et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae4, ad quam „propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam-; qui catalogus a Lino, primo b. Petri successore, usque ad Eleutherium duodecimum ipsoque Irenaei tempore florentem con tinuo perducitur. — Ejusmodi catalogos episcoporum ab apostolis vel apostolicis viris decurrentes in ipsa antiquitate exstitisse clare testatur etiam *Tertullianus* (de praescript. c. 32; *M* 2, 44. 45). — Praeterea inspiciatur ordo episcoporum urbis Romae, Alexandriae, Antiochiae, Hierosolymorum, concinnatus ex *Eusebio* ***M*** 20, 1550 ; cui quidem ipsi pro parte tali historiae ecclesiasticae componendae licuit uti commentariis *Hegesippt* temporibus apostolorum proximi, videlicet auctoris saeculi II.— Eodem spectant ea, quae refert *Hieronymus* (de viris illustribus c. 1. 2. 8. 15. 16. 17 etc; ***M*** 23, 607 ss).

Prob. altera pars maj. Certe hodie quoque societas catholica romana et cum ea aliae quaedam a Christo ipso instituente ministerium apostolicum se fundatas dicunt. Audiatur pro ecclesia catholica romana loquens in encyclica d. 1. nov. 1885 *Leo XIII (D* 1704): «Unigenitus Dei Filius societatem in terris constituit, quae ecclesia dicitur, cui excelsum divinumque munus in omnes saeculorum aetates continuandum transmisit, quod ipse a Patre acceperat. ‚Sicut misit me Pater, et ego mitto vos' (Jo 20, 21). ‚Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi' (Mat 28, 20).4 Idem est aetatis mediae testimonium. Immo fere ante protestant!um negationem Christianum nomen universum hac in re consensit. Sane locis ipsis supra recitatis Patres partim, ut *Cyprianus* et *Clemens romanus,* explicite exordium ecclesiae tamquam societatis verae repetunt sive a Christo mittente apostolos et in

his praepositos succedentes sive ab apostolis, quatenus hi per ministerium suum Dei vel Christi institutoris voluntatem pure exsecuti sint; partim vero Patres implicite idem docent, quod pro apostolis, i. e., legatis Christi et pro Christo ipso jam successores esse honorandos praedicant, quod ecclesiae ab apostolico tempore exsistentis essentiam omnemque virtutem in hierarchica proindeque sociali formel ponunt, quod et definiunt ecclesiam tamquam societatem ita quidem simpliciter vel sine restrictione ulla vel insuper enuntiando rei necessitatem, ut plane cognoscamus, disserere illos Patres de constitutione tali non tamquam de re mutabili ideoque per jus humanum vel mere apostolicum introducta, sed potius tamquam de re immutabili ideoque per voluntatem Dei stabilita. Quo facit etiam illud s. *Ignatii* (ad ephesios n. 6; *F* 1, 177 ss): „Et quamdiu quis episcopum tacentem videt, tanto magis eum revereatur; quemcumque enim paterfamilias mittit ad gubernandam familiam suam, hunc ita accipere debemus ut illum ipsum, qui mittit. Manifestum igitur est, quod episcopum respicere oporteat ut ipsum Dominum[44]. — Quin s. *Epiphanius* opinionem Aerii, vel solum episcoporum super presbyteros principatum impugnantis, vocat „dogma supra hominis captum furiosum et immane[44] et ex sacris quoque litteris (1 Tim 5, 19) refellit (haeres. 75. n. 3. 6; *M* 42, 506. 511).

Ipsi illi, quos ecclesia magis conspicua seu catholica antiquitus ut haereticos vel schismaticos habebat, ecclesiam in forma societatis a Christo institutam esse minime negabant, sed, in hoc facto fundamentali asserendo cum catholicis convenientes, dumtaxat ubi et quaenam ecclesia Christi vera esset, disputabant; quo spectat praeter verba *Hieronymi* de montanistis supra (n. 47) memorata v. g. controversia cum donatistis, vel quod *auctor Philosophunienon* scribit (l. 1. prooem; JZ 16, 3019): „Haec haereticorum orgia) . . alius non refutabit nisi qui in ecclesia traditur Spiritus sanctus, quem priores nacti apostoli imperti-verunt rectam fidem professis, quorum nos, qui successores sumus et ejusdem gratiae participes et summi sacerdotii et magisterii et custodes ecclesiae aestimati (ć5j» *ημεί διάδοχοι τνγχάτοηί τη τε αντη γάριτο μετε'χοντε αρχιερατεΐα τε καί· διδασκαλία /.αι (fçovooi τη εκκλησία λελογισμένοι)* non oculo connivemus neque rectam doctrinam silemus[44].

Minor probatur eo, quod testimonium prolatum de ecclesia aliqua ad societatis modum a Christo per apostolos vel in apostolis condita est universale, perpetuum, pertingens usque ad ipsum tempus facti, de quo quaeritur, nulli prudenti dubio obnoxium: quod si reiceretur, pari vel majore jure quodvis testimonium historicum respuendum esset et certitudo historica interiret. Et sane de scientia necessaria constat, attentis testibus praesertim supparibus vel coaevis; fraudis etiam suspicio exeluditur, ratione habita qualitatis testium, universalitate et antiquitate testimonii. Praeterea, nisi institutio divina auctoritatis hierarchicae proindeque fundatio ecclesiae fuisset factum omnino certum, neque fideles auctoritatis jugo adeo facile sese subdidissent, neque dogma ponens auctoritatem talem sine turbis agnovissent; neque Patres contra haereticos maximeque schismaticos tanta fiducia ad unitatem ecclesiae ab initio statutam provocassent; neque haeretici vel schismatici ipsi in auctoritatem ecclesiasticam rebelles factum institutae divinitus hierarchiae alicujus in dubium vocare neglexissent. Demum alius auctor ecclesiae ac Christus institutor ministerii apostolici cum specie veri assignari nequit.

6. In hypothesi nequaquam infitianda, voluisse Christum doctrinam totam revelatam credi assensu fidei firmissimo ab omnibus hominibus etiam futuris, medium debuit idem Dominus instituere aptum ad finem illum possibilem reddendum; quale medium proferretur aut testificatio mere humana sive scripta sive continuo per os tradita, aut codex divinitus conscriptus aut revelatio quaedam singulis omnibus immediate concedenda ideoque in dies repetenda, aut frequens missio prophetarum, aut auctoritas aliqua legatorum Christi, quae sub assistentia Spiritus sancti veritates credendas ac legem servandam infallibiliter et perpetuo conservaret et proponeret et in ipsa hac divina sua dignitate facile ab omnibus agnosci posset.

53 Atqui *primum* medium ineptum foret; neque enim hominum parti saltem longe maximae de humani illius testimonii genuinitate, integritate, veracitate, sensuque vero vel intento constare posset certitudine sufficiente ad assensum firmissimum ponendum, spectata quidem doctrina credenda secundum totam suam amplitudinem, et quid, si in testificatione ore tradita consensus non inveniretur? Neque sufficeret medium *alterum* exclusive

sumptum; nam necessarium esset insuper tum testimonium de origine divina et integritate codicis saeculo quolibet et a singulis etiam indoctis cognoscenda, tum medium ad verum scripturae ejus sensum in dubiis occurrentibus definiendum; cujusmodi quidem medium pro rudioribus censere minime licet auctoritatem hominum doctorum scientificam, cum hos et ipsos, sublata altiore norma, abire in sententias diversas a priori bene intellegatur et experientia confirmetur. Neque per medium sive hoc alterum sive illud primum Christus ecclesiam, etiam solum invisibilem, vere instituisset, cum non esset auctor medii, quo per se posset unitas hominum vel interior in iisdem veritatibus credendis obtineri. *Tertium* medium in ordine praesenti providentiae neutiquam est electum, ut vel ex eo liquet, quod homines, qui excluso magisterio externo immediate a Deo illuminati affirmantur, aliis pariter illuminatis vel etiam sibi ipsis contradicunt. *Quartum* quoque medium, i. e., series moraliter continua prophetarum, qualis erat in vetere testamento, in nova lege, quamvis plura dogmata contineat, jam non locum habet.

Unde superest medium *quintum.,* i. e., auctoritas valens in 54
perpetua successione omnibus hominibus infallibiliter proponere doctrinam et instituta Christi. Atqui hac posita jam exsistit coetus religiosus vinculo auctoritatis, saltem applicantis auctoritatem Dei proprie dictam, colligatus, seu exoritur ecclesia, quae aliquo vero sensu sit societas.

7. Quam vanae sint habendae adversariorum objectiones, 55
ipsa thesis nostrae demonstratione est apertum. Pro qua utique Christus est ecclesiae auctor etiam docendo et merendo fidem salutarem atque gratiam, sed non, ut protestantes putant, pacto isto solo. Est enim Christus auctor docendo veritatem promulgandam credituris et conservandam per magisterium a se ipso ordinatum, et merendo gratiam infundendam per ritus sacros administrandos a ministerio apostolico, eodemque potestate gubernandi voluntate Christi praedito: quo ipso instituto magisterio, ministerio,regimine cum pariter institutum sit obsequium credentium, sanctificandorum, subjectorum, instituta est a Christo Domino. quae hinc componitur, ecclesia referens formam veram propriamque societatis. Ceteroqui plenior magisque directa solutio difficultatum dabitur, ubi de discrimine ecclesiae novi testamenti ab ecclesia oeconomiae veteris agendum nobis erit.

Thesis ecclesiam Dominus

ii I. *Speeiatim vero primatum jurisdictionis iH universam a se constituendam socialem Christus immediate rei directe beato Petro apostolo tum Mat 16, IS, tum, sub imagine quidem alia. Mat 16, ID verlit arte nulla obscurandis primum sollemniter promisit.*

Declaratio. Duplicem primatum licet distinguere, unum honoris, alterum jurisdictionis. Prior consistit in praeeminentia quadam a jure praecipiendi sejuncta, cujusmodi in collegio aequalium primo inter pares convenire potest, ratione aetatis, prudentiae, meritorum etc; ad quem primatus excellentiae et inspectionis vel auctoritatis mere directivae revocatur. Primatus vero jurisdictionis est praerogativa illa, qua quis superior verus ac proprius aliorum constituitur, seu est potestas etiam praeceptiva regendi alios tamquam subditos. Jam hic primatum non honoris solum, sed ipsius verae propriaeque jurisdictionis a divino Fundatore ecclesiae beato Petro apostolo promissum esse affirmamus.

57 Praeterea eundem primatum dicimus in ecclesiam integram promissum esse s. Petro immediate et directe, i. e., ut distincto a cunctis ceteris proindeque ut subjecto soli inhaesionis, exclusis scilicet non quidem successoribus, qui post ipsum forent, sed consortibus, qui cum ipso simul potestatem verbis Christi designatam obtinerent et quibus eadem in Petro quasi repraesentatore communi omnium promissa fingeretur.

Oppugnant thesim, quotquot dignitatem Petro promissam ad qualemcumque demum speciem primatus honoris meri deprimunt, ut solent protestantes, vel qui cum schismaticis orientis contendunt, primatum jurisdictionis non soli Petro prae quibusvis ceteris, etiam apostolis sive seorsum singulis sive simul omnibus a Domino sponsum esse, sed potius collegio apostolico, vel qui opinantur, eundem primatum immediate directive ecclesiae toti et deinceps Petro ut ipsius ecclesiae ministro vel instrumento fuisse deferendum, quales adversarii, quamvis non omnino inter se concordes, exstiterunt Marsilius Patavinus, Edmundus Richerius, Febronius, janseniani, libertatum ecclesiae gallicanae defensores.

59 Doctrina catholica de primatu Petri vindicatur constitutione Joannis XXII, 23. oct. 132l *(I)* 424. 427), reprobato in con-

cilio constantiensi et a Martino V articulo 7 JoannisHuss (/> 528), damnata a Leone X, 16. maj. 1520, propositione Lutheri 25 (/>649), item damnatione propositionis facta ab Innocentio X, 29. jan. 1(547 *l)* 965), proscripta a Pio VI, 28. aug. 1794, propositione 2. 3 synodi pistoriensis (/> 1365. 1366), aliisque pluribus confectis documentis ecclesiasticis. Quibus novissime accedit definitio sollemnis edita a *caucilio vaticano* (s. IV. c. 1), ubi veritas primatus per thesim hanc asserta clarissime proponitur ipsisque verbis Domini apud Matthaeum 16, 16—19 relatis enuntiari dicitur; illis autem cum Jo 21, 15 ss. synodus mox attexit ista *D* 166S. 1669): „Huic tam manifestae sacrarum scripturarum doctrinae, ut ab ecclesia catholica semper intellecta est, aperte opponuntur pravae eorum sententiae, qui constitutam a Christo Domino in sua ecclesia regiminis formam pervertentes negant, solum Petrum prae caeteris apostolis, sive seorsum singulis sive omnibus simul, vero proprioque jurisdictionis primatu fuisse a Christo instructum ; aut qui affirmant, eundem primatum non immediate directeque ipsi beato Petro, sed ecclesiae, et per hanc illi ut ipsius ecclesiae ministro delatum fuisse. Si quis igitur dixerit, beatum Petrum apostolum non esse a Christo Domino constitutum apostolorum omnium principem et totius ecclesiae militantis visibile caput; vel eundem honoris tantum, non autem verae propriaeque jurisdictionis primatum ab eodem Domino nostro Jesu Christo directe et immediate accepisse; anathema sit". Porro pro eodem fidei dogmate comprobando duplex ex laudato testimonio evangelico depromemus argumentum, per partem primam et secundam thesis praesentis indicatum; in parte autem tertia quaedam dubia, quae supersint posita ad caliginem veritati lucidae offundendam, propellemus.

Demonstratio p. I. In evangelio nobis haec gravissima nar- 60
rantur JZ7/I6,13:„ Venit autem Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? 14. At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam: alii autem Eliam: alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. 15. Dicit illis Jesus: Vos autem, quem me esse dicitis? 16. Respondens Simon Petrus dixit: lu es Christus, Filius Dei vivi £(o *γοιοτό ο νιο τον i)τον τον -ιόντο).* 1 (. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. 18. Et

ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam (xnyù dé *ÿoι λέγω on* ‹*fc* éî *IIέιρο , xai lià iciiii, η. fffvçç βι7.οδομι]αω μην η'τ* é'zz/.rjaâtr, ζ‹Z *κίλαι* çdov or zar/σχίσοισπ ein'si 19. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis (di-ίσω *not* rà; zZiidc.s' τξ *βποιλΐΐα ren· ουρ‹η·ώ»·, /.ai* ο *far Mayç IκI ιη* ρ' *itirai ôtôiitémi· Λ- το'ι ονραιηΐ , /.ai* ο Λ:›› *λναι- τκι τΐ· /ξ forai)P/.iidror ἐν τόι ονραvο1)α.* Unde proferimus tale argumentum:

J/rt/ *16, 18 pollicitus est Christus s. Petro, ut personae a reliquis distinctae, dignitatem petrae fundamentalis pro ecclesia sua aedificanda. Atqui hoc est idem ac promissum esse Petro immediate et directe primatum jurisdictionis in ecclesiâe Christi Universae societatem.*

Prob. maj. Et quidem 1. unum idemque subjectum designari voce Petri et petrae, super quam aedificanda dicitur ecclesia, liquet

a. ex eo, quod in lingua aramaica, qua Christus usus est, utrique illi voci, seclusa omni agnominatione, unum atque idem respondet vocabulum unde perspicimus Dominum propemodum locutum esse: Tu es saxum et super hoc saxum. Neque significationis mutationem ullam licet colligere ex appositis vel ex indole subjecti. Pariter eadem utrôbique vox occurrit in versione arabica, armena, coptica, persica, syriaca, ih evangelio hebraeo etc. Neque sane obstat, quod in textu graeco, quem latina vulgata nostra sequitur, terminatione masculina tamquam aptiore ad nomen viri exprimendum dicitur prius *κέτρο* (cf. *Jo* 1, 42; *Mare* 3, 14. 16), dein vox usitatior *κίτρα* ad mysterium ejusdem nominis explicandum adhibetur.

b. Identitas, quam statuimus, subjecti significati omnino postulatur per additum voci petrae pronomen demonstrativum *hanc.* Subjectum enim proxime nominatum et exhibitum ut petra est ipse Petrus; immo aliud nec praecedit nec subsequitur, ad quod referri pronomen tale possit.

63 C. Idem patet inde, quod verbis „et super hanc petram etc“ manifeste redditur ratio, quare et quomodo Simon vocetur Petrus. Exempla explicationis hujuscemodi subjunctae nomini divinitus imposito exstant *Gen* 17,5. 15. 16; 32, 28; *Mat* 1,21.

d. Non est sapientiae infinitae vacua indere nomina, multo- 64
que minus, novo nomine sterili mutare primitivum; sed nomen
a Deo impositum censendum est indicium ipsum rei per nomen
expressae conferendae. Atqui praerogativam aliam nomen Petri
exprimere non potest quam quae per verba „et super hanc
petram etc“ declaratur.

Ad rem *Chrysostomus* (in Jo horn. 19. al. 18. n. 2; J/59, 122):
.Hunc ergo (Petrum) sic vocavit, Jacobum autem et fratrem,
filios tonitrui. Quare? ut ostendat se eumdem ipsum esse qui
et vetus testamentum dedit, et nomina mutavit, qui Abram
Abraham vocavit, Sarai Saram, JaCob Israelem. Multis etiam
ab ortu nomina imposuit, ut Isaaco, Samsoni, et aliis ab Isaia
et Osee memoratis; quibusdam etiam eam quam a parentibus
acceperant appellationem mutavit, ut supra dictis et Jesu filio
Nave. Nam id in more erat apud veteres, ut ex rebus nomina
imponerent, quod et Elias fecit. Id vero non sine causa, sed
ut ipsum nomen beneficii divini monimentum esset, et memoria
perpetua per expressam nominibus prophetiam auditorum ani-
mis insideret: sic Joannem a principio vocavit. Nam qui a
puero virtute' clari futuri erant, inde nomina sumebant: iis
vero qui postea clari futuri erant, postea nomen imponebatur.” —
Cf. ipsius martyris ***Justini*** dial, cum Tryphone n. 106. cum
n. 100; A/ 6,. 723. 710.

e. Et sane Christus vult edicere aliquid magni de Simone 65
Petro et vicem quandam reddere pro divinitatis Christi con-
fessione (cf. v. 16. 17. 19); quo spectat illud zdyo) (V σοὶ *λίγοι*,
ad verbum: sed et ego, nempe vicissim, dico tibi; idemque
tandem sensus manet, etsi quis opinetur Christum per ζα/ώ se
proxime opponere Patri. Atqui impositio nominis mera, re
nominis Christo soli reservata, nihil plane magni, verum potius
irrisio quaedam foret.

f. Unde Christus Simonem non vocari solum, sed vere de- 66
bere esse Petrum seu petram significat dicendo: ntu *es* Petrus“,
similiter scilicet ac Jesus *esi* re vera Christus, Filius Dei vivi.

g. In contextu sive antecedente vocem petrae sive .con- 67
sequente (v. 17—19) ad Petrum et de Petro sermo est; unde
sunt verba: *ei,* repetitum *es,* repetitum *tibi, tu, ligaveris, sol-
wis.* Ergo et incisum intermedium „et super hanc petram aedifi-
cabo ecclesiam meam“ de Petro pronuntiatum intellegere oportet.

h. Accedit exegetica traditio Patrum vel scriptorum veterun
Ita jam *Tertullianus* disputat (de praescript. c. 22; 4/2,34)·
„Latuit aliquid Petrum, aedificandae ecclesiae petram dictum
claves regni coelorum consecutum, et solvendi et alligandi in
coelis et in terris potestatem?u Cf. de pudic. c. 21 ; 4/2,1025,-
Similiter *Origenes* (in Ex hom. 5. n. 4; **J/** 12, 329): „Vide magno
illi ecclesiae fundamento, et petrae solidissimae, super quam
Christus fundavit ecclesiam, quid dicatur a Domino: ‚Modicae*,
inquit, ‚fidei, quare dubitasti?* (Mat 14, 31)**. — Et *Cypriamn*
(ep. 70. ad Januar. n. 3; 4/ 3, 1043): „Una ecclesia a Christo
Domino super Petrum origine unitatis et ratione fundata.·
Eodem pertinet ep. 71. ad Quintum n. 3 (4/ 4, 410); ep. 73.ad
Jubajan. n. 11 4/3, 1116); ad haec revise supra n. 27. 47.-
Antiquitatis christianae persuasionem ipse *Firmilianus* episcopus
Caesareae Cappadociae, quamvis iratus Stephano pontifici romano,
tradit scribens (ad Cyprianum ep. 75. n. 17; 4/3, 1169): „Egoin
hac parte juste indignor ad hanc tam apertam et manifestam
Stephani stultitiam, quod qui sic de episcopatus sui loco gio-
riatur et se successionem Petri tenere contendit, super quem
fundamenta ecclesiae collocata sunt, multas alias petras in-
ducat et ecclesiarum multarum nova aedificia constituat, dum
esse illic baptisma sua auctoritate defendit. Nam qui bapti-
zantur complent sine dubio ecclesiae numerum. Qui autem
baptisma eorum probat, de baptizatis et ecclesiam illic esse
confirmat. Nec intelligit obfuscari a se et quodam modo ab-
oleri christianae petrae veritatem qui sic prodit et deserit
unitatem**. Cf. ib. n. 16.

69 *Hilarius* quoque sine cunctatione docet Me Trin. l. 6. n. 20;
4/10,172): „Post sacramenti confessionem beatus Simon aedi-
ficationi ecclesiae subjacens et claves regni coelestis accipiens".
Vide et tr. in Ps 131 n. 4 (4/ 9, 730) vel tr. in Ps 141. n. 8
(4/9,836). — Sic et *Basilius M.* (adv. Eunom. l. 2. n. 4; 4/ 29,
578. 579): „Per hanc vocem (Petri) intelligimus Jonae filium,
. . qui quoniam fide praestabat, ecclesiae aedificationem in se-
ipsum recepitll. Consentanea legas in Is c. 2. n. 66 (4/ 30, 234). –
Egregie prorsus *Ephracm syrus* inducit Jesum in cena ultima
sic loquentem (de Salvatoris nostri passione et resurrectione
serm. 4. n. 1; ed. Lamy 1, 412): „Simon discipule mi, ego te
constitui fundamentum ecclesiae sanctae, Petram (Khifa> vocavi
te antea quia tu sustinebis totum meum aedificium; tu es in-
spector (bochura, episcopus) eorum, qui aedificant mihi ecclesiam
in terris; si quid reprobum aedificare velint, tu fundamentum
reprimas eos; tu es caput fontis a quo hauritur doctrina mea
(atthü risch mabuc julponj, tu es caput fontis doctrinae meae), tu
es caput discipulorum meorum; per te omnes gentes potabo;
tui est suavitas illa vivifica quam largior; te elegi ut sis in
mea institutione velut primogenitus et haeres efficiaris thesau-
rorum meorum; claves regni mei dedi tibi. Ecce principem
te constitui super omnes meos thesauros**. Praeterea videas
serm. 2. n. 4 (ib. 374); serm. 7. n. 2 (ib. 534). Adde *Aphraatis*
dem. 1. n. 17 (ed. Parisot 1, 39. 42); dem. 11. n. 12 (ib. 502);
dem. 21. n. 10 (ib. 959). — Affirmat etiam *Gregorius naz.* (or. 32.
al. 26. n. 18; *M* 36, 194): „Abides quemadmodum ex Christi disci-
pulis, magnis utique omnibus et excelsis, atque electione dignis,
hic Petra vocetur, atque ecclesiae fundamenta in fidem suam
accipiat (ὁ *Πέτρα νχ'λεϊται, v.al τον θεμελίον τη ἑ/./.ληοία
ηιοτενεται)* . — Item *Gregorius nyss.* (or. in s. Stephanum;
.1/46,734): „Celebratur Petri memoria, qui apostolorum est
caput, et una quidem cum ipso cetera ecclesiae membra glori-
ficantur; Dei vero ecclesia in ipso solidatur. Hic enim, juxta
praerogativam sibi a Domino concessam, firma et solidissima
petra est, super quam Salvator ecclesiam aedificavit**. — Pariter
ab *Ambrosio* (de virginitate c. 16. n. 105; 4/ 16, 292) Petrus dicitur
„vir sapiens et gravis, in quo esset ecclesiae firmamentum, et
magisterium disciplinae**. Vide et in Ps 40. n. 30 (4/ 14, 1082);
in Luc l. 4. n. 70 (4/15,1633); de fide l. 4 c. 5. n. 56 (4/16,628). —
Epiphanius (haer. 59. al. 39. n. 7. 8; *M* 41, 1030); „Qui (princeps
apostolorum Petrus) quidem solidae petrae instar nobis exstitit,
cui velut fundamento Domini fides innititur *(πέτρα θεμελιονσα την
πίϑτιν τον Κυρίον),* supra quam ecclesia modis omnibus exstructa
est. In primis quidem, quod Christum Dei vivi Filium esse con-
fessus est, idque vicissim audiit: Supra hanc solidae fidei petram
aedificabo ecclesiam meam. Ouoniam diserte verum illum esse
Filium asseruit . .Verum et ille quoque firmissimus structurae
lapis, ac divinae domus fundamentum fuit, cum negato Christo
reversus ad sese, velut repertus a Domino, et honore tanto
affectus, audiit: ‚Pasce oves meas*; et: ‚Pasce agnos meos4;
ac tertio; .Pasce oves meas* (Jo 21, 15 ss)". Consule etiam

Ancorat. n. 9; **J/** 43, 34. — *Chrysustainus* (in Mat hom. 64. al. 55. n. 2; .1/ 58, 534): „Quae uni Deo sunt propria, nempe peccata solvere, ecclesiam in tanto fluctuum concursu imfflotam reddere, hominemque piscatorem toto impugnante orbe petra firmiorem reddere, haec se illi daturum pollicetur: ut Pater Jere· miamalloquens dicebat, se posuisse illum sicut columnam aeream et sicut murum **Jtr** 1, 18); sed illum uni genti, hunc autem in universo terrarum orbe'·. Cf. hom. 4. in Oziam n. 3; *MM,* 123.

Porro *Hieronymus* commentatur (1. 3. in Mat 16, 18; **J/26,**117): „Quid est quod ait: .Et ego dico tibi·? Quia tu mihi dixisti : Iu es Christus Filius Dei vivi: et ego dico tibif, non sermone casso, et nullum habente opus, sed dico tibi: quia meum dixisse, fecisse est. . Sicut ipse lumen apostolis donavit, ut lumen mundi appellarentur, ceteraque ex Domino sortiti sunt vocabula: ita et Simoni, qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomen. At secundum metaphoram petrae, recte dicitur ei: ‚Aedificabo ecclesiam meam super te'“. — *Augustinus* vpro canit Psalm, contra partem Donati; *Ai* 43, 30): „Venite, fratres, si vultis ut inseramini in vite Dolor est cum vos videmus praecisos ita jacere — Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede — Et in ordine illo patrum quis cui successit, videte: — Ipsa est petra, quam non vincunt superbae inferorum portae — Omnes qui gaudetis de pace, modo verum judicate". Sententia consona exprimitur in Ps 30. serm. 2. η. ή *(Ai* 36; 242); in Ps 103. serm. 3. n. 1359. 1364); in Ps 138. n. 22 (**J/** 37, 1799). — *CyriIlus alex,* asseverat (1. 2. c. 1 in Jo 1, 42; .1/ 73, 219): „Tam patrem ejus (discipuli) quam ipsum nomine (Jesus) appellat, et Simonem eum non jam vocari patitur, eum sibi pro sua potestate jam tum ut suum vindicans, sed congrua similitudine Petrum a petra vocari placuit, puta super quem fundaturus erat suam ecclesiam («ττὸ jr/rçcç *ιιεπηόιιΐ'ί'μ.* I/. zooj-' *atrip γιο i-uûjj· rip' airov Htatltoî)·*

Vide etiam in Mat 16, 18; **J/** 72, 423. — Et *Nilus* abbas scribit (1. 2. ep. 261; **J/** 79, 334): „Videsis ecclesiae primum lapidem Petrum, chori apostolici verticem, post poenitentiam tactum (riJtvtci)*4. — Praeclare *i.eo* .V. loquitur (serm. 4. c. 2; 3/:>4, InOl: „Primus est in Domini confessione, qui primus est in apostolica dignitate. Qui cum dixisset : ‚Tu es Christus Filius Dei vivi·, respondit ei Jesus: .Beatus es, Simon Bar-Jona,

quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est'; id est, ideo beatus es, quia te Pater meus docuit, nec terrena opinio te fefellit, sed inspiratio coelestis instruxit: et non caro nec sanguis, sed ille me tibi, cujus sum unigenitus Filius, indicavit. ‚Et ego', inquit, ‚dico tibi': hoc est, sicut Pater meus tibi manifestavit divinitatem meam, ita et ego tibi notam facio excellentiam tuam: ‚Quia tu es Petrus': id est, cum ego sim inviolabilis petra, ego ‚lapis angularis, qui facio utraque unum' (Eph 2, 14. 20), ego ‚fundamentum praeter quod nemo potest aliud ponere' (1 Cor 3, 11), tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quae mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. ‚Et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam'. Super hanc, inquit, fortitudinem aeternum exstruam templum, et ecclesiae meae coelo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurget". Insuper vide ep. 5. c. 2 (**J/** 54, 615); ep. 10. c. 1 (**J/** 54, 629).

In ipso *concilio ephesino* (act. 3; ***JI*** 1, 1478) Philippus sedis 71
apostolicae legatus, contradicente nullo, illa prolocutus est: „Nulli dubium, immo saeculis omnibus notum est, quod sanctus beatissimusque Petrus apostolorum princeps et caput, fideique columna, et ecclesiae catholicae fundamentum (q *θεμέλιο),* a Domino nostro Jesu Christo, Salvatore humani generis ac redemptore, claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est: qui ad hoc usque tempus, et semper in suis successoribus vivit, et judicium exercet". — Et in *concilio chalcedonensi* (act. 3; //2,346) legati sedis apostolicae hanc contra Dioscorum sententiam ferunt: „Unde sanctissimus et beatissimus archiepiscopus magnae et senioris Romae Leo, per nos et per praesentem sanctam synodum, una cum ter beatissimo et omni laude.digno beato Petro apostolo, qui est petra et crepido catholicae ecclesiae, et rectae fidei fundamentum (og *έοτι jrtroct y.ai v.ρητιΐ τη ïaW.r/Sfi ΐ'/./.ληοΐα , /.(à ιή ορθοδόξου πΐστεω ù θεμέλιο),* nudavit eum tam episcopatus dignitate, quam etiam et ab omni sacerdotali alienavit ministerio".

Huc spectat etiam hymnus dominicis post epiphaniam po- 72
situs ad laudes, qui jam a s Augustino (retract. 1. 1. c. 21. η. 1; .1/32, 618) memoratur et ab eodem s. *Ambrosii* esse dicitur (cf. **J/** 16, 1409); ubi de gallo occurrit illud: „Hoc, ipsa petra

ecclesiae, canente, culpam diluit*·. Consonat praefatio, quae festo cathedrae s. Petri in sacramentario *Gregarii A/,* assignatur (**J/** 78, 50). — Item in liturgia etiam *graecorurn* die 16 jan. vel 29. jun. celebratur Petrus ut r *'/.or.τι ιη twkroÎctç /.(à η jttroa* .τ'/σπω , basis ecclesiae et fundamentum fidei, *ϋογμι'αων βάοι; ἰΐσειοτο* , dogmatum basis immobilis, Κὸρα *τι πίστεω* , sedes fidei apud *Nilles,* Kalendarium manuale 1, 72. 193. 194); qualibus titulis nominatim etiam ecclesia *russica* per liturgiam quidem suam s. Petrum praedicat (apud *Rudis,* Petra romana pag. 128. 129. 135). — Pariter sectae, quae jam saeculo V ab ecclesia catholica defecerunt, in ipsis suis libris liturgicis Petrum apostolum tamquam petram ecclesiae profitentur. Ita ordo paenitentiae in ecclesia *coptica* continet orationem (apud *Denzinger,* Ritus orientalium 1, 437): „Domine Deus omnipotens . . qui dixisti patri nostro Petro, ex ore unigeniti Filii tui Domini et Dei nostri Jesu Christi: tu es petra et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam . /·' Testimonia luculenta ex officiis *jacdbitarum* et *nestorianorum* collecta habet fasc. Iit. *Katholik* 1871. 1, 18 ss. — Ad haec legesis *Pseudo-Clementis* ep. ad Jacob, η. 1 (3/2, 34); hom. 17. n. 19 *{M* 2, 402).

i. Per gratuitam omnino conjecturam protestantes veteres multi affirmabant, Christum verbis „super hanc petram", digito exserto, se ipsum demonstrasse. Quod commentum etiam positive prolatis rationibus excluditur. Quibus addi potest, quod, si se ipsum Christus designasset, pro actione sua jam praesenti, neutiquam, forma tantummodo futuri usus, dixisset „aedificabo". Xec magis adversarii juvantur provocando ad Jo 2, 19, ut cujus loci nulla sit cum enarrato Mat 16, 18 paritas; neque per occasionem illam alteram Jesum erga sese intendisse digitum firmius comprobatur; immo etiam hoc confictum mero esse, exsistit ex contextu (v. 20—22) satis manifestum[1]).

[1]) Ceterum jam et protestantes, quamvis alioqui errent, eatenus tamen veritati cedunt, quatenus Mat 16, 18 Petrum ipsum petram ecclesiae intellegunt. Ita V. g. initio hujus saeculi *Kuinoel* (in h. 1.): .Male . . plures interpretes per *nùowt* intellexerunt vel Christum ipsum, vel professionem Petri paulo ante v. 16 editam Neque vero ad ha» contortas interpretationes confugissent interpretes, si non pon· lificii e verbis *Iπ* twtj **rj** *πϋοα.* ad Petrum relatis, male ac perperam vindicare voluissent Petri successoribus, hoc est, pontificibus romanis auctoritatem et praerogativam singularem ac divinam». — Vel rccentior *Meyer* (in h. 1.); .Den

2. Probatur promissio facta esse Petro ut personae a re- 74
liquis distinctae ideoque promissa esse dignitas non pluribus communis, sed prae ceteris omnibus beati Petri propria. Hoc autem

a. ex eo constat, -quod (v. 17 ss) per verba numeri singularis *ei, es, tibi, tu* etc in sensum obvium accepta ad personam Simonis Petri unam noscimus derectum esse ut sermonem, ita intentionem promittentis Jesu Christi.

b. Si praerogativam expressam vellet Christus minime sin- 75
gularem, absona re vera sollicitudo illa tanta appareret, qua unus ille apostolus, etiam adjecto nomine primitivo, nomine, ex *Jo* 1, 42 graec. et 21, 15—17) apocopato quidem, patris,

Nachdruck hat ταὐτρ, womit auf deu Petrus . . gezeigt ist; auf keinen andern ais auf diesen Felsen, — daher jetzt die Femininform gewahlt ist, weil es hier nicht acf den Namen, sondern auf den sachlichen Sinn, d. i. auf die in der Person des Apostels daslehende Felsennatur ankam, welche den Gemeindebau tragen konnte tnd solite . . Ohne Zweifel wird iibrigens hier dem Petrus der Primat unter den Aposteln zuerkannt . . Damit stimmt auch die Voranstellung in den Apostelverwichnissen und die thatsachliche Ueberlegenheit, in welcher wir den Jünger durchwegim N. T. im Apostelkreise finden . . Dieser Primat ist unpartheiisch zuzugeben, iber ohne die rômischen Consequenzen . . Die oft von der Polemik gegen Rom ergriffene Auskunft mit dem Felsen sei nicht Petrus selbst, sondern der feste Glanbe und dessen Bekenntniss von Seiten des Ap. gemeint . ., ist unrichtig, da hs hinzeigende *ταντγ Trj nhoit* nach dem eben gesagten *σν τϊ πέτ^ο* nur ka Apostel selbst meinen kann, wie ihn auch das folgende *καί δώσω* etc meint, wobei allerdings der Glaube des Petr, es war, um dessen willen er vom Herrn ium Grundfelsen erklart wurde“. Quam ferme explicationem *Weiss* in editione aova ejusdem commentarii retinuit. — Item recentissime *Holtzmann* scribit (in b. 1.); .Nach Jes 28, 16 . . legt Gott einen Grundstein in Zion, und ais ein Fels, dirauf Gott die Welt gegriindet hat, erscheint nach Jes 51, 1. 2 Abraham in der j.iischen Théologie . . Ein solchtr Fels soli für die Kirche Petrus sein; art'roo»· heisst zwar gewôhnlich Stein, Felsblock, wird aber auch im Siune von *πίτηα* = Fels gebraucht; in der aramaischen Vorlage stand beidemal im Griechischen sasste wegen der Beziehung des Bildes auf die Person des Petrus (darin sind die 'r.thol. Ausleger den altprotest., die den Fels nur im Glauben oder Glaubenshkenntniss des Petrus fanden, gegeniiber unbedingt im Recht) das 1. Mal dic Masculinform gebraucht werden, die desshalb aber doch im appellativen Sinne iteht. , Auf dieser soeben bewâhrten Felsennatur soli die Kirche so sicher be-,-rindet stehen (vgl. 7, 24. 25), dass die Pforten der Unterwelt . . trotz ihrer Siirke . . sich nicht überlegen erweisen werden·*. Itaque concedunt isti, falli •*a*, qui Mat 16, 18 petram intellegi vel Christum vel Petri confessionem vel doctriniin Christi vel de Christo censent; at non majore jure respui ab ipsis prima-:r. rerae jurisdictionis proindeque in eundem successionem, h. e., „consequentias resanas*, ex dicendis palam fiet.

3 5 7 1 BELLARMINE LIBRARY
St. Mary's College
ST. MARYS. KANSAS

nomine postmodum imposito, ab aliis quibuslibet hominibus per Dominum discernitur.

78 c. In hypothesi adversa non fuisset ratio beatum praedicandi Petrum solum, sed, aeque ac v. 15, in numero potius plurali Christus omnes allocutus esset.

77 (1. Simoni soli nomen competit impositum a Christo Petrus. Ergo et praerogativa eodem nomine signata et verbis „super hanc petram etc“ declarata debebat esse propria Simonis.

78 e. Christi verba promissionem continent cujusdam praemii pro sollemni divinitatis suae confessione rependendi. Atqui haec confessio fuit propria Simonis Petri, i. e., a delegatione vel etiam a sententia prius cognita apostolorum prorsus independens. qB

Et sane quod ab adversariis pluribus dicitur Petrus nomine communi apostolorum confessionem suam edidisse, est res ficta praeter textum evangelicum (cf. ex adverso *Jo* 6, 68—70). Quin contra totum est contextum. Etenim ad priorem interrogationem Domini promiscue apostoli responderunt (v. 13. 14); unde contendendum foret, munus respondendi ad percontationem alteram ad omnes pariter derectam (v. 15) tempore intermedio a reliquis Simoni Petro delegatum esse; atqui hoc satis ridiculum est supponere. Praeterea Christus non modo Petrum unum eximia laude afficit (cf. *Ps* 31, 1), sed etiam diserte asseverat, a solo caelesti suo Patre, non ab apostolis, immediate et directe personae Simonis Bar Jona eam revelationem factam esse, quae causa exstitit fidei et professionis fidei. Nimirum phrasi „caro et sanguis" designatur loco hoc natura humana ex se imbecilla et infirma, discursus rationis naturalis, omnis auctoritas dumtaxat humana, qualis ipsorum apostolorum eo usque erat; qui sensus colligitur ex oppositione cum Patre caelesti ejusque revelatione supernatural! (cf. *Mat* 11, 27; *fo* 6, 44. 45); unde et a talmudistis eadem loquendi ratione homo opponi Deo solet (cf., si fas sit, *Lightfoot* vel nuperum *Wibischc,* in Mat 16,17).

79 f. Pollicitatione Domini non respici directe integram ecclesiam et per ecclesiam Petrum, ex eo quoque planum fit, quod Petrus ad ecclesiam aedificandam refertur velut hujus fundamentum. Atqui fundamentum pro vi sua est aedificio prius.

80 "· Consentit huic nostrae interpretatio majorum, secundum quam ecclesia tota reliqua fundanda super Petrum et eo ipso

dignitas prorsus peculiaris prae ceteris apostolis Petro conferenda erat; quo spectant plus minus ve explicate omnia, quae supra in.64.68 -72) proposuimus, Patrum testimonia.— Praeterea autem negant, loco, de quo agitur, sustinuisse Petrum personam aliorum. Ita certe *Hilarius* (in Mat comment, c. 14. n. 17; J/ 9, 1002): „Et hoc in Petro considerandum est, fide eum ceteros anteisse: nam ignorantibus ceteris, primus respondit: ,Tu es Filius Dei vivi"'. Iterumque scribit ide Trin. 1. 6. n. 37; .1/10,187): „Qui (Petrus) in cunctorum apostolorum silentio Dei filium revelatione Patris intelligens, ultra humanae infirmitatis modum, supereminentem gloriam beatae fidei suae confessione promeruit !" — Eodem sensu loquitur *Optatus* (de schismate donatistar. 1. 7. n. 3; *M* 11, 1088): „Cum interrogaret Christus omnes quem se homines dicerent, unus dixit Eliam ; alter dixit prophetam : tunc Christus dixisse legitur: ,Vos quem me dicitis esse?' et ait illi Petrus : ,Tu es Filius Dei vivi'. Pro qua agnitione laudari ab eo meruitl): Ecce ceteris non agnoscentibus Filium Dei, solus Petrus agnovit". — Item docet *Cyrillus hieros.* (catech. 11. n. 3; J1Z 33, 694): „Omnibus . . reticentibus — humanas enim vires excedebat hujusmodi documentum —, Petrus apostolorum princeps et supremus ecclesiae praeco, non adinvento sermone usus, neque humano persuasus ratiocinio, sed immissa menti a Patre luce perfusus, dicit ad ipsum: ,Tu es Christus'; neque id simpliciter, sed, ,Filius Dei viventis'. Et statim adjungitur huic verbo beatitatis denuntiatio — vere enim humano captu superius erat —, et signaculi loco declaratio haec, quod Pater esset qui revelaverat." — Atque *Ambrosius* (in Luc 1. 6. n. 97; *M* 15, 1694): „Petrus non exspectavit populi sententiam, sed suam prompsit dicens: ,Tu es Christus Filius Dei vivi"'. — A^el *Asterius amasenus* (hom. 8. inss. Petrum et Paulum; **J/** 40, 278): „Percontante . . quandoque Domino ex duodecim . . jubenteque ut clare edicerent, quem eum dicerent, cum omnes reliqui vellent tacere ac cunctarentur, palamque praeferrent parturire animis aliqua meditatione quid responsuri essent, statim aperiens os, qui vivum accensumque fidei carbonem animo ferebat, quo et prius Isaiae

In editione vindobonensi recipit *ZiWsa* interjectum istud: bquod instinctu ia patris hoc dixerit*.

labia mundata luissent, beatam illam ac plane perspicuam praeclare edidit confessionem: ‚Tu es Christus Filius Dei vivi*“. — Vel et *Basi/ius seieuciensis* (orat. 25. n. 4; *M* 85, 295): „„Quem me dicunt homines esse Filium hominis?* Remotam a periculo quaestionem interim discipulis objiciebat. Perfacilem enim responsionem quaerit de aliis instituta quaestio. Quare prompte apostolorum coetus respondit: .Alii Eliam, alii Joannem. alii unum ex prophetis*. Sed quaestione iterum ingesta refellit inscitiam: ‚Vos autem quem me esse dicitis?* Et silentio suspensos omnes tenuit: nec enim omnes sciebant. At cum interrogasset, ignorantia cognita Petro divino quodam modo responsum subjicit, et ad quam vocem sponte movebatur, primatem inclinat («ιλύ ‹k- *xty άγνοιαν, υποβάλλει, τω Πετρψ θει/.ώ τίν άπό-•/.ρισιν, /ai κλίνει τον κορνφαίον προ* ?»' αϊτό *έκινη&η φωνήν)* velut citharam quamdam ratione praeditam ictibus exsuscitans; Petri lingua in obsequium doctrinae usus rogat ignorantes, et responsionem suppeditat: ‚Tu es Christus Filius Dei vivi*. Quod per scientiam non poterant, gratia proloquebatur (8 orz *ειχεν (γνώσι , ί χάρι εφθέγγετο)'*^. — In ipsa *graecorum liturgia* 16. jan. vel 25. april. vel 29. et 30. jun. vox et virtus petrae conveniens ex Domini sententia Petro copiose explicatur ita, ut sit Petrus ὁ *πρώτο των αποστύλων,* primus apostolorum, *ό πρωτόθρονο ,* qui primam sedem tenet, *των αποστόλων πρωτόθρονο ,* inter apostolos primam sedem tenens, ὁ *κορυφαίο των αποστόλων,* princeps apostolorum, ὁ *κορυφαιότατο τάν αποστόλων,* primus princeps apostolorum, *κορυφαία κρηπί των αποστόλων,* summum fundamentum apostolorum, *πρόεδρο των αποστόλων,* praeses apostolorum, *τι'ν αποστόλων προεξάρχων,* apostolorum primus princeps,// *εξαρχή τον χοροί- των μαθητών,* princeps chori discipulorum (apud *Xilles,* Kalendarium manuale 1, 72. 194). Cf. *Ephraeni syri* serm. 5. in hebd. sanet, n. 3; ed. Lamy 1, 436. 438.

81 h. Notare juvat, relatam confessionem manere actum proprium Petri, etsi supponatur, apostolos omnes ad fidei professionem consimilem edendam paratos tunc fuisse. Quae tamen hypothesis ex *Jo* 1, 49; 6, 70: *Mat* 14, 33 non evincitur; ibi enim vel confessio divinitatis accepta in sensum solum analogicum, quamvis sublimiorem, vel saltem cognitio divinitatis naturalis non ita clara, deliberata, firma, uno verbo plena exhibetur: et ^6.70 probabilius legendum est: *ό άγιο του θεοί,*

non autem 4 *vio τον Utol·*. Certe ipsum Petrum unum cognitionem illam manifestandam J/rz/ 16 hausisse ex divina revelatione, Christo tunc interrogante, sat perspicue indicatur. Unde simul patet, falso indolem ferventiorem Petri simpliciter ut causam confessionis sisti, quamquam ad confitendi alacritatem conferre aliquid potuerit; et profecto, nullus fervor, etiam supernaturalis, notitiam ullam per se indit, sed fervori praevia notitia suppo-
nitur; neque etiam fervor Petri, quem interdum ipsi Patres celebrant, sive antecedens sive comitans veritatis revelatae ereditaeque manifestationem, potuit efficere, ut confessio actus Petri proprius non foret. Ceterum ex ipsa hypothesi, Petrum quasi delegatum omnium mentem expressisse, concludere non liceret, dignitatem omnibus communem repromissam esse; ne-
que enim munus idem est merces quaedam debita pro merito condigno, sed est donum gratis datum, ad quod pollicendum dispositio tantum congrua, posita in confessione fidei, a Christo percontante provocata est.1)

Prob. min. argumenti generalis supra (n. 60) positi. Et 82
vero per se patet, idem esse, promissionem fieri dignitatis concedendae Petro ut personae a reliquis distinctae, ac fieri Petro immediate vel directe; nam pro agendi modo illo pro-
missio non utique spectavit ad plures, quos Petrus quasi unus de istis repraesentasset, et ita demum etiam ad Petrum, sed spectavit ad Simonem Petrum solum et eo ipso immediate vel directe. Idcirco ostendendum superest,

1. nomine ecclesiae significari *Mai* 16, 18 ecclesiam Christi universam. Et hoc quidem liquet

a. ex eo, quod ecclesia dicta simpliciter, seu sine addito restringente, intellegitur universalis.

b. Sane hinc quidem ecclesiae vocabulo apte designatur, 83
sicut olim collectio populi Israel sacra, ita nunc a Christo coetus universus hominum eorum, qui religionem Christianam

’j Subjectum promissionum loco nostro esse immediate solum Petrum, pro-
telantes quoque interpretes complures, victi veritatis evidentia, concedunt, unde in Petro saltem praedicationis primatum quempiam agnoscunt. Probant scilicet -leriquef hodierni modum, quo pridem *Schleusner* verba Domini enarravit (in Lnic. N. T. adv. πὐη«): .Tibi, veluti fundamento, saxo solido constanti, super-
•tream ecclesiam christianam, h. e. tu eris summus et maxime insignis doctor re-
iigionis christianaeu.

profitentur, qui sint velut domus Dei *(cf. A7//n 12,* 7: *Jcr* 12,7; *Os 8, 1; 9, 8.* 15) a Domino aedificata *{1 Cor* 3, 9ss; 6W2, 9; *Eph 2, 20 ss; 1 Tini* 3, 15; *Heb* 3, 6: */ Pcf 2,* 5); illinc vero nulla plane ratio adest, cur unus coetus particularis prae alio ecclesiae nomine appelletur.

84 c. Eadem interpretatio confirmatur dictis Patrum supra recitatis. Recole v. g. testimonium expressum *Ephraem syri* ac *Chrysosiomi* (n. 69), vel pronuntiatum in *concilio ephcsino* et *chalcedoncnsi* (n. 71). Item huc pertinet th. I. p. II (n. 24 ss).

85 d. Demum loco, de quo agimus, non ecclesia solum dicitur, verum ecclesia mea, i. e., ecclesia Christi, et quidem cum articulo (ozzodotti'tfw *μov rO Γ/.χλvρίαv).* Atqui talis non est tantum pars ecclesiae, sed ecclesia universa.

86 2. Ad hoc probatur, promitti sub metaphora petrae primatum jurisdictionis, unde ecclesia in veram societatem conformetur. Sane ex verbis Domini

a. debebat esse habitudo Petri ad ecclesiam ea, quae fundamenti est ad aedificium superstructum. Atqui haec altera habitudo talis est, ut a fundamento ejusque efficacia pendeat aedificii totius unitas vel cohaerentia partium omnium inter se et pro componendo uno toto, tum ut a fundamenti firmitate vel stabilitate pendeat totius aedificii firmitas vel stabilitas, ut proinde neque aedificium totum neque ulla pars ejusdem extra fundamentum vel separata a vi fundamenti esse vel servari queat. Ergo similiter agnoscere oportet Petrum a Domino designatum tamquam principium efficax et firmum vel stabile unitatis et immotae firmitatis vel stabilitatis ecclesiae, a quo principio divisa neque ecclesia tota neque partes ullae lapidesve ecclesiam Christi componentes esse vel servari possint. Quae conclusio per se clara etiam confirmatur verbis subsequentibus „et portae inferi non praevalebunt adversus earn"; nimirum contra impetus hostiles invicta stat ecclesia eo, quod Petro firmissimo cohaeret. Intercedit nempe ratio illa, quam Servator his illustrat *Mat 7.* 24. 25: „Omnis ergo, qui audit verba mea haec, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram: et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim erat super petram"; cf. v. 26. 27. Atqui est compertum, munia enumerata erga

aedificium aliquod morale vel coetum hominum, qualis est ecclesia (cf. th. 1. et II), praestari tantum auctoritate efficaci vel activa, firma stabilique, quae pro coetu universo potestas sit suprema vel primatus jurisdictionis eidemque toti formam societatis praebeat. Et re vera, nisi omnes, qui ad ecclesiam pertinent, etiam collective sumpti, ad Petrum sequendum eique praecipienti adhaerendum obligati forent, nulla per ipsum unitas ecclesiae nec proinde firmitas vel stabilitas qualiscumque obtineretur vel conservaretur, jamque falsum esset, ecclesiam vel ejus partes a Petro non pendentes consistere non posse. Ergo Petrus primatum jurisdictionis in ecclesiam Christi integram ut societatem veram accipere debebat.

b. Similis est expositio Patrum. Eo spectat, quod apud 87
Padanum legimus (ep. 3. ad Sympronian. n. 11; *M* 13, 1071): „Ipso referente Matthaeo, paulo superius ad Petrum locutus est Dominus; ad unum, ideo ut unitatem fundaret ex uno.‘r — Item *Ambrosius* affirmat (in Ps 40. n. 30; *M* 14, 1082): „Ipse est Petrus cui dixit (Christus): ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam'. Ubi ergo Petrus, ibi ecclesia: ubi ecclesia, ibi nulla mors, sed vita aeterna. Et ideo addidit: ‚Et portae inferi non praevalebunt ei: et tibi dabo claves regni coelorum'. Beatus Petrus, cui non inferorum porta praevaluit, non coeli porta se clausit, sed e contrario destruxit inferni vestibula, patefecit coelestia. In terris itaque positus coelum aperuit, inferos clausit/' — Atque *Hieronymus* ex oriente scribit (ep. 15. al. 57. ad Damasum n. 2; JZ 22, 355. 356): „Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tuae, id est, cathedrae Petri, communione consocior. Super illam petram aedificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio . . Non novi Aditalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est." Et in *liturgia graeca* 29. jun. Petrus dicitur *προοτστ^ v.cd πρόεδρο vabpiaç,* praefectus et praeses ecclesiae (apud *Nifles,* Kalendarium manuale 1, 194). — Ad haec relegantur varia Patrum testimonia superius jam allata, ut illa *Cypriani* (n. 68) vel *fyhraem syri* (n. 69).

c. Quare *iriioa* perperam depingitur ut lapis, qui proiciatur et provolvatur, unde designet fidem Petri, quae, ipso primo et post ipsum aliis ministris praedicantibus, ubique propaganda fuerit; neque enim super talem lapidem unquam aedificium construitur, sed super fundamentum perseverans. Pariter non licet dignitatem petrae in eo tantum ponere, quod Petrus omnium primus evangelium praedicaverit atquejudaeos et gentiles in ecclesiam admiserit (./<7 2, 14 ss; 4, 8 ss; 10, 34 ss; 15, 7). At enim sub respectu isto Petrus non tam fundamentum fuit, quam fundamentum, doctrinae scilicet, pro ecclesia aedificanda ut Domini minister posuit (cf. *1 Cor* 3, 10); unde adversarii, relicta veritate et imagine, quam Christus protulit, ad aliam transiliunt, quin et illam pervertunt, substituto architecto pro fundamento ipso. Prioritas in praedicando est enimvero aliqui effectus collatae dignitatis petrae, sed talis dignitas prioritate illa minime exhauritur. Nam quamvis maneat doctrina, primae tamen praedicationis actus transiens fuit, neque ecclesia cessante eo corruit; atqui fundamentum concipitur ut res stabilis et qua subtracta aedificium stare nequeat. Praeterea non apparet, quomodo prioritas in praedicando, Petro prae aliis concessa, robur ecclesiae addere potuerit ad portas inferi superandas. Neque proportio intercedit inter Christi de Petro praeconium tam magnificum et praerogativam illam adeo exilem, quae sensu etiam insigniore s. Paulo convenit *(Act* 9,15; *1 Cor* 15, I0 . Porro impune spernimus interpretationem eam. qua idea fundamenti ecclesiae extenuatur in exprimendum primum hominem vere Christianum; qualis etiam minime Simon Petrus exstitit (vide *Luc* 1, 31 ss; *Jo* 1, 15. 30. 36).

Demonstratio p. II. *Mat 16,19 promisit Christus Simoni Petro ipsi et soli, proinde immediate et directe, potestatem clavium in regno caelorum exercendam cum jure amplissimo ligandi et solvendi. Atqui potestas talis est potestas sub Christo Domino suprema seu primatus verae propriaeque jurisdictionis in ecclesiam Christi militantem universam socialem.*

Prob. maj. Et quidem 1. ipsum Petrum a Christo proponi tamquam subjectum promissionum, est omnino evidens. Neque enim est alia persona, ad quam pronomen *tibi* vel verba *ligaveris* et *solveris* referri possint. Nimirum prosequitur manifesto Dominus sermonem, quo jam a v. 17 alloquitur Si-

monem Bar [ona Petrum; insuper, saltem in vulgata nostra et graecis aliquot codicibus, per particulam copulativam repetitam *et* omnia et singula, quae v. 19 enuntiantur, cum praecedentibus expresse conjunguntur. Unde

2. jam etiam intellegimus, solum Petrum a Christo promittente respici; videlicet

a. ob nexum orationis memoratum huc quoque cuncta fere argumenta pertinent, quibus verba praecedentia (v. 18) de Petro exclusive accipienda esse, supra (n. 74 ss) demonstravimus.

b. Et sane unum idemque debet subjectum esse, quod est ecclesiae petra ac quod habet claves regni, siquidem ex dicendis utraque imagine potestas demum eadem depingitur. Atqui, ut ostensum est, tamquam petra ecclesiae designatur solus Simon Petrus, prout a ceteris distinguitur.

c. Neque aliter sentiunt Patres vel scriptores veteres. Effatis jam propositis hoc accedit *TerMliani* (Scorp. c. 10; .1/2,142): ,.Et si adhuc clausum putas coelum, memento claves ejus hic Dominum Petro, et per eum, ecclesiae reliquisse, quas hic unusquisque interrogatus atque confessus feret secum." — *Origenes* vero ait (in Mat tom. 13. η. 31; *M* 13, 1179 ss): „Quoniam prae iis qui ter arguerunt, peculiare aliquid Petro tribui oportebat, etiamsi de Petro, et qui ter fratres arguerunt commune aliquid dictum sit, privatim *(îôlct)* illud Petro attributum est: ‚Dabo tibi claves regni coelorum', priusquam illud: .Quaecunque alligaveritis super terram', etc (Mat 18, 18). Ac sane si ad evangelica scripta animum diligenter appellamus, ibi magnum inveniemus discrimen, et excellentiam eorum quae Petro, prae iis quae aliis dicta sunt, etiam in iis rebus quae Petrum inter eosque qui ter fratres objurgaverunt, communes esse videntur." — Ita et *Optatus* (de schism, donat. 1. 7. n. 3: .1/11,1087. 1088): ,,Boηo unitatis beatus Petrus, cui satis erat, si. post quod negavit, solam veniam consequeretur, et praeferri apostolis omnibus meruit, et claves regni coelorum communicandas ceteris solus accepit . . Intelligitur omnia ordinata ess.e providentia Salvatoris, ut ipse acciperet claves. . Stant tot innocentes, et peccator accipit claves, ut unitatis negotium formaretur. Provisum est, ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, et quae necessaria est unitas, esse non posset.ll — Et *Basitius M.* (prooem. de

judicio Dei η. 7: *M* 31, 671): „Beatus ille Petrus, omnibus discipulis praelatus, cui soli majora data quam aliis sunt testimonia, qui praedicatus est beatus, cui claves regni coelorum concreditae sunt . — Vel *Gregorius nyss,* (de castigatione: J/ 46, 311): „Per Petrum episcopis dedit (Christus) elavem coelestium honorum.·' *Leo* .1/. (ep. 10. c. 2; *M* 54, 630): ..Cui (Petro) cum prae ceteris solvendi et ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialius mandata est Jo 21. 15 ss)". — Hinc loquitur et *Beda* (1. 2. hom. 16, in natal, beat, apost. Petri et Pauli ; **J/** 94, 223) : „Ne leve quisquam putaret ecclesiae judicio condemnari, mox terribiliter adjunxit: ,Arnen dico vobis, quaecunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo: et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo (Mat 18, 18/. Omni igitur electorum ecclesiae juxta modum culparum vel poenitentiae ligandi ac solvendi datur auctoritas Sed ideo beatus Petrus qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter claves regni coelorum et principatum judiciariae potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant quia quicunque ab unitate fidei vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possint regni coelestis ingredi."

93 *Prob. min.,* nempe 1. nomine regni caelorum significari hic directe ecclesiam Christi militantem universam. Id liquet

a. ex eo, quod hoc loco regnum caelorum illud designatur, in quo exercenda est potestas, ex dicendis regia, ligandi et solvendi; atqui istam exercendam esse super terram enuntiat expresse Dominus; ergo significatur regnum Christi regis *Luc* 1,32.33; *Jo* 18, 36; *Apoc* 19, 16; cf. *1 Par* 28, 5; *Ps* 21, 29; *Abd2\)* super terram constitutum seu ecclesia Christi militans. Haec autem significatur tota; neque enim vocabulum regni (ntç ^oatWeg) unam tantum vel alteram provinciam, sed terram omnem regi alicui subjectam sonat.

94 b. Idem usu loquendi Christi ipsius comprobatur , quo in tot parabolis regnum caelorum dicitur ecclesia militans eaque universa. Accommodate *Gregorius jV.* docet (hom. 12. in evang. n. 1; 3/76, 1118. 1119): -Quaerendum nobis est quid sit regnum coelorum, aut cur decem virginibus comparetur, quae etiam virgines prudentes et fatuae dicantur (Mat 25. 1 ss). Dum

enim coelorum regnum constat quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum nobis est quod saepe in sacro eloquio regnum coelorum praesentis temporis ecclesia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: ‚Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala' (Mat 13, 41). Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt quae colligantur . . In quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit, geminatus autem quinarius denarium perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta ecclesia decem virginibus similis denuntiatur. In qua quia mali cum bonis et reprobi cum electis admisti sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse perhibetur·'.

c. Sane collatione facta regnum caelorum idem intelle- 95
gitur, quod alibi vocatur vel regnum Dei vel regnum simpliciter, cujusmodi est utique ecclesia tota sita super terram. Ita enim scriptum est .1/rz/ 4, 17: „.Exinde coepit Jesus praedicare, et dicere: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regmim caelorumsed pro hisce legitur *Marc* 1, 14, 15: „Vehit Jesus in Galilaeam, praedicans evangelium regni Dei, et dicens; Quoniam impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei: poenitemini, et credite evangelio"; et loco recitato additur mox apud ipsum *Mat* 4, 23: „Et circuibat Jesus totam Galilaeam. docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni"; vide et 9, 35. Pariter conferatur JAz/5, 3 cum *Luc* 6, 20, item J/rt/ 11, 11 cum *Laic* 7, 28, *Mat* 13, 11 cum *Luc* 8, 10, .1/(7/19,14 cum *Mare* 10, 14. Quocum cohaeret, quod caeli voce aetate evangelistae solebat designari Deus ipse, ut *Mat* 21, 25.26; *Luc* 15, 18. 21; *Jo* 3, 27; usum talmudicum eundem monstrat *Lightfoot* vel *Wiinsche* (in Mat 3, 2).

(l. Et vero congruenter ecclesia universa etiam in statu 96
militiae terrestris posita honoratur nomine regni caelorum, primum ex origine divina, quae effertur *Dan* 2, 44: „In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur", atque *Jo* 18, 36: „Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer judaeis: nunc autem regnum meum non est hinc". Accedit ratio altera augusti tituli regni caelorum pro ecclesia

ipsa militante ex donis supernaturalibus, quibus est ornata, ex termino vitae aeternae praestituto, ex exemplari suo, quod est ecclesia in caelis triumphans, ex sede regis sui Christi.

e. Tandem, ut videbimus, potestas clavigeri est eadem cum potestate petrae. Atqui haec refertur ex disputatione superiore (n. 82—85) ad ecclesiam Christi militantem universam.

2. Potestatem clavium vel omnia ligandi et solvendi esse potestatem, eamque supremam, jurisdictionis verae propriaeque, proinde in societatem veram ac propriam, demonstramus

a. ex loquendi usu sacro. Enimvero Sobnae domus regiae praeposito indigno sufficiendum esse Eliacim cum potestate jurisdictionis in suo saltem ordine suprema in domum, civitatem, regnum declaratur verbis illis *Zs 22,* 15. 19—*22* : „Haec dicit Dominus Deus exercituum: \'ade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam praepositum templi (hebraice,- ad procuratorem istum, ad Sobnam, qui est super domum), et dices ad eum . . Expellam te de statione tua, et de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa: Vocabo servum meum Eliacim filium Helciae, et induam illum tunica tua, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dominationem tuam) dabo in manu ejus, et erit quasi pater habitantibus Jerusalem et domui Juda. Et dabo elavem domus David super humerum ejus, et aperiet, et non erit qui claudat: et claudet, et non erit qui aperiat/' Quibuscum juvat comparare *Zs* 9, 6, ubi pro symbolo clavis ipsa res significata, principatus, sive instar oneris sive ut insigne, super humerum factus dicitur. Immo et suprema potestas Christi ipsa sic enuntiatur *Apoc* 1, 18: „Habeo claves mortis et inferni", et iterum *Apoc* 3, 7 : „Haec dicit Sanctus et Verus, qui habet elavem David (o *ἁγιο , o ἀlrί)ην , 6 ιγων Ar /Z.Ziv JaiAÏÏ):* qui aperit, et nemo claudit: claudit, et nemo aperit."

Itaque per signum clavium exprimitur potestas vera et in ordine saltem proprio suprema in objectum illud, cujus dicuntur obtineri claves; quae quidem potestas, quatenus, ut locis recitatis, agitur de coetu hominum vel entium intellegentium, est potestas jurisdictionis vel eam certe comprehendit.1) Est sci-

*' Claves sunt per se symbolum idoneum potestatis etiam dominii: qualis quidem Deo erga creatos omnes res et personas inest. Ouo pacto apud *Ugolini* (thesaur. antiquit. sacr. 3,411. 418 ed. venet. 1745) judaei asseverant, totius mundi

licet potestas patrisfamilias vel vices sustinentis oeconomi, administratoris, procuratoris, dispensatoris bonorum pro domo vel familia, in domo, in domum (cf. *i.ne* 12, 42 ss); est potestas praefecti vel gubernatoris in civitate et in civitatem; est potestas regis vel regis vicarii in regno et in regnum. Ergo cum promittuntur Petro claves domus ecclesiae vel regni caelorum universi componendi ex hominibus, promittitur ipsi pro hoc regno et in idem regnum potestas jurisdictionis vera et vice Christi regis regia vel in suo ordine suprema; promittitur proinde primatus jurisdictionis continentis veram ac propriam societatem; primatus, inquam, jurisdictionis, pro indole subjecti vicarii, cum potestas dominii, quam et ipsam significare ex se claves possint, penes Dominum domus maneat.

b. Sane, qui habet claves, in sacris litteris *(Is* 22, 22; 99
A/oc 3, 7; cf. *Job* 12, 14) describitur tamquam aperiens et claudens ita, ut ipso aperiente nemo claudere possit, ipso claudente nemo aperire. Atqui potestas talis est suprema, sive simpliciter sive in suo saltem ordine. Etenim qui potest aperire et claudere, potest omnes actus clavium, i. e., potestatis per claves designatae; potest nempe admittere ad domum vel domus bona, excludere ab iisdem, consequenter praescribere vitae in domo condiciones vel ordinem domesticum, administrare domum. Et qui potest aperire et claudere ita. ut ipso aperiente nemo claudere possit, ipso claudente nemo aperire, is potest omnes actus clavium ita, ut dependentes a se habeat omnes ingredientes in objectum illud, cujus possidentur claves, cum ipse a nullo dependeat. Ergo potestas Petro sub signo clavium promissa potestas est suprema, in suo quidem ordine. Namque pendet Petrus utique a Christo, qui essentialiter est et manet summus rex et habens (cum articulo ὁ *χωϊ'), ex se scilicet, elavem David (r/p- */J.Civ Jccveiô, Apoc* 3, 7), a quo proinde Petrus participatas debebat obtinere claves; ceterum vero Petrus, claviger pro Christo vicarius regni Christi vel ecclesiae independenter a consensu ecclesiae suprema ipsius Christi voluntate constitutus, potest ponere omnes actus jurisdictionis

Dominum sibi reservasse claves pluviae, cibationis, sepulcrorum, sterilitatis, vel dares vitae, pluviae, resurrectionis mortuorum. Ubi ex scriptura ipsa citatur Dent 28, 12; Ps 144, 1G; Ez 37, 12; Gen 30, 22. Similiter exprimitur dominium 1.74. *Dis'.* XVIII, 1:1. 1. §. 21. *Dig.* XLT, 2.

ecclesiasticae, et subjecta sibi habet membra ecclesiae prorsus omnia, etiam simul sumpta, neque ipse cuiquam est subjectus: unde Petro aliquid permittente nemo prohibere potest, Petro prohibente nemo id permittere.

100 C. Sive per metaphorae ejusdem explicationem ulteriorem, ut nonnemo vult pro modo vetere hebraeo claudendi et aperiendi portas, sive rectius, pro ipsa amplitudine termini *quodcumque,* per metaphoram novam declaratur dictum antecedens vel exhibetur clavium potestas in actu jam secundo seu exercitio posita (cf. *Is* 22, 22; *Apoc* 3, 7), quatenus quidquid Petrus super terram, i. e., in ecclesia militante, ligaverit vel solverit, Deus ipse ligare vel solvere affirmatur. Atqui his exprimitur suprema potestas jurisdictionis s. Petro conterenda. Nam verbis o et o icb' λίσ/,ν comprehenditur iniciendum aut tollendum quodvis vinculum, non sane physicum, sed, quod ad ens liberae voluntatis referatur, vinculum morale; quod quidem triplex est, h. e., legis, culpae, poenae (cf. *Mat* 18, 17. 18; *'to* 20, 23). Unde potestas jurisdictionis comprehenditur amplissima, nullo limite definita, nisi qui contineatur dependentia a voluntate ipsius Jesu Christi et terminis et fine ecclesiae. Itaque subiciuntur Petro per illud neutrum universale o ἰώ· omnes ecclesiasticae sive res sive ipsae personae, sine quibus vincula moralia exsistere certe nequeunt. Est igitur potestas Petri sub Christo Domino suprema. Et re vera, si quid ligat Petrus, ligat illud Deus; si quid solvit Petrus, solvit illud Deus; atqui nulla creatura solvere potest id . quod ligat Deus, nec ligare id, quod solvit Deus. Ergo nec quod Petrus; seu omnis actus Petri sive injungentis vinculum morale sive auferentis validus est ita, nulla ut creatura irritum eum facere possit (cf. *Is 22,* 22; *Apoc* 3, 7; *Job* 12, 14). Ergo potestas jurisdictionis tribuenda Petro est independens ab omni creata voluntate, eoque ipso est potestas in ecclesiam suprema.

101 (1. Concordat usus etiam profanus. Traditio clavium domus, arcis obsessae, civitatis, facta sollemniter famulo, hosti, regi, apud gentes orientis et occidentis semper habebatur velut symbolum collatae agnitaeve supremae potestatis. Ipsi *Ciceroni* omnes horreorum claves tradere idem est ac rei frumentariae praeficere (pro domo 10, 25), sicut ex adverso adimere uxori claves est facere divortium (Phil. 2, 28, 69). Ita et *Solimantis II*

turearum imperator ad legatos Ferdinand! I respondisse fertur: „Claves Hungariae suspendam ex humero meo“ (apud *Itesaglia,* de praerog. b. Petri 1. 2. n. 115). *) Quaenam vero vis sit potestatis ligandi et solvendi, declarat interpretatio, quam affert *Diodorus* siculus adjunctam nomini regio in tumulo Isidis inscripto, hisce verbis (bibliothecae hist. 1. 1. n. 27): „Ego sum Isis, regina totius terrae, a Mercurio erudita, et quae lege per me sancita sunt, nemo solvere potest^. Cum solvere respondeat ligamini, sanctio legis perhibetur tamquam actus ligandi, eatenus quidem valens erga omnes, quatenus est functio regiae vel supremae jurisdictionis.2) Idem illustratur ex *Flavio Josrf/io,* qui de potentia a pharisaeis apud Alexandram reginam comparata ita narrat (de bello jud. 1. 1. c. 5. n. 2): „Ei autem sese ad potestatem participandam adjungunt pharisaei . . Illi autem in feminae simplicis consuetudinem paulatim se insinuantes statim res omnes gubernant et moderantur, ita ut quosvis pro libidine in exsilium pellant et ab eo revocent, solvant ligentque.“?). Nimirum ut pellere in exsilium et revocare, ita solvere et ligare numeratur exercitium auctoritatis regiae, sive probabilius ex loquendi modo indefinito generatim pro varia specie actuum intellegitur, sive ex contextu speciatim ad homines adjudicandos carceri vel inde liberandos applicatur. Est autem argumentum hoc putandum eo pluris, quod Josephus, anno 37 vel 38 post Christum Hierosolymis ex genere sacerdotali et macha-

') Videsis exempla alia memorata apud *Wiseman* (Lehren und Gebrauche der kath. Kirche, Aufl. 3, S. 300 f) vel *Hammer* (Geschichte des osmanischen Reiches, Buch 27, Pesth 1834, Bd 2. 94. 95. 97 ff). Cf. etiam 1. 77. §. 21. *Dig·.* XXXΓ.

!) In hac explanatione nostra supponitur illa lectio: *Έγώ Ίσί tint η βασί-ιιfiGa ;ιάπη χώρα . ή :taiô'tvUtïaa νπό Έρνον. καί όσα Ivov,o&έτησα. ούδίΐ m ivvurm /.vaut.* Recensio *Wesselingii.* Biponti 1793, pro verbo *ίνομο&ίιησα* ponit quidem ad calcem etiam (ϊτ,σω, sed simpliciter *(νοιιοIHτησα* legitur tum in editione *Dindorf-Miiller.* Paris. 1842, tum in editione, quam curatam a *Bekker* kindeque a *Dindarf* recognovit *1'ogel,* Lipsiae 1888. Qua supposita lectione vel recepta locutione partim propria, partim metaphorica jam evanescit illa ambiguitas, per quam quis putet agi sive de propositione aenigmatis insolubilis sive de potestate physica matri fertilitatis insita retinendi germina et vim frugiferam in terra ita, nt haec educere nemo possit ipsa renuente.

S) Textus graecus talis est, ex editione .*Viese,* Berolini 1894 : *ίίαρμφνονται ⅛. r.m.i ίϊ την ί-ονσίατ Φαρισαίοι . . OI* ‹Ti *την απλότητα τη άνθρωπον χ«τά untôàr* λτκϊΐ'Π; *και dioixrjai των όλων Ιγίνοιιο dnôxtir it καΊ xautyttr ov Îiüoitr. ivfir* rf *και ô tau th·* (al. Οηγ).

baeorum natus et quondam pharisaeus opus illud suum in lingua hebraea composuit et postea in graecam vertit: unde in textu originali nunc deperdito fuerint verba eadem solvendi ligandique, quibus Dominus ipse alloquens Petrum usus est.

102 e. Expositio data suffragio Patrum confirmatur. Haec est sententia *Aphraatis* scriptoris syri antiquissimi ecclesiastici ad verbum versa (dem. 21. n. 13; ed. Parisot 1, 965): nDavid commisit regnum Salomoni et adjunctus est ad populum suum; et Jesus commisit claves Simoni et ascendit et ivit ad mittentem se.“ — Ita *Chrysostomus* loquitur (hom. in s. Ignatium n. 4; *M* 50, 591): ^Praecipua Deo hujusce civitatis (antiochenae) cura fuit, id quod et re ipsa declaravit: siquidem quem toti orbi terrarum praefecit, Petrum, cui claves caelorum dedit, cujus arbitrio et potestati cuncta permisit *ii» γοΐτ riy οιχονμένη Επιστάτην άπάοη; JUtçov, |;› ιό τ/.ιΐ των οι'ρανών, ὠ πάντα άγιιν y.ai (pour Ertrotite),* hunc longo tempore hic jussit commorari ; ita nempe ipsi civitas nostra orbi terrarum par fere videbatur". Et (hom. 54. al. 55. n. 2. in Mat 16. 19; *M* 58,534. 535): „Filius . . mortali homini omnem in caelo potestatem *(των ?-r τω ονρανω πάντων tir ίξονσΐαν)* dedit, dum claves illi tradidit." — Haud dissimiliter *Gregorius M.* scribit (l. 5. ep. 20. ad Mauricium Augustum; J/ 77, 745. 746): „Cunctis . . evangelium scientibus liquet quod voce dominica sancto et omnium apostolorum Petro principi apostolo, totius ecclesiae cura commissa est"; et citatis Jo 21,17, Luc 22, 31. 32, Mat 16, 18. 19 hunc in modum pergit loqui s. doctor: „Ecce claves regni coelestis accepit, potestas ei ligandi ac solvendi tribuitur, cura ei totius ecclesiae et principatus committitur". Porro *Maximus* martyr verba Christi ad successorem Petri ita refert (ep. ad Petrum illustrem, servata ab Anastasio in collectaneis excerpta; *M* 129, 575. 576): „Si . . romana sedes non solum reprobum Pyrrhum, sed et male sentientem et male credentem non nescit, perspicuum profecto est, quia omnis qui eos, qui Pyrrhum reprobaverunt, anathematizat, sedem romanam, id est catholicam ecclesiam anathematizat . Non . . fas est illum ex quacunque laude cognominari, qui jam olim damnatus est, et abjectus ab apostolica sede romanae urbis ob externae sensum opinionis, donec ab ea recipiatur conversus ad ipsam, imo ad Dominum l)eum nostrum per piam confessionem et orthodoxam fidem

Itaque si vult haereticus neque esse, neque audire, non isti aut illi satisfaciat; superfluum quippe hoc et irrationabile est, quia sicut uno contra eum scandalizato omnes scandalizati sunt, ita quoque uno satisfacto, omnes proculdubio satisfiunt. Festinet pro omnibus sedi romanae satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter ubique, omnes pium hunc et orthodoxum praedicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos ac subripiendos putat, et non satisfacit et implorat sanctissimae romanorum ecclesiae beatissimum papam, id est, apostolicam sedem, quae ab ipso incarnato Dei Verbo, sed et omnibus sanctis synodis, secundum sacros canones et terminos, universarum, quae in toto terrarum orbe sunt, sanctarum Dei ecclesiarum in omnibus et per omnia percepit et habet imperium, auctoritatem et potestatem ligandi atque solvendi. Cum hoc enim ligat et solvit etiam in coelo Verbum, quod coelestibus virtutibus principatur. Si enim alios quidem satisfaciendos ducit, et beatissimum romanum papam nequaquam implorat, simile quiddam agit ei, qui forte homicidii, vel alterius cujusdam criminis redarguitur, et insontem se non ei, qui secundum leges judicandi jura sortitus est, exhibere festinat, sed tantum inutiliter et sine lucro aliis et privatis hominibus munditiam monstrare sui satagit actus, qui nullam habeant se solvendi a crimine potestatem". — Pariter *Petrus Damianus* (serm. 26; .1/144,646): „Adest Petrus, et ad ejus arbitrium orbis universitas solvitur, et ligatur; et praecedit Petri sententia sententiam Redemptoris, quia non quod Christus, hoc ligat Petrus, sed quod Petrus, hoc ligat Christus, ipso idipsum attestante: ‚Quodcunque', inquit, ‚ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis'. 0 quam potens dignitas, quam digna potentia! Judicat Petrus, et Petri judicia confirmat Omnipotens, et est in manu Petri manus Altissimi : solusque ille efficitur familiaris Christi, qui Petri familiaritatem habuerit." — Accedunt effata jam prolata ex *Ephracm syro* (n. 69), *concilio ephesino* (n. 71), *Optato* (n. 92'1, *Rida* (ib.). Hinc Patres ex textu evangelico, de quo agitur, inferre solent, plenitudinem potestatis vel singula quaeque jura ad ecclesiam gubernandam requisita in Petri cathedra inveniri.

f. Proinde quae jam v. 18 Simoni Petro promissa erat 103
'Uprema potestas jurisdictionis, eadem ob rei gravitatem iterum v. 19 promittitur; neque enim plura regna specifice diversa

condere Christus voluit, quorum unus Petrus caput foret, sed unum supernaturale veritatis regnum (cf. *'Jo* 18, 36. 37), quod est ecclesia. Attamen est alia et alia imago, qua successive potestas prorsus eadem spondetur. Primo est Christus arcbi tectus. Petrus fundamentum, ecclesia aedificium; dein vero apparet Christus ut summus rex vel dominus, Petrus ut prin-ceps regni dominici vel praepositus civitatis, ecclesia ut regnum. Grandi oratione *Hilarius* unum praemium sub geminato schemate-promissum celebrat (in Mat c. 16. n. 7; *M* 9, 1009. 1010): „Et dignum plane confessio Petri praemium consecuta est, quia Dei Filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra hu manos oculos et intendisse et vidisse laudatus est: non id quod ex carne et sanguine erat contuens, sed Dei Filium coelestis Patris revelatione conspiciens, dignusque judicatus, qui quod in Christo Dei esset, primus agnosceret. O in nun-cupatione novi nominis felix ecclesiae fundamentum, dignaque aedificatione illius petra, quae infernas leges, et tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret! O beatus coeli janitor, cujus arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cujus terrestre judicium praejudicata auctoritas sit in coelo: ut quae in terris aut ligata sint aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant et in coelo“. **HH**

104 g. Ut vero per claves nihil aliud ac munus praedicandi verbum Dei repraesentari demonstretur, frustra provocant ad illam exprobrationem Domini *Luc* 11 „Vae vobis legis-peritis, quia tulistis boer/ elavem scientiae: ipsi non introistis, et eos, qui introibant, prohibuistis4. At enim claves alicujus regni non sunt confundendae cum clave scientiae. Sicuti per illas datas uni prae aliis ad regnum pertinentibus significatur tradita facultas regendi vel potestas princeps, ita per hanc significatur addita facultas principiumve objectivum aliquod sciendi vel quaedam veritas princeps, unde quis procedere possit ad veritates alias cognoscendas; quae I.uc 11, 52 intel-legitur imprimis notitia recta ex sacris litteris de Messia futuro haurienda, per quam Jesum ipsum verum Messiam jam agno-scant et ulterius docenti credant (cf. *jo* 5, 46). Videlicet re-prehenduntur scribae et pharisaei loco objecto non quidem de arrogata sibi suprema scientiae tradendae potestate, sed quod neque ipsi utendo rite scripturis ad scientiam de Jesu Christo

debitam pervenerint, et praejudiciis contra Messiam vel calumniis contra Jesum sparsis homines a Messia Jesu agnoscendo prohibuerint, ideoque ipsum principium scientiae salutaris neglegendo et auferendo aditum ad scientiam hominibus praecluserint. Quare si inter Mat Hi, 19 et Luc 11, 52 est parallelismus quispiam verbalis, non certe est realis. — Pariter nil prodest adversariis appellare formulas talmudicas rabbinorurr, quibus solvere vel ligare idem sit ac licitum aliquid declarare vel illicitum. Nam primum accepto tali sensu saltem magisterium Petri vel subjecti potestatis summae ligandi et solvendi idque infallibile in proponendis fidei morumque veritatibus per promissionem Christi nuntiaretur, quandoquidem quodcumque declaraverit Petrus, ratum habebit Deus; ex qua praerogativa magisterii infallibilis directe significata virtutem ipsam jurisdictionis supremae in ecclesiam non ita difficile est colligere. Deinde supposito usu illo rabbinico minime sequeretur, per formulam eandem omnino idem exprimi a Domino loquente; neque enim mirum foret, si pro hypothesi verba adhibita a scholis simplicibus induerent significationem coartatam; at ubi proferuntur verba a rege supremo et de subjecto eo, quod sit regni claviger, vim ipsis percipimus inesse ampliorem, ita ut includatur potestas non solum docendi, sed ferendi leges, judicandi, infligendi poenas etc; et sane sensus iste plenior ratio nibus superius expositis postulatur. Denique hypothesis illa falsa est. Jam in scriptura veteris testamenti respondens verbo *ligare* significat non tantum declarationem meram, sed veram obligationem animae impositam *[Num* 30, 3 ss), sicut etiam vocabulum aramaicum "çx occurrens apud *Dan* (fi, 8 ss) designat interdictum emanans a rege ideoque legem proprie nominatam. Ipsa aetate Christi et deinceps per verba *ligare* et vel aramaicum xnti *solvere* solebant doctores judaici efferre functiones potestatis legiferae et judicialis sibi vindicatae, Enimvero recentioribus quoque eruditis placet id, quod fultus locis multis scripsit olim *Morinus* (de disciplina in adinin. sacr. poenitentiae 1. 1. c. „Forsan alicui proderunt nec erunt prorsus ficulnea, quae hic intertexere nobis proponimus de significatione verborum ligandi et solvendi apud antiquos recentioresque judaeos usitatissima. Antiquissimi enim illorum rabbini . . cum praecipiendi, prohibendi, permittendi,

leges condendi, aut eas moderandi, immutandi, abrogandi auctoritatem significare voluerunt, ligare et solvere fere semper dixerunt, ita ut ista significatione, cum de his rebus quaestio est, nihil sit apud eos frequentius . . Nec porro existimandum est judaeos ista decreta ligationis et solutionis ad sacram scripturam aut. ejus interpretationem restringere ; quanquam hoc esset maximae auctoritatis argumentum: longius ista diffunduntur. Sub his enim complectuntur omnia, quae eorum religionem et regimen spectant . . Consequenter Christus Dominus noster ex usu familiari istarum vocum apud judaeorum sui temporis doctores dixisse videtur : Quaecumque alligaveritis, hoc est, quaecumque prohibueritis vel permiseritis, aut verbis universalioribus: Quaecumque decreveritis, statueritis, definieritis in terra, erunt in coelo decreta, statuta et definita, sive quidquid in terra statueritis, ratum Deus habebit in coelo". Videtur respicere eodem dictum illud Christi *Mal.* 23, 2—4: «Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei. Omnia ergo, quaecumque dixerint vobis, servate, et facite: secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim, et non faciunt, Alligant enim onera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere“. Cf. exempla alligationis posita *Mat* 5, 34—36 ; 2. 5; 19, 3; 23, 16-22: *Act* 21, 24; 2 *Cor* 11. 24.')

1) Ex acatholicis quemadmodum complures vetustiores, ut *Lightfoot* (in Mat 16, 19) vel *SchUttgui* rabbin, lect. 1. 2. c. 1. §. 17), verbis ligandi ac solvendi censent indicari jurisdictionem vel majorem vel minorem, sic nuper ingenue asseverat *Edcrshebn* (The Life and Times of Jesus the Messiah, vol. IL book III. ch. 37. p. 85, London 1892), locutione illa rabbinos sibi potestatem eam legiferam ct judiciariam asseruisse, quam Dominus verbis talibus in Petrum, ut repraesentantem quidem ceteros apostolos, reapse transtulerit. — Item ex studiis talmudicis fateturc *Wünsclu* (in Mat 16, 19) -Ein Verbot pflegte man eine Beschriinkung, Fessel oder cin GefangnUs (C'X) der naturlichen Freiheit des Menschen, cine Erlaubniss (Γ) dagegen eine Entfessclnng oder eine Befreiung zu nennen. Alie hragen, welchc das Ceremonialwesen betrafen , wo es sich darum handeltc, ob dies oder jenes erlaubt oder verboten sei, warden durch den Ausspruch 'IΓ'6 oder es ist erlaubt, oder “'EX, es ist verboten, enlschieden, und man glaubte, viele dieser Entscheidungen und Beschlüsse seien auch vom allerhochsten Gerichtshofe im Himmel genehmigt und angenommen . . Jesus beklcidct somit hier den Simon Petrus mit der Autoritat eines Lehrers . . ertbeilt ihm die Ermachtigung zu binden oder zu fesseln (TEXT, verdammenl und zu lôsen (Trrb, begnadigen) und verheisst scinen Bcschliissen und Entscheidungen die himmlische Zustimmung". Et

Demonstratio p. IU seu refutatio exceptionum residuarum, 105
qua argumentum duplex hactenus expolitum etiam amplius communitur. Sane

-iulo ante *llunsc/i<·* de potestate clavium advertit: nDer Schlussel . . gait den Propheteu sowohl (s. Jcs. 22, 22) wie den Rabbinen ais Symbol der physischen ud moralischen Autoritat und Machtvollkommenheit".

Similiter, sententiae quidem verae agnitae miscendo vel repugnantia vel sat distorta, i. ce(Bow(inMatl(i, 19): „In BetreiTdes Petrus, . wechselt die bildliche Vorstellung, :dem sie vora Bilde des Grundfelsens zwar nicht auf das niedere Bild des Pfortners, aber anf das des o/xorouo; . . iibcrgeht, von der Bedeutung des Jiingers fiir die Gràndung der Gemeinde auf seine dadurch bedingte künftige Befugniss, Letztere ist die des Hausverwescrs, wclcher die oberste Leitung und Aufsicht iiber das Hawwesen führt, die voile Verfügungsgewalt in demselben hat, deren Symbol then die Schlussel des Hauses sind (Jes. 22, 22. Apok. 3, 7). Dazu gehôrt unnreifelhaft das in diesen Stellen hervorgehobene Recht, auf- und zuzuschliessen, remit aber keineswegs das Recht gegeben ist, die Zugehorigkeit oder Nichtzugehcrigkeit zu dem Hauswesen zu bestimmen, welches schwerlich der Hausherr crdentlicher Weise einem *oίκονόηο* iibertragen wird . . *και* o *(άν* etc. ein Kthwendiges Zubehor zu dieser Gewalt: und was du irgend verboten haben wirst aafErden, wird verboten sein im Himmel (bei Gott), und was du irgend erlaubt haben wirst auf Erden, wird erlaubt sein im Himmel. Das heisst aber natiirlich nicht: Von deiner Bestinimung, welche giiltig sein soil vor Gott, wird es abhingen, was als verboten zuin Messiasreiche unfahig macben, und was als erlaubt die Aufnahme in dasselbe gestatten wird, was Meyer nur aus seiner unrichtigen Fasssng der Schliisselgewalt eintrâgt, geht iiberhaupt nicht auf die ‚sittliche Gesetzgebangsmacht' . . an der man mit Recht Anstoss genommen. sondern auf die Anordnung ailes dessen, was die Lebensordnung des Hauses und ihre Bediirfnisse ait sich bringen . . Das *tiéttv* und *λνίΐν* ist aus dem hochst gangbaren jiidischen Sprachgebrauclie von "CK und 'ΥΓΠ, womit die Begriffe verbieten und erlauben rersinnlicht werden, zu erklaren/ At ubinara terrarum est oeconomus vicarius, Elbens quidem plenam in domo disponendi facultatem, earaque pro hero absente rtjam inaccesso, quin habeat jus eiciendi hominis noxii et admittendi boni? vel -.omodo quis potest interdicere et permittere quaecumque sententia valente apud Deum, h. e., pro foro conscientiae, nec tamen uti morali condendi legem pote•tile? vel quo pacto careat ille virtute legifera morali, qui ordinare valet omnia congrua vitae ecclesiasticae, utique pro ipso ecclesiae sanctae fine ad Deum ordiutae ac verissime morali ?

Hinc protestantes alii, missis jam ambagibus, Mat 16,18.19 dogma catholicum ita concedunt enuntiari, ut eum locum integrum pro interpolato habeant. Sic v. g. *Holtzmann* ia Mat 16,17—19): „Die folgenreichste Erweiterung findet.. der gemeinsame Text in d»r specitisch matthaischen ‚Felsenrede' 17—19, in Form eines Gegenbekenntnisscs Jew gegenüber dem Barjonas . . gcbildel nach Maassgabe der in judenchristlichen und petriaischen Kreisen geltendcn Vorstellungen von der *ἱκκληοία* . . Derselbc, der soeben s Fundament des Baucs erschien, tritt 19 als *οικονόμο* (s. zu Lc 12,-12) und Schliissel-.ei-ter ira auferbaulen Hause auf, wie es Jesus selbst Apk 3, 7 im Hause seines Vaters

1. proxime quidem huc non spectat, quod legimus *1 Cor 10,1:* ^Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra; petra

ist. Wenn Christus selbst nicht mehr persônlich anwesend sein wird. soli Petrus ais Hausverweser, Hausmeister» jene oberste Verfugungsgewalt iiben, deren Symbol die das Haas ofFnenden und schliessenden Schlussel siud, Jes 22, 22. Das erklarende *χιά 8* erinnert zunachst an die Sprache der Rabbinen, in welcher und * ˂˂ versinnlichende Bezeichnungen fur Verbieten und Erlauben sind. Mauches was die Schule Schammais ‚baud', das ‚losete' die Schule Hillels. Ein bekannter SaU sagt, das obéré Synedrium (Gottes Rathsversammlung im Himmel) werde bestatigen, was das untere (irdische) beschlossen. Ebenso sollen Bestimmungen des Pt uber Erlaubtes und Verbotenes im Himmel, d. h. vor Gott selbst, ais giiltig angesehen werden . . Das kirchliche Bewusstsein, welches indieser ganzen Enclave (!) zum Ausdruck kommt, ist ein specifisch katholisches schon um der Vereinerleiung der Begrifie ‚Kirche' 18 und ‚Himmelreich' 19 willen4.

At vero insignem illam levitatem, qua plures ad libidinem repudiant, quidquid non respondet praejudiciis propriis, protestantes saniores ipsi merito irridٍent. Ita certe *Blass* professor philologiae classicae in Univ. Halensi homines illiusmodi theologos, videlicet protestantes, nuperrime exagitat (proleg. ed. Act, apost. §.3): -Sic nunc sunt homines, callidi, suspiciosi, fraudem ubique odorantes, cum majores nostri simplices et ενιρΉ/ç fraudique omni obnoxii fuerint. Sunt nunc quoque quidam ejus generis, societate *των εἰδότων* parum digni. Ei cum legunt Paulum Thessalonicae, Beroeae, Corinthi, Ephesi statim in synagogam esse profectum, Philippis contra id non fecisse, ^*νηίΗχώ* opinantur, ne fuisse quidem synagogam in ea urbe propter paucitatem Judaeorum. At acuti illi fraudem deprehendunt: nimirum de Philippis tantum vera narrari, falsa de ceteris oppidis; neque enim fuisse Pauli Judaeos curare, quos curandos Petro tradidisset, Graecos sibi reservans. Ita inter utrumque genus hominum prorsus non convenit: quod alteris rectum verumque, idem alteris deridiculum videtur. Rursus illi cum animadverterint de Petro Pauloque complura similia narrari, haec quae sunt de Paulo ad illorum exemplum conficta esse clamitant, scilicet ne minor Petro Paulus videretur. Liberatur e carcere Petrus: ergo et Paulus. Cum mago Simone ille conflixit: ergo Paulus cum Barjesua ceterisque. Petrus spiritum sanctum tribuit eis qui a Philippo tincti erant: ergo Paulus quoque hominibus quibusdam et ipsis sacro ritu jam initiatis, quos Ephesi invenit. Haec et alia cum conquirunt fraudulentasque artes subesse statuunt, emunctae naris sibi esse videntur; alteri contra ne monstratam quidem fraudem agnoscunt, sed dicunt dicentque et magorum omnia tum plena fuisse — id quod probare facillimum est — . et inter Simonem Barjesuamque et ea quae dc utroque narrantur ne rninimum quidem similitudinis esse — sicuti non est re vera —, et cetera omnia intra eam similitudinem consistere, quae necessario fere aliquando accidebat. Nam cum opus utriusque simile esset, similia utrique interdum evenisse etiam sine testimonio credendum erat . . Itaque omnis illa *δίηώτη* eo usque valet, ut ei theologi sibi sectaeque suae placeant, cum res ipsae maneant tales quales ab initio fuerunt . . Hoc enim simplicibus atque credulis praecipuo solatio esse debet, quod res opinionibus hominum minime tanguntur, manentibusque rebus falsae opiniones aliquando dilabantur ne-

autem erat Christus*4. Cujus loci sensus est, eum, qui praebuerit ex petra israelitis aquas, fuisse Verbum incarnandum, h. e.,

cesse est. Neque enim tot Epicurei cum per tot saecula negarent atque pernegarent, solem multo majorem esse quam videretur, magnitudinem illius astri vel uno digito deminuere potuerunt.u

Porro auctor idem artem plane vanam a criticis talibus factitatam in explicanda origine interpolationis, quam obtendant, ad veritatem sic depingit (ib. §. 13): ..Theologis haec quaestio, quae est de origine recensionis /i (alterius Actuum), omnino non magna neque difficilis videri potest, quippe qui majoribus quaestionibus sint assueti, habeantque ad eas solvendas instrumenta ea quae numq:am deficiant. Fingunt ex aere et fumo, ex tenuissima denique vilissimaque materia, formas qualescunque et quantascumque velint, interdum (velut eam quae Johinem aequare possit) ingenti prorsus magnitudine; eas postquam in locum vaccini constituerunt, omnis difficultas, sive ea sponte oborta est sive ab ipsis creata, superata atque sublata esse videtur. Eam artem a nobis didicerunt illo tempore, qco nondum theologiam a philologia *χάομιι μίγα* separabat; at nos ipsi, postqcam magis adulta est haec philologia nostra, jam multo minus ea arte utimur, qtrippe qui praeter cetera probe sciamus plerasque difficultates existere non rerum vitio, sed ob nostram ignorantiam. Optandum profecto ut illi nostrum exemplum sane quoque sequantur; sed qui id sperari potest, cum nos nostraque neque noverint neque curent? Itaque erit fortasse tempus, quo nos, Schliemanni et Doerpfeldi immortalibus meritis tandem meliora edocti, Trojam credemus a Graecorum exercitu captam deletamque esse, praefuisse ei exercitui Agamemnonem Mycenarum rt'em, si dis placet etiam Helenam fuisse causam belli, illi contra pergent quae in erangeliis et Actis scripta sunt pleraque pro falsis habere, suis inventis nebulosis confidere. Quid enim ex nebula atque fumo fieri potest nisi nebula et fumus? Sed id ut vanum est totum, ita est facile; itaque nullo plane negotio fingitur qui tt recensione « mutando addendoque effecerit recensionem *β*. saeculo fortasse mndo; quem hominem postquam semel nacti sunt, omni labore defuncti esse •Viridentur. Est autem, si quando fingendus est homo quem vixisse non traditum st, ei materia fingeudus quam solidissima, ut effigies sit hominis, non simulacrum levissimum; fingere debemus talem, quales illo aevo fuisse compertum habeamus, seqne piorsus fatuum neque in nostrum modum *ὁ'υτόν* atque versutum, non nimis ininnn rerum minimarum investigatorem, neque philologum nostri similem ; ita •-.pponemns quod possit certe illo tempore exstitisse. Vide falsarium qui Petri evangelium conscripsit: mentitur aperte, simplex est quodammodo in ipso mendscio, ut qui simplicibus hominibus scribat; non multum operae negotio suo in■•.sit, non curat nexum rerum neque conquirit laboriose materiam ; denique ingenio etiier eo quod habet, id est mediocri, quali plerique homines omnibus temporibus iront. Tale igitur ingenium si sufficit ad evangelium Johanis vel epistulas ad limothenm conscribendas, nihil oppono quominus haec scripta falsariis tribuantur ; **d vereor ne adeo non sufficiat, ut ad nebulam sit confugiendum.“

Ceterum quae hic universe de interpolatione ejusve origine dicuntur, imprimis valent in Mat 16, 18. 19, quem locum saeculo II in evangelium insertum t»e statuunt. At enim praeterquam quod internae rationes, ut nomen Petri ipsum

Jahve, qui per tempus peregrinationis totum iisdem adstiterit (cf. Ar 17, 6; *Xum* 20, 8). Porro metaphora haec petrae adhibita pro eo, qui aliquid ex petra mirabiliter produxit, apparet eo aptior, quod Deus saepe in textu hebraeo veteris testamenti appellatur petra vel cum articulo ipsa petra i'Ti, nempe salutis pro populo electo (ut *Deut* 32, 4. 15. 18; 2 *Reg. 22,* 47; 23, 3; A 17, 3. 47 etc; *Zs* 17, 10; 26, 4; 30,29).'

Similiter autem Verbum incarnatum utique ecclesiae ipsius novi testamenti est et manet petra vel fundamentum firmum idque primarium et per sese, at jam invisibile; unde non excluditur fundamentum secundarium, sub Christo, per Christum, cum Christo, cui innitatur, pro Christo invisibili vicarium visibile. Quod illustratur veritate simili lucis originalis et participatae, si conferas *Jo* 1, 6—9; 8, 12 cum *Mat* 5, 14.

106 2. Nec magis obstat / *Cor* 3, 11: „Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Jesusff. At enim ibi non effertur fundamentum societatis, i. e., potestas summa, sed fundamentum doctrinae evangelicae seu objectum principale Christianae fidei insitum quodammodo animis fidelium, quod est Jesu Christi dignitas messiana vel divinitas; agitur nimirum de illo fundamento, quod s. Paulus ipse ut sapiens architectus posuit (v. 10), utique tantummodo docendo: super quod fundamentum prorsus immutabile fidei Corinthi ab apostolo praedicante positum et a corinthiis receptum alii dicuntur superaedificare posse variam materiam, pretiosam vilemve, doctrinam scilicet vel utilem vel inutilem, ex ipso profectu hominum recipientium aliquando dinoscendam (v. 10. 12 ss . Non ita multum differt, quod docet *Gregorius M.* (moralium 1.25. c. 10. n. 27; J/ 76, 338): „Paulus

Simoni adhaerescens, obsistunt potius quam favent theoriae tali: qui fieri potuit, ut summi momenti sententia, et ea etiam ex criticis quidem illis non vera vel historica, verbis iisdem concepta, importaretur neglegenter, quin immo impie, saeculo 11 in textus sacri recensiones codicesque omnes linguarum variarum et omnium totius orbis ecclesiarum? et qui fieri potuit, ut sive prioris recensionis sive mutationis talis et tantae memoria funditus deleretur, nedum pro nobis, sed pro antiquis ipsis, ut *Tertulliane, Origene, Cypriano,* id quod vel modus utendi loco illo clamât? λ idelicet rem nimis nebulosam atque incredibilem *fliïôrt** illi simplicioribus hominibus imponunt. Ad haec ridesis genuinitatem loci, ostensis etiam aliis vestigiis pervetustis, ut ex *Justino* et *Peeuda-Oemente* elucentibus, vel ipsa adversariae partis infirmitate, vindicatam apud *Stimmen aus Maria·Laach* 1896. l 129ss 288 ss 375 ss.

quippe ait: ‚Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus.' Inimici ergo destruentes usque ad fundamentum Jerusalem exinaniunt, quando perversi spiritus a corde fidelium, destructo prius aedificio boni operis, soliditatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur. Usque ad fundamentum ergo exinanisse est everso bene vivendi opere etiam robur fidei dissipasse.u — Etsi vero intellegeretur fundamentum societatis vel auctoritas suprema, in primarium dumtaxat fundamentum locus controversus accipiendus foret (cf. n. 105); cui sensui exprimendo interdum Patres ipsi praesentem quoque textum apostolicum accommodant; et re vera Christi, quae proponitur, excellentia una cum altera conectitur. Scite scribit *Innocentius III* 2. ep. 209. ad patriarch, constantinop.; *M*214,758.759): „Apostolicae sedis primatus, quem non homo, sed Deus, imo verius Deus homo constituit, multis quidem et evangelicis et apostolicis testimoniis comprobatur, a quibus postmodum constitutiones canonicae processerunt, concorditer asserentes sacrosanctam romanam ecclesiam in beato Petro apostolorum principe consecratam quasi magistram et matrem ceteris praeeminere. Hic enim cum interroganti Domino, quem homines essedicerent Filium hominis,aliis referentibus opiniones aliorum, ipse velut inter ceteros primus eum esse Christum Dei vivi Filium respondisset, audire promeruit: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam', et post pauca: ‚Tibi dabo claves regni coelorum'. Nam licet primum et praecipuum ecclesiae fundamentum sit unigenitus Dei Filius Jesus Christus, juxta quod dicit apostolus: ‚quia fundamentum positum est, praeter quod aliud poni non potest, quod est Christus Jesus', secundum tamen et secundarium ecclesiae fundamentum est Petrus, etsi non tempore primus, auctoritate tamen praecipuus inter ceteros, de quibus Paulus apostolus inquit: ‚Jam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum' Pph 2, 19. 20); quos et fundamenta esse in montibus sanctis David propheta testatur."

3. Certe concedendum est, Patres interpretari petram non 107
Simonem Petrum solum, sed etiam Christum, et praesertim fidem, quam Petrus est confessus, vel ipsam fidei confessionem.

Verumtamen interpretatio a nobis data est antiquissima, quin ante concilium nicaenum audita sola (cf. n. 68), hodieque apud catholicos communis: et quidem merito, cum ad regular omnes sanae hermeneuticae exacta ea sit. Quodsi Patres post nicaenam synodum alios quoque commentarios adhibent, nostrum tamen non excludunt, sed supponunt, immo pro opportunitate etiam diserte cum aliis commentariis suis proferunt. Ita petram vocant sive confessionem sive fidem Petri v. g. *Hilarius* (de Trin. l. 6 n. 36; *M* 10, 186. 187), *Ambrosius* (de incarn. c. ɦ. n. 34; .1/ 16, 827), *Chrysostomus* (in Mat hom. 54. al. 55. n. 2; *M* 58, 534), *Cyrillus alex.* (l. 4. or. 2. in Is 44, 23; *M* 70, 939). *Leo M.* (serm. 3. al. 2. c. 2. 3; *M* 54, 145—147), fortasse etiam *Augustinus* in Jo tr. 7. n.20 collato n. 14; JZ3o, 1448.1444.1445); at simul nemo clarius dicere potest petram ipsum Petrum quam isti magni Patres (revise n. 69. 70).

Enimvero variae illae interpretationes non sibi opponuntur, sed conspirant ad unam expositionem adaequatam efficiendam. Nam praeter habitudinem ad terminum, cujus debebat Petrus petra esse, relatio Petri exstitit ad causam, per quam futurus esset petra, quae nominarim duplex est, efficiens nempe et formalis. Porro causa efficiens, sicut etiam meritoria prima et exemplaris, Christus est, qui constituit Petrum petram firmat que ipsum virtute sua ita, ut vere petra princeps ipse Christus sit, sine quo petra secundaria vel esse vel cogitari nequeat (cf. *Lue* 22, 31. 32). Hinc *auctor homiliae de poenitentia* adscriptae Basilio M. ait in. 4; *M* 31, 1483): „Quanquam autem (Petrus) petra est, non ut Christus petra, sed ut Petrus petra: Christus enim vere petra est inconcussa: Petrus vero propter petram. Nam Jesus dignitates suas largitur, nec exhauritur: sed quae tribuit, retinet (orz n/roziroruroc, oλλ' *i-yyn·* 3 *όίόίοοή.* Lux est. ‚Vos estis lux mundi' (Mat 5, 14). Sacerdos est; facit sacerdotes. Ovis est. ‚Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum' (Mat 10, 16). Petra est, petram facit, et servis dat sua. Hoc enim indicium est divitis, habere et tribuere. Verum qui apud nos divites sunt, cum largiuntur, ea quae habent imminuunt. Divites enim non sumus, nam aliena possidemus. Ille vero sic dives est, ut quantumcunque largitus fuerit, tantum nihilo secius dives permaneat, velut fons perennis? – Similiter s. *Lt'› IX* scribit (ep. 100. ad Michaelem constantinop.

patriarch, n. 7; J/ 143, 748): „1 aliter sancta ecclesia super petram, id est Christum et super Petrum, vel Cepham filium Joannis, qui prius Simon dicebatur, aedificata, quia inferi portis, disputationibus scilicet haereticorum, quae vanos ad interitum introducunt, nullatenus foret superanda/ — Recolantur etiam testimonia *Chrysosiomi* vel *Leonis M.* superius n. 69. 70) recitata.

Formalis autem causa est ipsa potestas primatus vel supremae jurisdictionis ; jam vero haec includit docendi potestatem seu magisterium idque supremum, tamquam principium unitatis et firmitatis in fide, pro ecclesia, regno nempe veritatis (cf. *Jo* 18, 36. 37; *Mal* 28, 18—20), Et reapse, quoniam in regno tali doctrina salutaris debebat esse gubernationis universae norma, primatus jurisdictionis non erat tribuendus ei, qui doctor simul supremus verae fidei non esset. Itaque intellegimus ecclesiam fundandam super personam quidem Petri ipsam, sed formaliter quatenus haec augenda erat primatu jurisdictionis, ad quem pertineret summum magisterium fidei salutaris, cujus fidei objectum princeps foret ipse Christus. Quid quod ex contextu ipso loci, de quo agitur, ecclesia apparet aedificanda super Petrum credentem atque profitentem, speciatim quidem divinitatem Christi? Quare merito fundata dicitur ecclesia super fidem, non simpliciter neque in abstracto, sed in concreto super fidem Petri, prout fides proposita a Petro instar regulae sequendae, ac fidelium animis applicata, est principium formans et conservans unitatem fidei in ecclesia universa. Est nimirum auctoritas docendi, Petro indita, causa formalis partialis constituens Petrum petram; unde ecclesiam niti fide Petri ita affirmatur, sicut regnum dicitur servari sapientia regis. Quadantenus similiter ajunt Patres, ut *Hieronymus* contra Joan, hieros. n. 35; *M* 23, 388), super aquas non Petri corpus, sed fidem ambulasse. Etiam propius loquitur *Ambrosius* de incarn. c. 5. n. 34; *M* 16, 827): „Fides . . est ecclesiae fundamentum: non enim de carne Petri, sed de fide dictum est, quia portae mortis ei non praevalebunt: sed confessio vicit infernum. Et haec confessio non unam haeresim exclusit: nam cum ecclesia multis tamquam bona navis fluctibus saepe tundatur, adversus omnes haereses debet valere ecclesiae fundamentum/

Proinde loco evangelic©, de quo agimus, haec triplex veritas enuntiatur: Persona Petri est petra, Christus est petra, tides Petri est petra. Quod intellexit s. *Thomas* scribens (in h. 1J: Super hanc petram4, id est, super te petram: quia a me petra trahes tu, quod sis petra. Et sicut ego sum petra, ita super te petram aedificabo etc. Sed quid est? Estne Christus et Petrus fundamentum? Dicendum, quod Christus secundum se, sed Petrus, inquantum habet confessionem Christi, inquantum vicarius ejus . . Et qui sunt portae inferi? Haeretici: quia sicut per portam intratur in domum, sic per istos intratur in infernum. Item tyranni, daemones, peccata. Et quamvis aliae ecclesiae vituperari possint per haereticos, ecclesia tamen romana non fuit ab haereticis depravata, quia supra petram erat fundata.“ Verumtamen Petrum esse petram enuntiatur immediate, explicite, litteraliter; Christum esse petram et fidem Petri esse petram enuntiatur quidem immediate, sed magis implicite, et, sepositis saltem verbis contextus, confessionem Petri exhibentibus, tantummodo realiter, i. e., ratione rei verbaliter significatae illudque alterum et tertium comprehendentis. Omnia autem ista, quamvis partim implicite, dicuntur neutiquam obscure. Ipse quoque sermo metaphoricus, cum ideae cunctae clarae sint et ratio translationis ex se vel ex loquendi usu nota, perspicuitatem non imminuit, sed adauget.

Agite dum, Patres ad proferendam unam potius quam aliam de his expositionibus minime inter se pugnantibus permovebantur sive variis, qui per se fieri possunt, considerandi modis sive adjunctis etiam externis. Ita ante oculos habita petra principali interpretabantur Christum petram, eodem fere sensu, quo baptisma non ab homine, sed a Christo dari docent. Spectata vero causa formali petram dicunt fidem, cum respectu utique ad Petrum vel ad petram, in qua fides perseveret. Alterius interpretationis hujus usus invaluit post concilium nicaenum, ideo quidem, quod perfidiae arianae fides in Christum verum Deum, quam Petrus est professus, directe repugnaret.

Nominatim s. *Augustinus* in diversis scriptis suis plures explicationes ita ponit, ut aliquando ex intellectu ecclesiastico Petrum ipsum esse petram indicet simulque ad privatum dubium suum, num in textu Matthaei Petrus vocaretur petra, adductum se ostendat tum eo, quod ecclesia vere Christo petra

originali niteretur, tum etiam linguae aramaicae inscitia. Audias loquentein ipsum Augustinum (retract. 1. 1. c. 21. n. 1; *M* 32, 618): .Dixi in quodam loco (libri contra epistolam Donati; de apostolo Petro, quod in illo tanquam in petra fundata sit ecclesia; qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii, ubi de gallo gallinaceo ait: ‚Hoc ipsa petra ecclesiae canente culpam diluit'. Sed scio me postea saepissime sic exposuisse quod a Domino dictum est: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam', ut super hunc intelligeretur quem confessus est Petrus dicens: ‚Tu es Christus filius Dei vivi': ac sic Petrus ab hac petra appellatus personam ecclesiae figuraret, quae super hanc petram aedificatur, et accepit claves regni coelorum. Non enim dictum est illi: ‚Tu es petra', sed: ‚Tu es Petrus'. Petra autem erat Christus; quem confessus Simon, sicut eum tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum quae sit probabilior, eligat lector." Ceterum etiam ubi s. Augustinus intellegit directe petram ipsum Christum, ut qui sustineat Petrum cum ecclesia repraesentata tota secundum omnia dona sua imprimis interiora, primatum tamen jurisdictionis Petro repraesentanti communicandum ideoque petrae dignitatem ab obliquo memorat. Quo pertinet illud (serm. 76. c. 1—3. n. 1—4; .V 38, 479—481): „Petrus a petra, non petra a Petro: quomodo non a Christiano Christus, sed a Christo christianus vocatur. ‚Tu es' ergo, inquit, ‚Petrus; et super hanc petram', quam confessus es, ‚super hanc petram', quam cognovisti, dicens: zTu es Christus Filius Dei vivi, aedificabo ecclesiam meam': id est, super me ipsum Filium Dei vivi, aedificabo ecclesiam meam. Super me aedificabo te, non me super te. Nam volentes homines aedificari super homines, dicebant: ‚Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae', ipse est Petrus. Et alii, qui nolebant aedificari super Petrum, sed super petram: ‚Ego autem sum Christi'. Apostolus autem Paulus ubi cognovit se eligi et Christum contemni: ‚Divisus est', inquit, ‚Christus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut innomine Pauli baptizati estis?' (1 Cor 1, 12. 13). Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi: ut Petrus aedificaretur super petram, non petra super Petrum. Idem . . Petrus a petra cognominatus beatus, ecclesiae figuram portans,

apostolatus principatum tenens . . In illo . . uno apostolo, id est. Petro, in ordine apostolorum primo et praecipuo . figurabatur ecclesia.-

113 Difficultatis etiam minus explanationes quaedam aliae creant. Sic scribit quidem *Cyprianus* (ep. 27. n. 1 ; **J/** 4, 298): «Dominus noster, cujus praecepta et monita observare debemus, episcopi honorem et ecclesiae suae rationem disponens, in evangelio loquitur et dicit Petro: .Ego tibi dico quia tu es Petrus, et super istam petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam : et tibi dabo claves regni coelorum; et quae ligaveris super terram erunt ligata et in coelis, et quaecumque solveris super terram erunt soluta et in coelis'. Inde per temporum et successionum vices episcoporum ordinatio et ecclesiae ratio decurrit. ut ecclesia super episcopos constituatur et omnis actus ecclesiae per eosdem praepositos gubernetur-. At enim per haec Cyprianus nequaquam potestatem episcoporum singulorum potestati Petri exhibet aequalem, sed pro consilio suo id tantum sibi vult, subjectum potestatis non esse simplices fideles, verum esse eum, quem Christus constituerit, qui quidem sit ex verbis Domini Petrus et consequenter ii, qui inde auctoritatem aliquam acceperint. Cf. testimonia superius (n. 68) citata. — Tandem est nimis evidens, nonnullos sensu mere accommodaticio verba Salvatoris ad singulos apostolos, immo ad perfectos quoslibet extendere. Ita accipias *Origencm* (in Mat tom. 12. η. 10. 11; *M* 13, 998. 999): «Petra . . est omnis discipulus Christi, de quo bibebant, qui ,bibebant de spiritali consequente petra‡ 1 Cor 10,4); et super quamlibet ejusmodi petram aedificatur omnis sermo ecclesiasticus, et vitae juxta ipsum institutae ratio: unicuique enim perfecto habenti congregationem sermonum beatitudinem perficientium, et operum, et cogitationum, inest ecclesia a Deo aedificata Si vero super unum illum solummodo Petrum totam ecclesiam a Deo aedificari arbitraris, quid de Joanne tonitrui filio, et unoquoque apostolorum dixeris? Alioquin an audebimus dicere portas inferi speciatim adversus Petrum non praevalituras, praevalituras autem adversus reliquos apostolos et pertectos'·‡ Cf. verba ejusdem Origenis pridem (n. 68. 92 posita, vel in Luc hom. 17 (M 13, 1845), ubi «Petrus" dicitur "apostolorum pnnceps‡·. — Similiter *Ambrosius* (in Luc 1. 6

ɳ. 97 99; *M* 15, 1694. 1695) prius quidem scribit: „Petra est Christus . . etiam discipulo suo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut et ipse sit Petrus, quod de petra habeat soliditatem constantiae, fidei firmitatem"; dein vero, jam occupatus in sententia Domini ad vitam Christianam applicanda, monet: „Enitere ergo, ut et tu petra sis. Itaque non extra te, sed intra te petram require. Petra tua actus est, petra tua mens est. Supra hanc petram aedificatur domus tua, ut nullis possit nequitiae spiritalis reverberari procellis. Petra tua fides est, fundamentum ecclesiae fides est. Si petra fueris, in ecclesia eris, quia ecclesia supra petram est. Si in ecclesia fueris, portae inferi non praevalebunt tibi. Portae inferi, portae mortis sunt: portae autem mortis portae ecclesiae esse non possunt. Quae autem sunt portae mortis, hoc est, portae inferi, nisi singula quaeque peccata? Si fornicatus fueris, portas mortis ingressus es. Si fidem laeseris, portas inferi penetrasti. Si peccatum mortale commiseris, portas mortis intrasti: sed potens est Deus, qui exaltet te de portis mortis, ut annunties omnes laudes ejus in portis filiae Sion. Portae autem ecclesiae portae castitatis sunt, portae justitiae." Cf. quae citavimus supra n. 69. 80. 87.

4. Obicitur *Eph 2,* 19. 20: „Ergo jam non estis hospites 114
et advenae: sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati super fundamentum 'apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu." At hic videri summum posset asserta omnibus apostolis, spectatis in unione, ea fundamenti dignitas, quam Dominus Petro etiam seorsum sumpto apud Mat pollicetur. Hinc apostoli quidem juncti omnes apparerent velut fundamentum pro fidelibus distinctis ab apostolis, cum Petrus declararetur fundamentum pro ecclesia universa, comprehensis scilicet ipsis ceteris apostolis. Quare Petri dignitas et intensive et extensive major apostolorum reliquorum potestate manet. Ceterum apostoli non appellantur fundamentum. Sane loco controverso potius nominatur fundamentum apostolorum; jam vero hoc non necessario intellegitur fundamentum, quod sint, directe saltem, ipsi apostoli, sed commode accipitur ut fundamentum, quod sit positum ab apostolis, videlicet docentibus. Et re vera de fundamento, quod sit doctrina ab apostolis proposita, loco objecto agitur. Namque apostoli conjunguntur cum prophetis iisque veteris testamenti. Atqui hi

doctrinae solum nobis traditae ratione ecclesiae fundamentum dici possunt. Ejusmodi interpretationem efflagitat contextus totus (v. 11 -20); ubi describitur conjunctio gentilium et judae· orum in unam domum ecclesiae per Christum facta; qui proinde in v. 20 exhibetur tamquam summus angularis lapis, *αχρ/›·//(^ ηαϊο$* (cf. *Ps* 117, 22; */s* 28, 16), ipsius quoque fundamenti apostolorum et prophetarum. Pro tali autem orationis nexu sensus loci, de quo quaeritur, se sua sponte iste offert: Sicut gentiles et judaei per veram fidem, ita apostoli testamenti novi et prophetae veteris legis per praedicationem in Christo con- junguntur, quatenus nempe concors de Christo est doctrina prophetarum saeculis praeteritis Messiam adventurum israelitis praenuntiantium (ut 11. cc. Ps et Is) et apostolorum in temporis plenitudine evangelium Verbi incarnati gentibus omnibus pro- mulgantium : et revelatio quidem per prophetas incohata, per apostolos absoluta, habens pro principio et pro fine Christum Jesum, est ecclesiae sanctae fundamentum, quod jactum semel immutatum semper durat. Congruenter s. *Augustinus* quaerit (serm. 137. n. 6; *M* 38, A'onne ideo Dominus venit, ut institueret ecclesiam, ipsosque judaeos bene credentes et bene sperantes et bene diligentes segregaret tanquam frumenta a paleis, et faceret unum parietem circumcisionis, cui conjunge- retur alius paries ex praeputio gentium, quibus duobus parie- tibus de diverso venientibus esset ipse lapis angularis ?u Videsis et serm. 4. c. 17. n. 18; *M* 38, 42. 43.

115 Utique interdum veteres, ut *Augustinus* (in Ps 86. n. 2. 3; 3/37, 1101. 1102) vel *Thcodordus* (in Ps 86, 1; 3/ 80, 1562), respicientes quidem non Mat 16, 18, sed sive Eph 2, 20 sive Ps 86, 1, docent, apostolos ecclesiae esse fundamenta, vel sanctos montes, supra quos Dominus Christus pietatis funda- menta jecerit. At non ideo aequalitas perfecta in dignitate illa participanda affirmatur, ordine scilicet omni inter ipsos lapides fundamentales denegato. Cf. commentarium *InnoccntiiIII* supra (n. 106) citatum.

116 5. Pariter non obstat, quod de civitate sancta Jerusalem, descendente de caelo a Deo. scribitur *Ao c 2*\. 14: „Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum Agni.“ Enimvero verbis his directe doctrina Christiana una praedicata primum ab omnibus

apostolis tamquam ecclesiae fundamentum sistitur, quoniam in doctrina apostolica fundatur perpetuo ecclesiae fides integra, secundum quam si vixerit, ex militante civitas triumphans illa, quam Joannes vidit, liet. Sane non potest existimari ibi enuntiata apostolorum jurisdictio: non ordinaria, quia per nomina tot propria apostolorum omnium singulorum inscripta fundamentis manifesto designatur apostolorum privilegium singulare, non transmittendum successoribus; nec cogitare magis licet ibidem expressam jurisdictionem extraordinariam, ut quae metaphorae fundamenti stabilis nequaquam congruat. Aliter res se habet Mat 16, 18, ubi directe Petrus notatus nomine novo appellativo velut petra pro ecclesiae societate universa ipsisque reliquis apostolis repraesentatur. Apte de apostolis loquitur *auctor vetustus* (serm. 222. n. 3. in append, op. Augustini; If39, 2157): „Isti sunt lapides pretiosi, quos in fundamento coelestis aedificii positos Joannes in Apocalypsi sua describit, quia praedicatio eorum ecclesiae fundamenta locavit. Unde et Paulus ait: ‚Vos estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum*. Isti sunt duodecim portae Jerusalem novae, quae de coelo descendit, quia per ipsos januam fidei primum intravimus et inter cives sanctorum annumerati sumus.“

6. Neque etiam obest, quod Petrus non exstiterit apostolorum ceterorum fundamentum eo sensu, ut primo eos ad Christum adduceret et regeret; at enim nihilo setius potuit eorum fundamentum ita fieri, ut loco Christi jam invisibilis, tamquam principium unitatis ecclesiae totius, primatu jurisdictionis praeditus et in ipsos esset. Sed hactenus de dubitationibus motis contra Mat 16, 18. 117

/. Quantum autem ad Mat 16, 19, haud parva intercedit differentia inter hanc sententiam et dictum illud Domini apud /0 20, 23: ..Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt“. Nimirum loco isto alloquitur Christus apostolos omnes, cum Mat 16, 19 unum Simonem Petrum alloquatur, pro singulari confessione praemio singulari affecturus. Praeterea apud Jo exhibetur objectum potestatis definitum, i. e., peccata: apud Mat terminus est universalis *yndtumque;* unde potestas solvendi et ligandi est inadaequate tantum eadem, et, comparatione facta, jam eadem a nobis etiam 118

intellegitur cum potestate judiciali remittendi et retinendi peccata; qua ratione sola potestatem istam alteram vocant Patres quoque potestatem clavium, solvendi ligandique (cf. de *Chrysoslomo* supra n. 69 cum n. 102). Accedit, quod ipsa phrasis *ligare et solvere* per se admittit sensum ampliorem, pro obii gatione varia morali, quam illud *remittere et retinere,* videlicet peccata, et quod potestatis clavium, sicuti et petrae, apud Jo non fit mentio: quare, nedum realis plenus, sed ne verbalis quidem parallelismus adest. Demum apud Jo loco priore edicitur potestas remittendi, dein retinendi : apud Mat ex contrario prius ligandi, tum solvendi potestas enuntiatur; quod est indicium, potestatem judiciariam specialem apud Jo commissam, secus atque illam generalem apud Mat promissam, primario et per se ad abolenda vincula ordinari.

119 8. Item non est textus nisi partim cum Mat 16, 19 parallelus is, qui legitur *Mat* 18, 18, ubi ligandi solvendique potestatem spondet Christus omnibus apostolis asseverans: -Arnen, dico vobis: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo: et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo.4 Sane haec potestas ex Domini consilio impertienda fuit aut omnibus et singulis apostolis aut apostolico collegio et quidem aut collegio soli tamquam tali aut ita, ut exsisteret in collegio per unum capitale membrum a Christo specialiter sive indicatum sive indicandum. Atqui non promisit Dominus potestatem illam, quatenus quidem refertur ad quaecuroque vel est universalis, omnibus et singulis apostolis: quam interpretationem verba utique ex se non postulant, cum non ad singulos seorsum derigantur; et certe Judas proditor nequaquam potestatem est sortitus; quin immo per se liquet, ne potuisse quidem Christum conferre omnibus et singulis apostolis ligandi solvendique simpliciter quaecumque potestatem vel jurisdictionem in res ecclesiae personasque simpliciter uni versas ideoque in apostolos ipsos ceteros; nam sic apostolus idem prae eodem alio in eademque causa superior simul et subjectus foret, id quod absurdum est. Neque censere licet, potestatem memoratam non promissam esse nisi junctis pluribus apostolis seu collegio universo, quandoquidem ex promissione Servatoris antecedente (.Wa/ 1θ, 19) minime retractata jam pernovimus, unum ex omnibus etiam apostolis electum Simonem

Petrum fuisse praeponendum ecclesiae universae, regno caelorum toti, inclusis scilicet apostolis, proindeque fuisse instruendum potestate ligandi solvendique simpliciter quaecumque et quoscumque. Acute scribit *Innocentius III* (ad patriarch, constantinop. l. 2. ep. 209; *M* 214, 760): „Huic (Petro) . . dictum in evangelio et audisti saepius et legisti: ‚Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis'. Quod si omnibus etiam apostolis simul dictum esse reperias, non tamen aliis sine ipso, sed ipsi sine aliis attributam esse cognosces ligandi et solvendi a Domino facultatem, ut quod non alii sine ipso, ipse sine aliis posset ex privilegio sibi collato a Domino et concessa plenitudine potestatis. Ad quod nimirum videtur illud non incongrue pertinere, quod ipse solus legitur interrogasse Jesum: ‚Si peccaverit in me frater meus, dimittam ei usque septies? (Jiat 18, 21)', et ei soli Jesus legitur respondisse: ‚Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies (ib. 22)'. quia profecto septenarius universitatis est numerus, eo quod omne tempus septenario dierum numero noscitur comprehendi. Septenarius ergo numerus in se ipsum multiplicatus in hoc loco significat universorum universa peccata, quia solus Petrus potest non solum omnia, sed omnium crimina relaxare.“ Itaque non infitiamur, Mat 18, 18 jam etiam significari, alios apostolos praeter Petrum, pro amplitudine ecclesiae dilatandae, participes debere esse potestatis ligandi et solvendi, at salva condicione aliunde nota, ut jurisdictio suprema et independens seu in omnia plane et in omnes Petro uni atque coetui ratione Petri instar capitis ad coetum pertinentis tribuatur; unde alii ligandi solvendique potestatem exercere solum valeant sive concorditer cum Petro pro causis et personis omnibus, excepto ipso Petro, sive sub Petro etiam singuli in causis per se omnibus fidelium communium sibi subjectorum.

Eandem Petri excellentiam Dominus servat eo quoque, 120
quod apostolos omnes alloquens dignitatem sicut petrae, ita clavium praetermittit. Videlicet cum potestas ligandi ac solvendi proprie et princeps et alteri subjecta esse et ideo pluribus, quorum unus teneat principatum, ad omnia cum proportione assignari queat, per claves regni (ex n. 98. 99. 101) significatur proprie potestas tantum summa, i. e., valens omnia

erga omnes et independens et a qua potestas alia in regno omnis pendeat, vel et significatur ex verbis *Optati* vel *Grcgorn nyss.* (allatis n. 92) potestas quaedam originalis, unde ut a fonte potestas reliqua per se et ordinarie proveniat. Apposite s. *Thomu* docet in 4. dist. 24. q. 3. a. 2. sol. 3. ad 1): nQuamvis omnibus apostolis data sit communiter potestas ligandi et solvendi, tamen ut in hac potestate ordo aliquis significaretur, primo soli Petro data est, ut ostendatur quod ab eo in alios debeat ista potestas descendere/· Quamobrem etsi ceteri apostoli accepta potestate ligandi solvendique aliquatenus vel minus proprie potestatem clavium, in regno scilicet, participasse dici possint, potestas tamen clavium regni, potestas in regnum, simpliciter et sensu proprio non est ipsis tradita. Huc spectant testimonia (n. 9'2' jam prolata, quibus claves, instar praemii peculiaris, impertitae soli Petro exhibentur: huc spectat ille mos ecclesiae imagines unius Petri symbolo clavium decorandi; hinc s. Petrus solet salutari prae aliis caeli janitor, spectato nempe sive fine, ad quem potestas clavium universa prae aliis concessa illi demum tendit, sive habita speciatim ratione supremae judicialis potestatis remittendi et retinendi culpas, quae velut pars in clavium potestate continetur.

9. At nonne ex doctrina Patrum accipiendo claves Petrus personam ecclesiae sustinuit? Verumenimvero multiplex distinguitur repraesentandi modus: praeter parabolicum et symbolicum, qui illi est affinis, reperitur typicus, qui inest v. g. exemplari, ad quod alia quaepiam majore minoreve perfectione sunt expressa, et juridicus. Qui ultimus aut ex delegatione quadam oritur aut independenter a delegatione obtinetur vi ipsa muneris proprii, jure sive naturali sive positivo eoque vel humano vel divino.

Agite, jam facile perspicitur, b. Petrum momento confessionis editae et promissionis factae neque parabolice neque solum symbolice ecclesiam repraesentasse, quandoquidem parabola tunc certe proposita non est nec velut purum symbolum pro re signata a quoquam substitutus erat Petrus. Neque repraesentavit Petrus ecclesiam juridica repraesentatione ea, quae ex delegatione ecclesiae provenisset, ut cujus ex monstratis vestigium nullum exstet. Quae omnia utique et pro tempore dignitatis jam collatae Petro valent.

Aliter de altero juridice repraesentandi modo et de repraesentatione typica, propria quidem archetypi, dicendum est. 122
Etenim promissam praerogativam ex voluntate Christi recipiendo atque illa auctus repraesentavit Petrus actu ecclesiam universam juridice vi muneris sui, repraesentatione nempe ea, qua societatis caput auctoritate sua societatem in ipso virtualiter contentam repraesentat. Et re vera in b. Petro promissam potestatem ecclesia accepit universa, tamquam subjectum utilitatis seu illud, in cujus bonum potestas tradita cessura esset, et tamquam subjectum inhaesionis ejusdem potestatis mediatum, quatenus immediate in membro suo principali potestatem illam obtineret. Insuper s. Petrus ornatus dignitate petrae, i, e., fundamenti, perseveraturi sane cum ipso ecclesiae aedificio, repraesentavit juridice omnes suos successores eadem potestate potituros proindeque unam cum Petro personam moralem publicam constituentes; et hoc pacto data est pptestas petrae, clavium, ligandi solvendique in Petro ecclesiae universae, quatenus videlicet praerogativa foret non mere personalis vel privata ideoque defuncto Petro exstinguenda, sed semper permansura cum ecclesia, in ecclesia, ratione quidem capitis, propter ipsam ecclesiam perennem. Quia autem ex voluntate Christi potestas ligandi et solvendi etiam inferioribus ecclesiae magistratibus quadantenus communicanda erat, et hos repraesentavit Petrus repraesentatione tum juridica tum typica, non quidem velut typus *acuus, verum sicut protypum repraesentat ectypa ad ejus vim et perfectionem plus minusve accedentia. Etsi repraesentatio ecclesiae vel successorum Petri ac repraesentatio magistratuum aliorum apud Mat non eodem plane modo significata invenitur. Namque ecclesia per Petrum repraesentanda indicatur immediate, tum re ipsa, quoniam est ecclesia terminus correlativus ad jurisdictionem Petro tribuendam, tum verbo ecclesiae pronuntiato; pariter repraesentanda series tota successorum Petri immediate designatur, quia sententia Christi ad petram stabilem derigitur neque portis inferi unquam superandam; e contrario reliqui apostoli cum successoribus repraesentandi ex Mat 16 mediate tantum intelleguntur, quatenus et ipsos fuisse potestatis parte aliqua donandos ex aliis locis constat.

Porro quidquid Petrus primatu jam commisso juridice vel 123
typice repraesentavit actu, idem primatu semel sibi promisso

repraesentavit in potentia velut proxima, idemque etiam antea ex destinatione saltem quadam repraesentavit, cum secundum explicationem probabiliorem nomen Petri, pridem promissum ('Λ? 1, 42), impositum jam esset (*Mare* 3, 16), et ipsa revelatio divinitatis Christi a caelesti Patre ad primatum pollicendum et conferendum Petro ordinaretur.

124 Ex his liquet, quali sensu Patres potuerint docere, Petrum in recipienda potestate clavium, peccata remittendi atque retinendi, personam ecclesiae gessisse proindeque in Petro potestatem illam ecclesiae coi latam esse. \7idelicet doctrina tali similive repraesentatio juridica et typica gesta per b. Petrum vel, cum proportione, per ceteros apostolos extollitur, praesertim ut perversa haeresis montanistarum et novatianorum excludatur cum Tertulliano de pudicitia c. 21; 3/2, 1025) contendentium, memoratam potestatem soli Petro vel collegio apostolorum datam esse ideoque in ecclesia jam non exsistere. Unde dictis illis Patrum thesis nostra potius confirmatur. Ita v. g. *Augustina* in Ps 108 η. 1; 3/37, 1431. 1432): „Quaedam dicuntur, quae ad apostolum Petrum proprie pertinere videantur, nec tamen habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur ad ecclesiam, cujus ille agnoscitur in figura gestasse personam, propter primatum, quem in discipulis habuit, sicuti est ‚Tibi dabo claves regni coelorum'/ — z\udi et *Leonem* 3/. citato Mat 16, 19 sic loquentem (serm. 4. al. 3. c. 3; 3/54,151): „Transivit quidem etiam in alios apostolos jus potestatis istius, et ad omnes ecclesiae principes decreti hujus constitutio commeavit; sed non frustra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis ecclesiae rectoribus Petri forma praeponitur. Manet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipsius fertur aequitate judicium/

125 Nec minus liquet, quomodo Petrus edens confessionem potuerit a Patribus vocari praeco supremus ecclesiae vel os apostolorum, respondens ex persona omnium vel pro omnibus, secundum destinationem quidem ex indiciis variis tunc jam apostolis ipsis opinabilem seu per anticipationem. Praeter sententiam *Cyrilh hieros.* (citatam n. 80) videsis *Ambrosii* de ineam, c. 4. n. 33 3/ 16, 827), *Hieronymi* l. 3. in Mat 16, 15. 16 (3/ 26, 116. 117), *Augustini* serm. 76. c. 1. η. 1 (3/ 38, 479). Quamquam fortasse etiam inde Petrus nomine illo appellatur,

quod ceteri accedendo confessionem ejus primi comprobarunt (cf. n. 70. 80. 103). Quo tandem spectet talis appellatio, pluribus appositis *Chrysostomus* declarat, qui cum (in Mat hom. 54. al. 55. n. 1: J/ 58, 533) vocasset Petrum confitentem os apostolorum, alibi sic loquitur fhom. in parab. decem millium talent. debitoris n. 3; JZ 51, *20): „Petrus chori apostolorum princeps, os discipulorum, columna ecclesiae, firmamentum fidei, confessionis fundamentum, orbis terrarum piscator (ο *στύλο τη* «ζϊζσ/ος, *το σκότωμα τι πίστεω , ο τη ομολογία θεμέλιο , ο τη ηιζπΓϊιό'ξ όλιεν)?* λΓβ1 etiam ita (hom. in illud: Hoc autem scitote etc η. 4; J/ 56, 275): „Petrus itaque chori illius coryphaeus, os apostolorum omnium, caput illius familiae, orbis totius praefectus, fundamentum ecclesiae.ll

10. Contentio apostolorum primatus promissionem sequens, 126
quis esset major in regno caelorum {*Mat* 18, 1; *Mare* 9, 33; *Lue* 9, 46; 22, 24), unum hoc demonstrat, aut homines illos adhuc rudes Domini verba, quamvis per se clara, nondum plene intellexisse, id quod et alias accidit (cf. *Mat* 15, 16; 16, 11 ; Zwr9, 45; 18,34), aut promissionem non intellexisse absolutam, aut certe tunc oblitos ejus esse. Ceterum aliqua dictorum vel factorum Christi intellegentia videtur contentioni praebuisse ansam; neque enim de primatu instituendo, sed de subjecto ejus disputatum est.

11. Utique s Petrus, vixdum beatus praedicatus, cum 127
Dominum avertere vellet a salutifera passione, indignabundam hanc repulsam Christi tulit *Mat* 16, 23: ‚Arade post me, satana: scandalum es mihi, quia non sapis ea, quae Dei sunt, sed ea, quae hominum.l4 At factum istud vel ex eo explicatur, quod primatus Petro tantummodo promissus, nondum impertitus erat. Sic quidem *Hieronymus* (1. 3. in Mat 16, 22. 23; *M* 26, 120): .Prudens lector inquirat, quomodo post tantam beatitudinem . . nunc audiat: ‚Vade retro me, satana, scandalum mihi es4? Aut quae sit tam repentina conversio, ut post tanta praemia satanas appelletur? Sed si consideret, qui hoc quaerit, Petro illam benedictionem et beatitudinem ac potestatem et aedificationem super eum ecclesiae in futuro promissam, non in praesenti datam intelliget. .Aedificabo4, inquit, ‚super te ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam4. Bt: ‚Dabo tibi claves regni coelorum4. Omnia de futuro, quae si statim

dedisset ei, numquam in eo pravae opinionis error invenisset locum.“ Insuper Petrus dissuasionem illam, propter quam a Domino velut agens partes satanae objurgatur, solum ex privata affectione quapiam humana protulit.

128 12. Xeve opponant locum celebrem *Cypriani* (de catholicae ecclesiae unitate n. 3. 4), ubi s.-martyr ita1) scribit: „Haereses invenit (inimicus) et schismata, quibus subverteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet unitatem. Quos detinere non potest in viae veteris caecitate circumscribit et decipit novi itineris errore. Rapit de ipsa ecclesia homines . . Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur nec caput quaeritur nec magisterii caelestis doctrina servatur. Quae si quis consideret et examinet, tractatu longo adque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis conpendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum : ‚Ego tibi dico*, inquit, ‚quia tu es Petrus et super istam petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam. Dabo tibi claves regni caelorum: et quae ligaveris super terram erunt ligata et in caelis, et quaecumque solveris super terram erunt soluta et in caelis*. Super unum aedificat ecclesiam, et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: .Sicut misit me Pater et ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum: si cujus remiseritis peccata, remittentur illi: si cujus tenueritis, tenebuntur*, tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique et ceteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia Christi una monstretur. Quam unam ecclesiam etiam in cantico canticorum (6, 8) Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit: ‚Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae*. Hanc ecclesiae unitatem qui non tenet tenere se fidem credit? qui ecclesiae renititur et resistit in ecclesia se esse confidit? Quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat et sacramentum unitatis ostendat dicens: .Unum corpus et unus spiritus, una spes vocationis vestrae, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus (Eph 4. 4_ ff)*\

‘) Damus textum istum, et in gravioribus adeo variatum, simpliciter ex *Harttlii* vindobonensi recensione (1. 211_ 213).

At vero verbis ipsis propositis sacer primatus isque juris- 129
dictionis Petro vindicatur. Sane cum ecclesia secundum Cyprianum debeat esse semper una ontologice, manifestare ex parte Domini fundatoris unitatem seu monstrare ecclesiam Christi unam prorsus idem est atque efficiendo manifestam reddere unitatem ecclesiae universae. Quare et origo vel exordium visibile hujus perpetuae unitatis, quod exhibetur unus Petrus, nequit censeri merus unitatis typus neque principium spectato forte solum tempore tributae potestatis, sed cogitandum est principium efficax summum constans; i. e., Petrus auctus intellegitur primatu duraturo jurisdictionis, disponente ita Domino per actum aliquem supremae auctoritatis suae. Hinc ab eodem Cypriano ad Mat 16, 18. 19 velut ad probationem facilem et compendiariam provocatur; hinc et origo vel exordium, quod sit unus Petrus, pro fundamento totius aedificii, sane actuoso stabilique, dicitur; hinc in contextu ulteriore (n. 5) eadem origo tenaci radici capitique ital) comparatur: ^Ecclesia una est quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sed lumen unum, et rami arboris multi sed robur unum tenaci radice fundatum, et cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte praecide rivum, praecisus arescit. Sic et ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa: illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur.u His autem non opponitur alia series textuum, ubi apostoli omnes parem potestatem accepisse affirmantur. Est enim utique potestas apostolatus quidem par; sed haec aequalitas non obsistit, quominus per primatum princeps ipsorum apostolorum divinitus constitutus sit.

Ib. 214.

130 Thesis Π. *Primatus promissionem Petro olim factam imra pollicitatione, supremi magisterii ad fratres omnes in fide confirmandos eidem Petro committendi, paulo ante passionem suam 'Lue 31. 32) liedemptor mundi cumulavit.*

Demonstratio. Haec sunt verba Domini apud *Luc* 22,31: „Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: 32. ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (i/ω & nzçi *σοι na m PA.irrr) r· πίσπ σοι" /ai oi? ποτέ επιοτξΐψβξ στίοιοον* rorg *dôilqovs σον).*“ Unde jam argumentamur:

1. *Pollicitus est Christus soli prae omnibus Simoni Pdro immunitatem cuiuslibet erroris circa Udem proprie dictam, in ordine ad exercendum munus stabile confirmandi in eadem fide fratres omnes vel ecclesiam Christi totam. Atqui eo ipso promissus est directe quidem primatus in fide proponenda vel potestas magisterii sufiremi et infallibilis, indirecte vero primatus plenus jurisdictionis in ecclesiam universam.*

131 *Propositio major* fit per partes singulas, quas continet, hisce manifesta:

a. Alloquitur loco citato Dominus, directe saltem, Simonem Petrum solum.

Patet id ex nomine Simonis bis prolato, quo verba illa Christus exorditur. Patet ex pronominibus *te, tua, tu, tuos,* quae nequeunt ad alium referri atque ad Simonem. Patet inde, quod ex contextu ad illum oratio a Domino derigitur, „qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire“ (v. 33): atqui hic fuit solus Simon Petrus, cui Dominus mox respondit: «Dico tibi, Petre: non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse meu (v. 34l.

b. Sententia Christi respicitiir unus Petrus prae omnibus, nempe non ut erat veluti pro cunctis ille substitutus, sed ut persona erat ab aliis omnibus distincta, proindeque enuntiatur praerogativa non pluribus communis, sed Petri propria.

Constat hoc ex nomine Simonis bis praemisso verbis et ex pronominibus numeri singularis. Et sane hoc loquendi modo forma sermonis antea a v. jam 24) continuo adhibita repente immutatur, quam mutationem etiam exprimit transitus, ut est

in latina vulgata: „Ait autem Dominus4'; immo cum ex ipso v. 31 apostolos omnes ad cribrandum sibi satanas exposceret, immediate pro Simone Petro uno se rogasse Dominus declarat; atqui si communis pluribus praerogativa edicenda foret, nulla esset ratio formam allocutionis ex numero plurali in singularem immutandi; quin etiam esset ratio expostulans, ut forma eadem dicendi servaretur. Idem constat potissimum ex eo, quod Simon Petrus tamquam confirmans confirmandis cunctis reliquis ipsisque apostolis, quemadmodum videbimus, opponitur. Minime vero omnium ut subjectum praerogativae immediatum ecclesia universa designatur; cujus non est Petrum cum apostolis confirmare, sed ab iisdem confirmari, neque ecclesia tota fratres, sed, regens quidem, filios possidere dicitur. Accedit opportuna textus praesentis, cum *Mat* 16, 16—19 comparatio; unde parallelismus mirificus elucet.

C. Fides (ἡ *πίστι*) intellegitur a Christo proprie dicta, i. e., 133
assensus intellectus in veritates a Deo revelatas, praestitus utique propter auctoritatem ipsius Dei revelantis ; non vero fiducia vel spes quaedam firmior, ad voluntatem spectans, nomine fidei directe quidem significatur.

Sane ex ipso usu profano, quem potes discere ex lexicis, fidei vocabulum (coi. *ntidvj)* designat proprie assensum, persuasionem, certitudinem subjectivam vel etiam objectivam. In usu autem sacro novi testamenti significatio, quam tuemur, vocis fidei, secundum sensum quidem subjectivum de hominibus enuntiatae, adeo communis est. vix ut loco ullo ad aliud significandum adhibeatur. Insuper fides etiam explicite a spe distinguitur per apostolum scribentem *1 Cor* 13, 13: „Nunc autem manent fides, spes, caritas: tria haec“. In definitione quoque ipsa sua fides ut spei proindeque fiduciae fundamentum et ut actus intellectus perspicue describitur, cum dicatur *Hcb* 11, 1: „Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.“ Immo et illius nomine fidei, per quam miracula patrantur vel preces exaudiuntur, directe designatur fides proprie dicta, i. e., assensus in Dei omnipotentiam, benignitatem, fidelitatem cum quadam persuasione per donum Dei speciale aliquibus superaddita de attributis illis hic et nunc manifestandis; etsi fiduciam vel dispositiones alias requisitas et ex eadem fide sponte oriundas in obliquo simul indicari existimare liceat. Quo per-

tinet *1 Cor* 13, 2: „Et si habuero omnem fidem ita, ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum“, vel 12,9, collato 13, 13. Eodem refertur illud Jesu erga caecos *Mat* 9, 29: nTunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis“, collato versu praecedente, ubi „dicit eis Jesus: Creditis, quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique Domine.“ Insuper legesis *Heb* 11. 29—35 collato v. 1. Similiter de verbo *credere (niarewi·)* sentiendum esse, percipimus ex sermone Christi habito cum Martha *jo* 11, 25—27. 40: „Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui vivit et credit in me. non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti . . Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi: Quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?“ Solum *Rom* 14, 23 fidei vocabulo, adhibito de actu hominis, non designatur immediate fides proprie dicta, sed tamen actus intellectus, h. e., judicium conscientiae, ita quidem, ut fides proprie dicta adsignificetur. Ceterum et *Mare* 11, 22—24 videtur commendari actus credendi talis, qui sit intellectus; nec certe mirum est, si vel tunc, cum de miraculis impetrandis agitur, fidei nomine fides proprie dicta directe exprimatur, cum haec pro actibus aliis, nominatim pro fiducia necessaria voluntatis, exsistat fundamentum.

Jam ab hac communi vi vocis fidei non est, cur *Luc* 22, 32 recedatur, praesertim cum sit ipsa fides proprie dicta, potissimum in Jesum Christum Filium Dei. quam ut radicem quandam salutis sempiternae cf. *Jo* 20. 31 ; *Act* 4, 12; */ Jo* 2, 22; 4, 2; 5,o) satanas vel maxime evellere ex animis laborat (cf. *Mat* 16, 18 cum disputatione nostra n. 109—111). Quodsi quis nihilominus fidem apud Lue fiduciam interpretetur, fateri tamen illud debet, fidem proprie dictam, ut aliquid necessario suppositum, et ipsam saltem comprehendi.

134 ‹l. Excluditur non tantum is defectus fidei, qui sit moralis, i. e error circa veritates revelatas cum pertinacia conjunctus. per quem et habitus fidei amittatur; neque etiam excluditur tantum error quilibet, vel inculpabilis, in rebus fidei sufficienter jam propositis \el definitis, sed excluditur simpliciter omnis error in rebus illis, quae fidei deposito continentur.

Est enim propositio Christi negans: „ut non deficiat fides tua/ Atqui propositio negans est universalis. Ergo excluditur a tide Petri omne id, quod solent exprimere nomine defectus. Atqui vox *deficere* *ηλειψι)* significat per se defectum omnis generis, proinde errorem etiam simpliciter. Ergo Petri fides vi verborum Christi erroris simpliciter cujuslibet immunis pronuntiatur; neque nobis fas est verborum eorundem vim pro mero arbitrio restringere. Cui argumento ratio, ut ajunt, peremptoria prorsus jungitur: Petro, ut mox ostendemus, impetrata est a Christo fides haud deficiens in hunc finem, ut confirmaret ipse in eadem fide ecclesiam universam. Atqui ecclesia debet esse ex voluntate Christi in rebus fidei omnino firma ita, ut ne per ignorantiam quidem errare unquam possit; est enim columna et firmamentum veritatis (/ *Tini* 3, 15), et in ipsa fidei depositum infallibiliter custodiri atque etiam explicari aliunde constat. Ergo eadem firmitas Petro a fortiori tribuenda est. Patet consequentia; nam quod firmitatem in se minime habet, communicare eam alteri non potest.

e. Continent verba Domini promissionem, quatenus rogatio 135
Christi tuit vere efficiens, rei tamen non statim, sed tempore futuro concedendae.

Et efficientia quidem illa eo liquet, quod rogatio Christi, sine implenda ulla condicione, ut absoluta sistitur; atqui Christus. Dei Filius, absolute orans contra satanam profecto exauditur cf. *Jo* 11, 42). Praeterea quae in bonum ecclesiae universae, praesertim si sit essentiale, postulantur, ea absolute et efficienter expetuntur. Unde Dominus absolute injunxit Petro munus confirmandi fratres; atqui mandatum tale supponit absolute conferendam Petro eam firmitatem, sine qua officium idem praestare ille neutiquam valeret. Itaque enuntiavit Christus praerogativam virtute petitionis suae re ipsa Petro impertiendam. — Sed ex parte altera manent verba Christi omnino vera, quamvis de munere non protinus tradendo facta intellegantur. Et nonne saltem illud *ποτέ* aliquatenus indicet agi de praerogativa donanda tempore futuro? Alioqui constat, primatum jurisdictionis post resurrectionem demum Domini b. Petro datum esse; atqui primatus ille jus confirmandi in fide fratres

136 Porro vel ex eo, quod dignitas confirmatoris promissa solum erat, apparet plane vana objectio illa trita, fidem ipsius Petri in Domini negatione defecisse. Ceterum exterior quaepiam confessio tantum fidei eaque in actu non vi muneris posito defecit.

137 f. Enimvero promissa Petro fides non deficiens est consilio eo, ut exerceret munus confirmatoris in eadem fide.

Id. quod hic proponitur, ex nexu orationis Christi manifestum est. Nam exin perspicimus, satanam quidem postulasse, ut daret sibi Deus (cf. *'Job* 1, 6—12; 2, 1—7) apostolos universos, ab ipso satana cribrandos, i. e., tentationibus agitandos vel etiam, si fieri posset, a Christo separandos, excussa nominatim eorundem fide, quae conjunctionis cum Christo est principium et vitae supernaturalis christianaeque fundamentum. In quo periculo Dominus ut succurreret, ex parte sua satanae se opponens adversarium, id quod illud *ego autem* palam facit, rogando fidem penitus invictam immediate Petro soli impetravit, per quem a Deo ipso confirmatum ceterorum firmitudo, saltem in eadem fide, curaretur. Cf. *Mat* 16, 18.

138 g. Munus confirmandi Petro committendum ex intentione Christi debebat esse stabile; non vero restringendum erat ad spatium temporis particulare, ut passionis Domini vel temporis resurrectionem proxime secuturi. >

Ratio sententiae hujus est, quod immota fides Petri tamquam praesidium adversus molimenta satanae fidem cunctorum impugnantis constituitur; unde ex longitudine periculi colligere licet, quam diuturnum sit auxilium. Atqui periculum quidem plus minusve continuum futurum erat; quamvis enim voluntas satanae maligna a Christo exhibeatur velut praesens, objectum tamen illiusmet voluntatis non ad praesens tempus coartatur, sed pro daemonis indole extendi ad futurum intellegitur; quod et collatione cum *Mat* 16, 18 et experientia ipsa comprobatur. Ad hoc verba Christi per se considerata stabile munus indicant; neque enim semel iterumve Dominus confirmare jubet, sed indefinite praecipit: *confirma,* utique totiens, quotiens necessarium vel opportunum apparebit.

139 Neque officium ad tempus particulare limitari convincitur ex verbis additis *aliquando conversus (ττητε ϊπιστρέψα),* quae· cumque ex pluribus additamenti hujus interpretationibus veri-

similioribus suscipitur. Nimirum ex sententia adhuc communiore designat *ἐπαιηνίψκ* conversionem a peccato negationis triplicis (cf. e. *g. Aci* 3, 19; 28, 27), quae quidem conversio vel ex mentione omnium cribrandorum non ita improviso a Domino loquente inducatur. Neque tamen ideo munus confirmandi praecise in terrore illo exercendum erat, quem passio Domini discipulis incusserat. Primatus enim etiam magisterii Petro postea concessus est. Insuper Petrus, etsi statim post lapsum se convertit, pleniore quadam ratione tunc demum conversus est, cum negationem triplicem per triplicem amoris attestationem reparavit et firmitatem praedicandae fidei a Domino obtinuit. Praeterea prorsus temere dicitur, relicto Christo fidem ipsam interiorem a ceteris apostolis abjectam esse ita, ut a Petro ad fidem salutarem reducendi forent. Neque in hypothesi, quam refutamus, effato Christi eventus rei responderet, siquidem inter passionem Domini non certe Petrus reliquis firmiorem se exhibuit, sed potius Joannes. Porro negotium nullum facit vox .Wi. sive jam refertur ad *ἐπιστρίψα* , id quod patet, sive refertur cum explicationibus mox proferendis solum vel etiam ad *confirma;* nam vox illa, uti saepius, potest accipi pleonastice vel significare terminum quempiam futurum, a quo incipiat munus confirmandi stabile, vel indicare temporis momenta etiam plura indeterminata, quibus confirmandi actus congrue ponantur.

Sed et suspicio quaevis muneris ad tempus sequens imme- 140
diate conversionem coartati evellitur radicitus per explanationes quasdam alias, unde nihil cogit neque satis convenit trahere *Μὐτ ἰψα* in conversionem a lapsu, praesertim primam, utique item veram, post quam non ilico primatus in eoque jus confirmandae fidei Petro impertitum est. Ita secundum aliquam expositionem habet *εφίστρέψα* , similiter ac verbum xur, per hebraismum vim adverbii *iterum, rursus,* vel etiam *vicissim,* ut hic sensus prodeat: ego rogavi pro te, tu iterum vel vice versa confirma fratres (cf. . *Icf* 7, 42 ; 15, 36). At alii obiciunt, non adhiberipraedicto modo, nisi, aliter ac Luc 22, 32, aut unus atque idem denuo aliquid agat (ut Ps 70, 20. 21 ; 84, 7 coi. 6; Jer 12, 15) aut opus idem plures aggrediantur (ut Gen 26, 18). Quamquam reponere licet, Christum rogando pro Petri fide, Petrum ex Christo firmum confirmando directe fratrum fidem, aliquatenus facere idem. — Propinqua enarratio est, qua per

graecismum quempiam participium Anurç/φα significat motionem verbo principali ipso comprehensam, unde Dominus moneat: ego rogavi pro te. et tu (benigne) vertens te ad fratres tuos confirma ipsos. Quo pacto *Georgius tra/>ezuntius}* auctor graecus s. XV. scribit (de processione Spiritus s. et de una s. catholica ecclesia, ad cretenses n. 7; J/ 161. 842): „Post mysticam illam coenam, quasi de rebus suis disponens Servator, ad Petrum conversus ¡?πιαr$('.([ά) dixit: ‚Ecce Simon, satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua: et tu aliquando conversus *ποτέ),* confirma fratres tuos*. Et attendendum est, privilegium hoc soli Petro, et per illum romanae ecclesiae concedi. Undenam vero id liquet? Primum, quod omnes cribrare voluit satanas, pro solo vero Petro rogatum dicitur. Tum Petro expressius praecipitur, conversum confirmare *εϊϊϊϋτρέγεϋϋαι y.ai aeroGtir')* proprios fratres. Quod nunquam contigisse Petro, sed illius successoribus, historiis traditur . . Hac ratione romana ecclesia saepius conversa *πολ).07.ϊζ επιστοαηείσώ* alias confirmavit, at illam aliae nunquam." — Ceterum potest optime accipi illud *ιπκϊτοίψα* pro ipso primo significatu verbi etiam transitive (cf. *Luc* 1, 16. 17; *Jac 5,* 19. 20 ideoque sententia declarari ita: ego rogavi pro te, et tu sive converte vel generalius adverte et confirma, sive advertendo, admonendo confirma fratres tuos.

HI Itidem non probatur munus Petri angustiis passionis Domini conclusum ex *Mat* 26, 31 ss; *Mare* 14, 27 ss. Neque enim locis hisce eadem tentatio describitur, quae indicatur Lue 22, 31.32; nam illic cum tentatio ea praenuntietur, qua vincantur omnes imprimisque Petrus, e contrario apud Luc de tentatione ea agitur, quam vincant jam apostoli imprimisque Petrus. Unde quae narrantur Luc 22, 33. 34. cum contineant responsionem Petri ad praenuntiatam apostolorum inconstantiam cum vaticinio negationis Petri, non proxime sunt jungenda cum Lue 22, 31.32, sed ibi inserenda sunt, quae referuntur Mat 26, 31. 32 vel Mare 14, 27. 28. — Nec denique officium Petri spectat ad solum tempus illud, quod proxime excepit resurrectionem, cum Christus per se ipse adhuc visibilis discipulos confirmarit.

142 h. Nomine fratrum designatur ecclesia Christi universa, ipsis apostolis inclusis.

Hoc ex eo constat, quod ecclesia universa per eos vel pastores vel fideles constituitur, qui vero sensu, tum singuli tum collecti, sunt fratres Petri, inimici tentationibus expositi, et qui ab ipso Petro nominantur fratres vel ea, quae in mundo est, fraternitas (/ *Pel* 5, 9. 12; *2 Pet* 1, 10). Prae ceteris autem apostoli ipsi comprehenduntur verbis illis «confirma fratres tuos|*. Etenim fratres Petri per excellentiam profecto ii sunt, qui ad collegium apostolicum cum ipso idem pertinent. Et illi sunt, quos ut cribraret satanas expetierat, sicut liquet ex pronomine *vos,* quo Christus utitur. De iisdem Dominus directe contextu toto agit. Vide et *2 Pet* 3, 15, ubi ipse s. Paulus a Petro frater appellatur.

Neque obstat, quod apostoli propter infallibilitatem sin- 143
gulis concessam confirmatione in fide non eguerint. Nam hoc charisma erat extraordinarium, proprium videlicet dignitatis apostolicae cum apostolis exspiraturae, non vero ordinarium, proprium potestatis episcopalis iisdem apostolis collatae et in successoribus episcopis duraturae. Atqui Christus, ecclesiam perpetuam fundando, apostolos secundum potestatem duraturam, velut initium episcopalis corporis, aptissime spectavit. Insuper doctrina infallibilis ipsa Petri, docilitate semper prompta animi obsequentis certissime amplectenda, in mediis iis fuerit, quibus aliquando Deus opportune uteretur ad ceteros apostolos in fidei integrae notitiam infallibilem inducendos (cf. *Act\,* 15 ss; 15. 7 ss).

Ex dictis etiam patet, confirmationem non in eo collocandam 144
esse, quod Petrus peccatoribus animum exemplo conversionis suae reddat. At enim agitur de fratribus, qui non sunt omnes peccatores; agitur de fratribus a lapsu non mere revocandis, sed potius custodiendis, idque per confirmationem aliquam activam, quae vi ipsa verbi et imperativi *confirma* exprimitur.

Minoris propositionis prior pars, i. e., sententia explanata 145
Domini directe contineri promissionem infallibilis magisterii supremi (resume n. 130), jam facile perspicitur. Immunis nempe debet esse fides Petri semper cujuslibet defectus, et quidem virtute rogationis Christi, qua stante Petrus etiam errare nequit. Atqui hoc idem est atque in rebus fidei infallibilem esse. Porro immunitas illa obtinetur saltem in ordine ad confirmandum; quae confirmatio inter homines non est nisi per doctrinam

exterius propositam seu per magisterium externum vel visibile, cum interius per gratiam confirmare sit solius Dei (cf. *Rom* 16,25); est igitur Petrus infallibilis saltem in magisterio externo fidei. Hoc denique magisterium est supremum seu primatus in docendo; habet enim Petrus officium proindeque jus confirmandi ecclesiam universam, etiam simul sumptam cui juri respondet ex parte ecclesiae obligatio conformandi fidem suam ad fidem Petri, ut ad normam in se firmam seu rectam.

Altera quoque pars minoris liquet, videlicet eo ipso sponderi indirecte primatum jurisdictionis in ecclesiam universam, jam quidem prius sponsum. Neque enim societas ecclesiae a Christo aedificandae debebat esse regnum qualecumque, sed regnum veritatis, in quo praecepta fidei forent et ipsa leges eaedemque primae vel fundamentales pro legibus reliquis omnibus moderantibus disciplinam (cf. n. 109); atqui pro statu tali non potest esse aliud subjectum supremae potestatis docendi ac supremae jurisdictionis generatim. Hinc recte in ecclesia doctores divinitus statuti iidem habentur ac pastores vel instructi jure ligandi et solvendi. Unde etiam parallelismus, praecipue realis, cum *Mat* 16 manifestus est. Quod nempe enuntiatur apud Mat metaphorice, id apud Luc propriis verbis dicitur, hac quidem interposita differentia, quod apud Mat omnes praerogativae Petri comprehenduntur, inclusa ea, qua est Petrus petra fidei ecclesiae contra portas inferi, cum apud Luc directe promittatur primatus sub ea tantum ratione, qua Petrus est fraternitatis in fide firmamentum, insidiis satanae oppositum.

2. Sensu explicato textum pertractatum acceperunt Patres. Ita *Ambrosius* (de fide l. 4. c. 5. n. 56; **J/** 16, 628): „Ut scias quia (Filius) secundum hominem rogat, divinitate imperat, habes in evangelio quia Petro dixit: ‚Rogavi pro te, ut non deficiat fides tuai Eidem autem supra dicenti: ‚Tu es Christus Filius Dei vivi·, respondit: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: et tibi dabo claves regni coelorum'. Ergo cui propria auctoritate regnum dabat, hujus fidem firmare non poterat; quem cum petram dicit, firmamentum ecclesiae indicavit? Quando igitur roget, quando imperet, considera. Rogat quando passurus ostenditur, imperat quando Filius Dei creditur*. — Item *Cyrilhts alex,* (in Luc 22, 32: JZ 72, 915): n‚Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos‘. id est,

firmamentum *(οιίψγμα)* atque magister esto illorum qui per fidem ad me accedunt". -- Egregie *Leo* A/(serm. 4. al. 3. c. 3. 4; **J/**54, 151. 152): „Commune erat omnibus apostolis periculum de tentatione formidinis, et divinae protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere; et tamen specialis a Domino Petri cura suscipitur, et pro fide Petri proprie supplicatur, tamquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, et divinae gratiae ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quae per Christum Petro tribuitur, per Petrum apostolis conferatur. Cum itaque, dilectissimi, tantum nobis videamus praesidium, divinitus institutum, rationabiliter et juste in ducis nostri meritis et dignitate laetamur, gratias agentes sempiterno regi redemptori nostro Domino Jesu Christo, quod tantam potentiam dedit ei quem totius ecclesiae principem fecit, ut si quid etiam nostris temporibus recte per nos agitur, recteque disponitur, illius operibus, illius sit gubernaculis deputandum, cui dictum est: ‚Et tu conversus confirma fratres tuos'; et cui post resurrectionem suam Dominus ad trinam aeterni amoris professionem, mystica insinuatione ter dixit: ‚Pasce oves meas' (Jo 21, 17)“. — Similiter disseruerat *auctor quaest. 'ederis et novi testamenti* (n. 75, in append, op. s. Augustini; 1/35,2270): „Dicunt . . exactores didrachmae ad Petrum apostolum ‚Magister vester non solvit didrachmam' etc (Mat 17,23 ss). Quo dicto, magistrum ut pro omnibus discipulis solveret, convenerunt. Salvator autem cum pro se et Petro dari jubet, pro omnibus exsolvisse videtur: quia sicut in Salvatore erant omnes causa magisterii, ita et post Salvatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit esse caput eorum, ut pastor esset gregis dominici. Nam inter cetera dicit discipulis: ‚Vigilate, et orate, ne intretis in tentationem' (Mat 26, 41). Et Petro dicit: ‚Ecce satanas expostulavit, ut vos ventilet sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'. Quid ambigitur? Pro Petro rogabat, et pro Jacobo et loanne non rogabat, ut ceteros taceam? Manifestum est in Petro omnes contineri: rogans enim pro Petro, pro omnibus rogasse dignoscitur. Semper enim in praeposito populus aut corripitur, aut laudatur4.

148 Porro *Gelasius*/scribit (ad Plonorium Dalmatiae episcopum ep. 5; **J/** 59,30.31): „Licet inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati vix respirare valeamus, pro sedis tamen apostolicae moderamine totius ovilis dominici curam sine cessatione tractantes, quae beato Petro Salvatoris ipsius nostri voce delegata est: ‚et tu conversus confirma fratres tuos'; et item: ‚Petre, amas me? Pasce oves meas' (Jo 21,17): dissimulare nec possumus nec debemus, quae nostram sollicitudinem forma perstringat . — Pariter *Pelagius II* (ep. 3; *M* 72, 707): „Nos., secundum evangelicam vocem studemus fraternitati ac dilectioni vestrae, in quantum fragilitas nostra sufficit, quae nobis jussa sunt, cum sinceritate cordis humiliter exhibere. Nostis enim in evangelio Dominum proclamantem: ‚Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos . .' Considerate, carissimi, quia veritas mentiri non potuit, nec fides Petri in aeternum quassari poterit vel mutari ; nam cum omnes discipulos diabolus ad excribrandum poposcerit, pro solo Petro se Dominus rogasse testatur, et ab eo voluit ceteros confirmari; cui etiam pro majori dilectione quam prae ceteris Domino exhibebat, pascendarum ovium sollicitudo commissa est; cui et claves regni coelorum tradidit; et super quem ecclesiam suam aedificaturum esse promisit, nec portas inferni adversus eam praevalere testatus est". — *Vitaliamu* quoque papa ad Paulum archiep. cretens. ep. 1; *M* 87, 1002 : „Quae praecipimus tibi secundum Deum, et propter Dominum, tuaeque synodo, stude illico peragere, ne cogamur non misericorditer, sed secundum virtutem sacratissimorum canonum conversari. Scriptum namque est: ‚Dominus inquit: Petre, rogavi pro te, ut non deficeret fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'. Et rursum : ‚Quodcunque ligaveris, Petre, in terra, erit ligatum et in coelo, et quodcunque solveris in terra, erit solutum et in coelo.'" — X^el et *Beda* (1.2. hom. 15; *M* 94, 216. 217): „Quod . . dicit ei ‚pasce oves meas', hoc est utique quod ei ante passionem apertius dixerat ‚ego autem rogavi pro te . / Pascere ergo oves Christi est credentes Christo, ne a fide deficiant, confirmare, et ut in fide magis magisque proficiant instanter operam dare. Quamvis solertius intuendum quod eadem pastio gregis dominici non uniformi, sed multimoda est sollicitudine gerenda". — Et *Theodora stud,la* (1. 2. ep. 12. ad Paschalem papam Romae;

J/ 99, 1154): „Tibi dixit Christus Deus noster: ;Et tu all· quando conversus confirmabis fratres tuosi Ecce tempus, ecce locus: opitulare nobis, qui es a Deo ad hoc ordinatus: porrige manum quantum fieri potest : habes potestatem a Deo, eo quod omnium princeps es: in quo et positus es. Terreto, supplicamus, haereticas feras calamo divini verbi tui. Pastor bone, pone animam pro ovibus, supplicamus44.

Tum *Leo IX,* recitatis Mat 16, 18 et Luc 22, 31. 32, scribere 149
pergit (ad patriarch, constantinop. ep. 100. n. 7 ; J/143, 748): „Erit ergo quisquam tantae dementiae qui orationem illius, cujus velle est posse, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne a sede principis apostolorum, romana videlicet ecclesia, tam per eumdem Petrum quam per successores suos, reprobata et convicta, atque expugnata sunt omnium haereticorum commenta, et fratrum corda in fide Petri, quae, hactenus nec defecit, nec usque in finem deficiet, sunt confirmata ?:‘ — Similiter sentit *Thwphylacfus;* qui quidem simul indicat, quo pacto Petrus per exemplum suum personale fideles confirmaverit se jam defuncto exstituros; ita enim ille (in Luc 22, 32): „Planus hujus intellectus is est: Quia te habeo ut principem discipulorum, postquam negato me fleveris et ad poenitentiam veneris, confirma ceteros. Hoc enim te decet, qui post me ecclesiae petra es et firmamentum. Intellexerit autem quis non solum de apostolis dictum quod confirmati fuerint a Petro, sed de omnibus qui usque ad consummationem saeculi futuri sunt fideles. Tu enim, Petre, conversus, bonum exemplum poenitentiae eris omnibus, ut nullus credentium in te respiciens desperet: qui cum apostolus fueris et negaveris, iterum tamen receperis primatum omnium, et praefecturam orbis per poenitentiam/ — Vel *Bernardus* (ep. 190. seu tract, ad Innocentium II, praefat.; J/ 182, 1053. 1054): „Oportet ad vestrum referri apostolatum pericula quaeque et scandala emergentia in regno Dei, ea praesertim quae de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum. Haec quippe hujus praerogativa sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est: ‚Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua4? Ergo quod sequitur, a Petri successore exigitur: ‚Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos4. Id quidem modo necessarium. Tempus est ut vestrum agno-

scatis, Pater amantissime, principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo plane Petri impletis vicem, cujus tenetis et sedem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptores.· — Atque *Innocentius III* (1. 2. ep. 209. ad patriarch, constantinop.; *M* 214, 760): „Pro eo (Petro) Dominus se orasse fatetur, inquiens in articulo passionis: ‚ego pro te rogavi, Petre . ex hoc innuens manifeste quod successores ipsius a fide catholica nullo unquam tempore deviarent, sed revocarent magis alios et confirmarent etiam haesitantes, per hoc sic ei confirmandi alios potestatem indulgens, ut aliis necessitatem imponeret obsequendi.“ — Praeterea videsis *Gregorii M.* 1. 7. ep. 40 *(M* 77, 899); *Agathonis* ep. 1. ad imperatores (AZ 87, 1169); *HadrianiI* ad Carolum regem de imaginibus (**J/** 98, 1247.1248): *Thomae* S. theol. 2. 2. q. J. a. 10.

150 Quamobrem justissime textu Lucae ad declarandum supremum et infallibile cathedrae s. Petri magisterium ipsa *synodus Vaticana* usa est docendo de Petri successoribus (s. IV. c. 4; *D* 1679): ..Quorum quidem apostolicam doctrinam omnes venerabiles Patres amplexi et sancti doctores orthodoxi venerati atque secuti sunt: plenissime scientes, hanc sancti Petri sedem ab omni semper errore illibatam permanere, secundum Domini Salvatoris nostri divinam pollicitationem discipulorum suorum principi factam: ‚Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos‘.“ — Interpretationem ex catholico intellectu prorsus certam et fideliter tenendam nuperrime effert hunc in modum *Leo XIII* encycl. de unitate ecclesiae): „Quoniamque immutabilis communione fidei christianos omnes oportet esse invicem conjunctos. idcirco suarum virtute precum Christus Dominus impetravit Petro, ut in gerenda potestate numquam fide laberetur: ‚Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tuai Eidem praeterea mandavit ut, quoties tempora postularent, ipse impertiret fratribus suis lumen animi et robur: ‚Confirma fratres tuos*. Quem igitur fundamentum ecclesiae designarat, eumdem esse vult columen fidei.“

151 3. Ad haec pro pleniore assertae veritatis munimine notato: a. Verbis Domini traditis *Luc* 22, 31. 32 etiam responsum continetur ad quaestionem inter apostolos exortam, „quis eorum

videretur esse major" (v. 24). Neque Christus primatum jurisdictionis instituendum infitiatus erat prius dicens (v. 25. 26): „Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui major est in vobis, fiat sicut minor, et qui praecessor est, sicut ministrator." Quin potius his Christus indicaverat, re ipsa fore aliquem, qui major esset et praecessor (o *μείζων, ο ηγούμενο);* atque, improbato solo tyrannico quodam auctoritatis exercendae modo, jam monuerat, ut major ille sic se gereret, quasi esset minor *(γινεβ&ω ύ ιεώτερο),* i. e., inferior, videlicet communi utilitati ministrando (cf. *Aci* 5, 6. 10). Unde Jesus ipse, certe omnium rex, se illi imitandum ibi ita proposuerat (v. 27): „Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne, qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat."

b. Non opponuntur nobis Patres, sicubi declarant, Chri- 152
stum pro fide apostolorum rogavisse ; enimvero scriptores eos illic subjectum utilitatis in animo habuisse intellegimus cf. n. 147 verba *auctoris quaesii).*

c. Utique scribit s. *Augustinus* (de corrept. et grat. c. 6. 153
n. 10; *M* 44, 921. 922): „Si dixerimus istam perseverantiam tam laudabilem tamque felicem sic esse hominis, ut ei non sit ex Deo, illud primitus evacuamus, quod ait Dominus Petro ,ego rogavi pro te, ne deficiat fides tuai Quid enim ei rogavit, nisi perseverantiam usque in finem? Quae profecto si ab homine homini esset, a Deo poscenda non esset.“ At haec conclusio ex priore tantum parte verborum Christi ducta est; et pro scopo Augustini, errorem pelagianum impugnantis, sufficiens ea fuit. Unde plenior expositio, qua non solum perseverantia in fide, sed immunitas perpetua erroris in docendo affirmetur, minime excluditur. Et in universum, Patres non eo adversantur, quod forte aliquando explicationem textui evangelico non subjungant eam ipsam, quam supra nos protulimus; neque enim ideo negant, nostro commentario sensum loci proprium contineri. Ita et accipies doctrinam hanc *HHarii* (de Trin. l. 10. n. 38. 42; *M* 10, 374. 377): „Pro Petro Pater rogatur, ne deficiat fides ejus: ut negantis infirmitati vel dolor saltem poenitentiae non abesset; quae fides in eo non deficeret, quod poeniteret . . Adeo salvat (Pater), ut Petri fides poenitentia subséquente non deficiat licet territa.“

Thesis 1. *Promissum pridem primatum jurisdictioni» in ecclesiam suam totam Salrator redivivus soli esc omnibus Simoni Petro (do 21, 15—17) re ipsa impertivit.*

Demonstratio. 1. Verba Domini narrata *Mai* 16, 18. 19, potius quam meram promissionem, videntur plane enuntiare praedictionem summae potestatis in ecclesiam Christi totam super terram uni Petro concedendae. Quodsi quis vero rationem promissionis urgeat, agnoscere saltem cogitur, promissum esse *Mai* l. c et *Luc 22,* 31. 32 soli Petro primatum jurisdictionis promissione non qualilibet, sed absoluta. Sane condicio nulla, adjecta a Christo promittente, legitur. Neque mirum, cum promissio referatur ad rem essentialem illi rei, quam Dominus absolute prorsus voluit exsistere; refertur scilicet ad fundamentum aedificii ecclesiae divinitus construendae; atqui tale aedificium pro communi salute generis humani erigendum sicut ex meritis hominum bonis oriri minime potuit, ita merito humano malo, praesertim personae unius cujuspiam privatae, praepediri neutiquam debuit. Nec juvaret dicere, promissionem primatus, si non simpliciter, certe comparative Petro prae aliis conferendi, condicione aliqua fuisse alligatam. Namque haec condicio fuisset adimplenda aut ex parte Dei aut ex parte hominum; atqui si ponas illud, Deus promittendo simul promisisset exsecutionem condicionis a se solo dependentem: sin autem alterum, condicio excogitari alia non potest atque evitatio peccati ex parte Petri; jam vero condicionem istam appositam non fuisse, tum ex eo constat, quod illa ipsa occasione, qua negatio triplex praenuntiata est, promissio primatus comperitur esse confirmata *{Luc 22),* tum et ex eo, quod peccato perpetrato alius loco Petri fuisset sufficiendus, qui tamen indicari nequit.

Atqui quidquid Christus veritas praedixit Petro super terram vel mortali eventurum, id aliquando factum est; vel quidquid absolute Christus fidelitas promisit, id suo tempore implevit. Ergo primatum jurisdictionis in ecclesiam suam totam uni Simoni Petro re ipsa tandem contulit. Atqui non inveniuntur certe verba aptiora, quibus primatus impertitus Petro credi possit, quam nota illa, quae *Jo* 21, 15—17 memo-

riae sunt prodita, ubi nempe Dominus agnos et oves suas pascendas Petro mandat; quin immo verba alia atque illa non occurrunt. Ergo iisdem verbis primatus jurisdictionis Petro est concessus.

Unde etiam tantam harmoniam inter verba promissionis 155
apud *Mat* et locum, qui nunc ponderatur, *jo* intercedere conspicimus: Utrobique Jesus prius cum discipulis omnibus praesentibus, dein cum solo agit Petro, eoque compellato per idem nomen primitivum, et nomine patris addito; utrobique ex Simone Petro actus insignior virtutis, sive fidei sive caritatis, provocatur; utrobique gravitate magna per trinam vel imaginem vel repetitionem eidem Petro merces cujusdam dignitatis magnae a Domino vel promittitur vel tribuitur.

2. Et re vera textus s. Joannis per se inspectus primatum 156
jurisdictionis in ecclesiam universam Petro traditum significare ita potest, ut aliud quidpiam significare penitus non possit.

Est nimirum textus iste *Jo* 21, 15: „Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his *(dkiov τούτων)?* Dicit ei: Etiam Domine: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos *(Βόσ/.ε τά ἀρνία μου).* 16. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam, Domine: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos *(Ποϊμαινε rà ΐΐζοβάτίά* [al. *πρόβατά] μου).* 17. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me? et dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas *(Βόσκε τά προβιά* [al. zrçô/îftrô] *μου).*“ Hinc licet argumentari:

Verbis divini Salvatoris soli ex omnibus et -prae ceteris omnibus committitur Simoni Petro munus pascendi agnos Domini d oves. Atqui dignitas pastoris, prae omnibus constituti simpliciter super agnos dominicos et erues, est primatus jurisdictionis in ecclesiam Christi universam.

Prob. maj. a. Traditum esse munus pascendi agnos Do- 157
mini et oves, ex totidem verbis Christi constat, sive spectatur latina versio vulgata, sive textus graecus, ubi vel affectionis tenerae vocabulis deminutivis promiscue agnelli et oviculae nominantur, vel pro inaequalitate quadam indicanda agnelli, oviculae, oves discernuntur.

158 b. Derigit Christus verba sua ad solum ex omnibus Simonem Petrum.

Liquet istud ex prooemio, quod ab evangelista Domini sententiae praemittitur rdicit Simoni Petro Jesus" et ex phrasi „dicit ei" totiens deinde repetita. Liquet ex nomine pristino Simonis adjectoque nomine patris naturalis, quo Christus ipse Petrum constantia memorabili alloquitur. Liquet ex verbis adhibitis a Salvatore in numero tantum singulari. Liquet inde, quod ad illum unum oratio habetur, qui post tertiam Domini interrogationem scribitur esse contristatus, qui(v.18—22l exhibetur crucifigendus iubeturque sequi Christum: qui est et dicitur Petrus.

159 C. Respicitur a Christo Simon Petrus unus prae omnibus, i. e., non ut ceteros repraesentans, repraesentatione quidem differente a juridica vel etiam illa typica, quam nostra sponte superius (n. 122) concessimus. Unde praerogativam conferri intellegimus non pluribus communem, sed Petri propriam.

Sane, sin minus, primum frustra totiens evangelista inculcaret, Simoni Petro locutum esse Jesum.

Deinde supervacanea foret illa cura, qua a Domino ipso Petrus, prolato nomine proprio adjunctoque nomine patris, et quidem ter, maxima certe emphasi et sollemnitate, secundum ea sistitur, per quae a cunctis reliquis distinguitur.

Immo etiam noxia et consilio loquentis Domini contraria diligentia appareret, qua Christus adeo urget rationes oppositionis: nam in errorem invincibilem audientes inducerentur, cum praesertim antea (a v. 5) discipulos simul omnes Jesus sit affatus.

Accedit, quod donatur munere pascendi ille, cujus exquiritur et aperitur amor. Atqui Petri potius quam ceterorum quorumcumque amor exquiritur et aperitur. Unde etiam, quae est observatio Patrum, ter de dilectione interrogatur Petrus, ut repararet trina amoris sui attestatione trinam negationem, utique Petri propriam. Et Petrus ipse nexum inter utrumque actum sibi personalem probe intellexit; ideo enim, ut iterum Patres indicant, ad tertiam Domini quaestionem Petrus contristatus est, quod jam timeret, ne denuo falleretur amorem suum profitendo, sicut prius est deceptus, cum dilectionem suam tamquam stabilem omnium dilectioni anteponeret et as-

severaret *Mal* 26, 33: „Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor

Praeterea pascendi munus traditum est Petro, prout diligebat .plus hisu, i. e., plus quam reliqui praesentes donationis actui, etiam apostoli. Atqui comparatione tali Petrus non certe ut communis ceterorum repraesentans introducitur, sed immo omnibus opponitur. Frigida autem nimis et insulsa est illa explicatio, pro qua Petrus, post prandium, interrogaretur, num diligeret Jesum plus quam haec, i. e., pisces, navigium, discipulos, objectorum scilicet, non subjectorum, instituta collatione. At vero ita ne amor quidem super omnia a Petro postulatus esset; neque enim *πϊάον τούτων* idem est ac *itktov πάντων.* Nec magis liceat obicere, Petrum neutiquam excessum amoris sui testari potuisse. Nam non doceri volens Christus sciscitatus est, sed tum ut doceret, quem erga se amorem in ovium sibi dilectarum pastore vicario exigeret, tum simul ut moneret, pascendi munus ad arcenda ab ecclesia etiam schismata caritati inimica ordinari. Ceterum Dominus ipse, imperium pascendi subjungendo, implicite affirmavit, requisitam amoris magnitudinem reapse in Petro inveniri.

Denique in contextu ille idem, cui pascendi officium committitur, circumstantia personali vitae in cruce finiendae a reliquis discernitur et aperte tamquam talis, cui sit prae ceteris Dominus sequendus, designatur (v. 18—22). Ergo de individua dignitate agitur.

Prob, min. (ex n. 156) per partes singulas: a. Metaphorica agnorum et ovium Christi appellatione depinguntur certe ii, qui fidem Christi profitentur et per hoc sequuntur Christum; unde etiam Christus ipse tamquam pastor exhibetur et fidelium Christi coetus tamquam grex seu ovile. Ita legimus v. g. de Christo venturo *Is* 40, 10. 11: „Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, foetas ipse portabit[4*]. Et Christus praesens de se ipso coram judaeis attestatur *Jo* 10, 11. 14—16. 26—28: „Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis : . Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et cognoscunt me meae . . et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo,

quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient et fiet unum ovile, et unus pastor . . Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me: et ego vitam aeternam do eisc. Tum monet s. Paulus *Act* 20, 28—30: „Attendite vobis et universo gregi *(ποιμϋψ),* in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere *(ποιμαίνω)* ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se". Similiter apostolorum princeps *l Pet* 5, 2—4: ^Pascite qui in vobis est gregem Dei . . forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronanr.

Itaque a grege Christi pro sensu verbi ovis generali excluduntur quidem ii. qui Dominum pastorem non agnoscunt, i. e., infideles, non vero per se ii, qui deficiendo ab ovis ratione vel perfecta vel constanti non sunt justi vel non sunt praedestinati, proindeque alibi *(Mat* 25, 32. 33) velut haedi ovibus strictius dictis opponuntur. Sane aliter evaderet ovile Domini invisibile, unde a Petro, apostolis, episcopis illud pasci jam non posset.

Porro cum a Christo sine ulla restrictione agni nominentur atque oves, exprimuntur homines cuncti, qui sacramento quidem fidei suscepto fidem Christianam profitentur. Idque verum manet, sive agni et ovesindiscriminatim accipiuntur (cf. il/iz/10,16 cum *Lue* 10, 3), sive differentia aliqua admittitur. Ex qua opinione altera alii plerique nomine agnorum vident designatos simplices fideles, nomine ovium, ut quae sint agnorum matres, eos, qui respectu superiorum vel ipsius Christi ita sunt pascendae oves, ut sub illis simul inferiores pascant; alii agnos quidem et oviculas intellegant imperfectiores, oves vero perfectiores cf. *Gal* 4, 19; *Heb* 5, 12—14); alii praeter discrimen primo memoratum, pro vulgatae lectione, vocabulo agnorum uno bis prolato populum judaicum et gentilem indicari dixerint. Verum idem elucet etiam evidentius ex addito constanter pronomine possessivo *meos, meas.* Etenim vi pronominis istius Petro pascendi committuntur omnes, ad quos pronomen hoc extenditur, i. e., quicumque agni Christi sunt vel oves, quicumque a Christo

Domino pascuntur, solo ex natura rei excepto Petro ipso. Atqui nulli prorsus sunt Christi fideles, sive spectantur singuli sive simul juncti, qui non sint agni seu oves Christi, quive a Christo non pascantur. Ergo pariter pascendi Petro commendantur fideles Christi omnes, sive seorsum sive collective sumpti, h. e., ovile Christi integrum, ecclesia universa, apostolis ipsis comprehensis.

h. Verbo graeco *ποιμαίνει** verbum /friazeir, licet per se vel usitata loquendi ratione ad suppeditandum cibum pertinens eandem significationis amplitudinem non habeat, loco tamen nostro ob identitatem subjecti et objecti synonymum censendum est. Significat autem illud *pascere,* si de personis ipsis metaphorice pro ovibus rationalibus certis et simpliciter dicatur, idem atque regere cum imperio vel jurisdictionis potestate. 161

Quod ostenditur usu loquendi tum sacro tum profano. In scripturis quidem verbo *pascere* (graece *ποιμαίνει*, hebraice "›'7) exprimitur actus potestatis regiae. Ita fit *Jer* 23,1. 2: „Vae pastoribus, qui disperdunt et dilacerant gregem pascuae meae, dicit Dominus. Ideo haec dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, et ejecistis eos, et non visitastis eos: ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus4*; 2 *Reg* 7, 7; / *Par* 17, 6. Speciatim dicitur populum pascere rex David a tribubus Israel 2 *Reg* 5, 2: „Sed et heri et nudiustertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras educens et reducens Israel: dixit autem Dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel, et tu eris dux super Israel·*; *l Par* 11, 2; *Ps* 77, 70—72; pastor dicitur etiam Cyrus *Is* 44, 28 (hebr. et in lat. vulg.). Immo suprema ipsius Domini potestas, in textu saltem hebraico vel graeco, ut potestas pastoralis repraesentatur *Ps* 2, 9: .Reges eos (Bjrip, *ποιμανεΊ αντον)* in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos**; *Mai* 2, 6: „Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat (ή/ονηδΓο , οσπ *ποιμανεϊ)* populum meum Israel** col. *Midi Ô,* 2. 4: „ex te mihi egredietur, qui sit dominator fig *άρχοντα)* in Israel . . Et stabit, et pascet in fortitudine Domini**; *Heb* 13, 20: „Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti aeterni, Dominum nostrum Jesum Christum . *l Pet* 2, 25;

„Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem, et episcopum animarum vestrarum^; *Is* 40, 10. 11; *Ez* 34, 23. 24; *jo* 10, 1—16. 26-28; *l Peib,* 4; *Apoc* 12,5; 19,15. Cf. *Act* 20, 28; *l Pet* 5, 2; *Apoc* 2, 27.

Usus profanus ex ipso *Homero* manifestus est, a quo principes populi n-ontijéç Zftwp vocari solent. Quem alii auctores graeci imitantur.

Et merito quidem. Nam munia ejus, qui sensu proprio pastor est, aptum translationis fundamentum praebent. Ipsius enim est non solum pascua seu cibum ovibus procurare, idque vi muneris sui, sed etiam ducere oves et reducere, in unitate continere, indociles castigare, errantes ad ovile revocare, oves omnes a luporum impetu defendere; vide pastoris officium descriptum apud *'Jcr* 23; *Ez* 34; *Zach* 13, 7; *Jo* 10. Atqui his ad oves rationales applicatis clarissime depingitur potestas jurisdictionis, legifera utique, judiciaria, coactiva. Ceterum simul patet, quo pacto per metaphoram eandem rei pastoralis praeter potestatem regiminis pressius acceptam aliud quoque munus designari possit, atque etiam, si de Christi ovibus agatur, re vera designetur; istae enim non legibus actionum solis strictissime intellectis, sed et doctrinae salutaris et sacramentorum pabulo pascendae seu nutriendae sunt (cf. *Luc* 12,42). Hinc verbo *pascere* etiam universa Dei erga dilectos suos providentia exprimitur <7«7z 48, 15: ..Benedixitque Jacob filiis Joseph, et ait: Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei Abraham, et Isaac, Deus qui pascit (graece *τοίχων}* me ab adolescentia mea usque in praesentem diem . *Ps* 22, 1.2; 27, 9; 79, 2; *Is* 40, 11; *Mich* 5, 4; 7, 14; *Zach* 11, 9.

Ergo potestas jurisdictionis verbo *pascere,* metaphorice et simpliciter prolato, si non significatur sola, certe comprehenditur.

162 c. Haec autem ipsa potestas jurisdictionis in textu nostro nequaquam qualiscumque, sed, sub Christo quidem et prae Christo pastore magno ovium suarum ministerialis, suprema pro ecclesia designatur.

Et primum suprema sane est potestas, quae protenditur ad Domini oxile totum vel ad ecclesiam universam, etiam simul sumptam. Atqui talis jam monstrata est potestas, de qua loquimur.

Tum verba Christi praemium edicunt proprium pro actu Petri proprio, praemium supereminens pro Petri erga Dominum amore supereminente. Atqui praemium Petri proprium et supereminens non potuit esse jurisdictio communis reliquis apostolis, et quidem eo minus, quod illa ante collegio toti proindeque etiam Petro jam collata erat 20, 21). Ergo superest, ut praemium Petri intellegatur jurisdictio eximia, suprema, primatus ipse jurisdictionis.

Quae conclusio et inde confirmatur, quod verba Salvatoris specialem benevolentiam spirare sentiuntur, quod ter sollemnitate summa repetuntur, quod, priusquam enuntiantur, ad actum aliquem virtutis praeclariorem eliciendum Petrus invitatur. Sicut nimirum Dominus in Petro confessionem, directe quidem, fidei excitavit, ut hic se congrue disponeret ad dignitatem excellentem sibi promittendam *(Mat* 16), ita Christus voluit, ut Petrus affirmatione, directe quidem, caritatis congrue se pararet ad eandem dignitatem, quamvis sub imagine alia, sibi committendam. Atqui ista cuncta aliter se habent, cum omnibus apostolis consideratis in commune dona quaepiam a Christo conferuntur.

3. Xeque secus sentiunt de Joannis loco Patres vel scrip- 163
tores antiqui Christiani. Ita quidem *Origenes* (in ep. ad Rom l. 5. n. 10; *M* 14, 1053): „Petro cum summa rerum de pascendis ovibus traderetur, et super ipsum velut super terram fundaretur ecclesia, nullius alterius ab eo virtutis confessio, nisi caritatis exigitur— *Aphraates* autem primum docet dem. 7. n. 15; ed. Parisot 1, 335): „Simoni discipulorum principi, cum negando dixisset: Nunquam me Christus vidit; atque anathematizasset et jurasset: ‚Quia nescio hominem' Mare 14, 71; Mat 26, 74), subiit paenitentia, magnamque vim lacrimarum profudit; et suscepit eum Dominus, posuit eum in fundamentum, vocavitque eum Petram, ecclesiae aedificationem".

Deinde vero monet (dem. 10. n. 4; 1, 451 ss): „O pastores! Pastori illi industrio, totius gregis principi, similes efficiamini, qui tantam de grege suo curam habuit. Amotos reduxit, coegit errantes, visitavit infirmos, debiles confortavit, confractos sanavit, et pingues servavit; animam suam pro ovibus tradidit, et praelatos inclitos elegit et instituit, quibus oves commisit, eosque universo gregi praefecit. Ait enim Simoni Petro:

‚Pasce mihi oves meas, et agnos, et agnasf.w — Concinit *Ephracm syrus* (de' Abraham Kidunaia hymn. 5, n. 13; ed. Lamy 3, 784): nZelo imitatus es Simonem, cui Dominus commisit gregem suum, oves, agnos et oviculas; amor tuus agnos pascebat, castimonii tua agnasu. Denuo autem legimus sancti ejusdem ista ied. Lamy 1, LXXV): „Elegit Dominus noster Simonem Petrum et constituit eum principem apostolorum, fundamentum ecclesiae sanctae, et protectorem firmitatis ejus. Constituit eum caput apostolorum et praecepit ei ut pasceret gregem suum eumque edoceret leges ad custodiendam sententiarum puritatem.u — *Ambrosius,* lectionem nactus, ubi distinguuntur agni, oviculae, oves, egregie sic loquitur (in Luc 1.10. n. 175. 176; **J/** 15, 1848): „Non est igitur dubium credidisse Petrum, et credidisse quia dilexit, dilexisse quia credidit. Unde et contristatur, quia et tertio interrogatur: ‚Amas me?' Is enim interrogatur, de quo dubitatur: sed Dominus non dubitat, qui interrogat, non ut disceret, sed ut doceret quem elevandus in coelum amoris sui nobis velut vicarium relinquebat . . Bene conscius sui non ad tempus assumptum, sed iamdudum Deo cognitum Petrus testificatur affectum. Quis est enim alius, qui de se hoc facile profiteri possit? Et ideo quia solus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur; major enim omnibus caritas . . Denique tertio Dominus non jam ‚Diligis me?‘ sed ‚Amas me?' interrogavit, et jam non agnos, ut primo, quodam lacte vescendos (pascendos?), nec oviculas, ut secundo, sed oves pascere jubetur, perfectiores ut perfectior gubernaret.u

Similiter *Chrysostomus*(de sacerdotio l. 2. n. 1.2; J-/48,631 ss): pChristus . . apostolorum coryphaeum sic alloquitur ‚Petre', inquit, ‚amas me?‘ id illo confitente, adjungit ‚Si amas me, pasce oves meas'. Interrogat discipulum Magister, num diligatur ab eo, non ut ediscat: quomodo enim ediscat cum omnium corda norit? sed ut nos doceret, quantum cordi sibi esset hujusmodi gregis praefectura . . Quantum ipse ecclesiam diligeret suam, et Petrum et nos omnes edoceri voluit, ut magnam et nos hac in re sollicitudinem exhiberemus. Cur enim Deu-Filio suo unigenito non pepercit, sed quem unicum habebat tradidit (Jo 3, 16)? Ut eos qui inimico erga se animo essent sibi reconciliaret, et peculiarem sibi populum faceret. Cur

sanguinem effudit? Ut has emeret oves, quas Petro et successoribus ejus tradidit . . Etiamne igitur nunc nobiscum contendes quasi te male in fraudem injecerimus, cum omnibus Dei bonis praeficiendus sis, illa agens, quae agenti Petro potentiam indidit, ceterisque apostolis longe anteposuit. Nam .Petre', inquit, ‚amas me plus his? Pasce oves meas*. Atqui poterat sic eum alloqui: Si amas me, jejunia exerce, humi cuba, vigilias cole, injuria affectis patrocinare, esto pupillis quasi pater, et matri eorum quasi maritus. Nunc vero his praetermissis omnibus, quid ait? ‚Pasce oves meas'. Illa enim quae supra dixi ex subditis multi facile praestare possint, non viri solum, sed etiam mulieres; at cum de ecclesiae praefectura deque concredenda tot animarum cura agitur, recedat a magnitudine tanti negotii totus femininus sexus, imo etiam urorum pars maxima; agantur in medium qui magno intervallo ceteris omnibus antecellunt, et qui secundum animi virtutem ceteris tanto sublimiores sunt, quanto universa hebraeorum gente Saul secundum corporis proceritatem (1 Reg 10, 23), imo et longe majori spatio." Et iterum (hom. 88. al. 87. in Jo n. 1; J/59, 478 ss): „Cur aliis praetermissis, de his hunc (Petrum Christus) alloquitur? Eximius erat inter apostolos, os discipulorum, et coetus illius caput (κορ^ρ)): ideo Paulus prae aliis hunc visurus venit. Simul ostendens ei, oportere deinceps fidere, quasi abolita negatione, fratrum ei praefecturam (r/)v *açiMtaoiav τωv ἀδό.ηωv)* committit; neque negationem commemorat vel exprobrat. Dicit autem : Si amas me, fratrum praefecturam suscipe, et ferventem illum amorem, quem semper exhibuisti, et de quo exsultabas, nunc ostende, animamque illam, quam te pro me daturum esse dicebas, da pro ovibus meis . . Ter interrogat, et ter eadem imperat, ut ostendat, quanti faciat ovium curam, et hoc maximum esse amoris erga se argumentum . . ‚Ait: Sequere me'. His ostendit curam et affectum magnum erga ipsum. Quod si quis dixerit: Cur ergo Jacobus Jerosolymorum thronum accepit? respondebo, Petrum non throni hujus, sed totius orbis doctorem a Christo statutum fuisse“. — *Augustinus* ita disputat (contra Faustum l. 22. c. 70; .1/ 42,445): „Quid ergo incongruum, si Petrus" usus gladio praeter Domini jussum ..post hoc peccatum factus est pastor ecclesiae, sicut Moyses post percussum aegyptium factus est

rector illius synagogae ?u — Et *Cyrillus alex,* (in Mat 16, 18; **J/**72, 423): nQuam (ecclesiam) etiam fundasse (#qtdUovi*) dicit, firmitate eidem attributa, quum sit ipse virtutum Dominus, atque huic Petrum pastorem praeposuit (i<ρσπ;σο').α — Ita et *Petrus Chrysologus* (serm. 6; **J/** 52, 202): „Oves suas (ipse Magister) Petro vice sua, ut pasceret, ad coelum remeaturus, commendat.*· — Et *Leo AL* (serm. 4. al. 3. c. 2 ; **J/** 54, 149.150): „De toto mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi, et omnibus apostolis, cunctisque ecclesiae Patribus praeponatur: ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus.u

Atque *Theodorus studita* (l. 1. ep. 33; **J/99,**1018): „Quandoquidem Petro magno Christus Deus post claves regni coelorum, pastoralis etiam principatus contulit dignitatem (το *τη itoiμνιαρ/ϊα αξίωμα),* ad Petrum utique, vel ejus successorem, quidquid in ecclesia catholica per eos innovatur qui aberrant a veritate, necesse est referri.“ — Vel *Oecumenius* (in Act 1,13—15; J/118, 55 : „Petrus qui negaverat, amaris lacrymis a negatione absolutus est, veluti ex hoc manifestum est, quod paulo post creditum sit ipsi rationale ovile (rd *λογν/.ον πϊϋτενεται ποίμνια?),*. Surgit Petrus, non Jacobus, et tanquam ferventior, et velut is cui discipulorum praesidentia commissa erat‘:. — Pariter *Theophylactus* (in Jo 21, 15 ss; **J/** 124, 877. 878): „Cum prandii finem ipse fecisset, totius orbis ovium praefecturam Petro committit: non autem alii, sed huic tradit, primum quidem quia omnes praecellebat, et totius coetus os erat; deinde ostendens ipsi, fiduciam esse sumendam, negatione velut deleta, et oblivioni tradita; et negationem quidem non profert, neque exprobrat, sed dicit: Si ‚diligis me‘, fratrum curam suscipito; et ferventem illam caritatem, quam erga me dicebas habere te, ita ut pro me mori paratus esses, nunc ostende. Ter autem eum interrogat, simul quidem declarans quantam credentium curam habeat, et quod usque adeo oves diligat ut dilectionis erga se hoc ponat indicium, si ovium curam suscipiat: simul etiam per trinam interrogationem et confessionem, trinae negationi medetur, et verbis corrigit quae per verba commissa fuerant peccata . . Commisit quidem Petro fidelium omnium praefecturam. Quamvis enim Jacobus sedem Hierosolymis

acceperit, sed Petrus totius terrarum orbis/·' — *Ansetonus* ita supplicat (or. 64; **J/** 158, 972. 973): „Sancte et benignissime Petre, fidelis pastor ovium Dei, princeps apostolorum, princeps tantorum principum . . Respice, benigne pastor, commissi tibi gregis ovem .. Pastor fidelis, converte oculos tuos ad eam, et recognosce tibi commissam. Si enim erravit, tamen Dominum et pastorem non negavit. Inspice in faciem ejus, et adverte signum Domini tui et ejus. Si sub tanto squalore non agnoscis faciem lotam et candidatam in fonte Christi, agnosce vocem confessionis sub nomine Christi, qui ter interrogans utrum eum amares, tibi ter confitenti dixit: ‚Pasce oves meas'. Certe amator est ovis, qui ante commendationem sic discutit amorem pastoris. En confiteris te amatorem ejus, et haec confitetur se ovem ejus. Cur ergo spernis ovem Christi, pastor ejus? Petre, pastor Christi, recollige ovem Christi.“ — Audiatur et *Bruno astensis* (in h. 1; ***M*** 165, 600) : „„Simon', inquit, .Joannis, diligis me plus his', qui tui amoris affectum erga me ostendis, plusquam hi? . . Prius agnos, deinde oves ei commisit, quia non solum pastorem, sed pastorum pastorem eum constituit. Pascit igitur Petrus agnos, pascit et oves; pascit filios, pascit et matres: regit et subditos, et praelatos. Omnium igitur pastor est, quia praeter agnos et oves, in ecclesia nihil est.“ — *Bernardus* (de consideratione ad Eugenium III l. 2. c. 8. n. 15: **J/**182, 751. 752): „Quis es? Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps episcoporum, tu haeres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii coeli ianitores, et gregum pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque prae ceteris nomen haereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem quaeris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico episcoporum, sed etiam apostolorum sic absolute et indiscrete totae commissae sunt oves? Si me amas, Petre, pasce oves meas'. Quas? illius vel illius populos civitatis, aut regionis, aut certi (al. certe) regni? ‚Oves meas', inquit. Cui non planum, non designasse

aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.ü

166 Pariter *Innoctntius IIL* ad patriarch, constantinop. 1.2. ep.209; J/214. 759): .Huic (Petro) Dominus oves suas pascendas vocabulo tertio repetito commisit, ut alienus a g'rege dominico censeatur qui eum etiam in successoribus suis noluerit habere pastorem. Non enim inter has et illas oves distinxit, sed simpliciter inquit: ‚Pasce oves meas', ut omnes omnino intelligantur ei esse commissae.“ — Item *doctor angelicus* (contra gent. l. 4. c. 76): nI)icitur: ‚Congreg'abuntur filii Juda, et filii Israel pariter, et ponent sibimet caput unum' (Os 1, 11); et Dominus dicit: ‚Fiet unum ovile et unus pastor' (Jo 10, 16). Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius ecclesiae sponsus, non sufficienter respondet. Manifestum est enim quod omnia ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficit; ipse enim est qui baptizat, ipse est qui peccata remittit, ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis et cujus virtute corpus ejus in altari quotidie consecratur; et tamen, quia corporaliter non cum omnibus fidelibus praesentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos praedicta fidelibus dispensaret, ut supra (c. 74) dictum est. Eadem igitur ratione, quia praesentiam corporalem erat ecclesiae subtracturus, oportuit ut alicui committeret qui loco sui universalis ecclesiae gereret curam. Hinc est quod Petro dixit ante ascensionem: ‚Pasce oves meas'.*' — Quibus etiam addere licet sententias Patrum non paucorum, quos supra nominavimus, nimirum *Epiphanii* (n. 69), *auctoris quaest. veteris et novi testamenti* (n. 147), *Nili* (n. 70), *Leonis M.* (n. 92. 147), *Gelasii* (n. 148), *Pelagii II* (ib.), *Gregorii M.* (n. 102), *Bedac* (n. 148), *Theodori studitae* (ib.).

167 Hinc tandem ex eodem evangelii testimonio, ceu ex doctrina manifesta, sicut ab ecclesia catholica semper intellecta sit, *concilium vaticanum* (s. IV. c. 1) gravissime declarat, uni Simoni Petro summi pastoris et rectoris jurisdictionem in ovile totum Domini collatam esse; ita nempe illud (Z> 1668): „Uni Simoni l etro contulit Jesus post suam resurrectionem summi pastoris et rectoris jurisdictionem in totum suum ovile dicens: Pasce agnos meos: pasce oves meas- (cf. superius n 59) _ Explicate nuper loquitur *Leo Xf/f (encycl. de unjtate ecc]eshe,.*

J'romissum exsolvitur, quo tempore Christus Dominus, post aoastasim suam, cum ter a Petro, num se diligeret plus quam ceteri, quaesisset, praecipientis in modum ei ‚Pasce', ait, ‚agnos meos. . pasce oves meas'. Nimirum quotquot essent in ovili suo futuri, omnes illi velut pastori committit . . Illa vero sunt pastoris officia et partes, gregi se praebere ducem, eumdemque sospitare salubritate pabulorum, prohibendo pericula, cavendo insidias, tutando a vi: brevi, regendo gubernando. Cum igitur Petrus est gregi Christianorum pastor impositus, potestatem accepit gubernandi omnes homines, quorum saluti Jesus Christus profuso sanguine prospexerat/4

4. Pro obiectionibus refellendis et haec teneantur: a. Verbo 168
/ifiï si adhortatio exprimitur, haec certe non est mera, sed qua donatio vera illius potestatis includatur, sine qua rem commendatam Petrus exsequi nequaquam posset.

I). Forsitan opponatur *Prov* 10, 21: „Labia justi erudiunt 169
t!Γ) plurimos", ubi scilicet pascere sit idem ac docere. At vero loco isto non persona, sed doctrina justi qualiscumque multos qualescumque affirmatur pascere. — Similiter *Ecct 12,* 11 indicatur, sapientium dictis contineri pabulum, quod ipsum tandem sit a Deo summo omnium pastore proindeque et doctore. — Porro qui putet, in illis *Jer* 3, 15: „Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina** designari voce *pascent* docendi munus solum, velit animadvertere, ibidem non simpliciter, sed cum addito *pascere* dici. Ceterum locutione „scientia et doctrina" hic non tam exprimitur materia pascendi quam norma divina (cf. *2 Par* 1, 10), secundum quam nuntiati duces pii populum gubernaturi sint (cf. *1 Reg* 13, 14; *h* 1, 26; 40, 11; *Ez* 34, 23); et utique in ecclesia primatus jurisdictionis a summa docendi potestate sejunctus esse nequit, Qt pridem indicavimus (n. 146).

C. Ex demonstratis falsa apparet obiectatio illa, verbis 170
Christi non nisi restitutionem dignitatis apostolicae amissae contineri. Et re vera prorsus gratis quispiam contenderit, Petrum ob suam Jesu negationem apostolatu destinato excidisse. Praeterea tum peccati remissionem tum *(Jo* 20, 21) ipsam potestatem apostolicam jam antea Petrus obtinuerat.

(I. Neque obstat, quod verba Domini a Patribus interdum 171
'À inferiores sub Petro vel ejus successoribus pastores, sensu

quidem neque litterali neque immediato neque pleno, extendantur; ubi significatio effati propria neutiquam excluditur, sed potius supponitur (cf. n. 124 dictum *Leonis M.).*

Ihesis \ I. *Praeterea· Simon Petrus sicut aliis indicib acceptis ab exordio ipso suae cum Christo consuetudinis ad dignitatem sublimiorem prae reliquis apostolis fuisse destinatus noscitur, ita post Domini ascensionem primatum jurisdictionis jam etiam gessisse eu ndemque, fidelium nullo refragante, pro opportunitate exercuisse ratione loquendi deShnouc Petro scriptoribus sacris usitata et factis rariis per hos consignatis, quantum est opus, comprobatur.*

Declaratio. Primatus s. Petri jam quidem plene est probatus. Sed posset fieri aliqua difficultas, si deficeret derectio quaedam specialis, qua pro suavi providentia ad consequendam tantam dignitatem Petrus a Domino videretur praeparari, et multo magis, si post Christi ascensionem Petrus minime appareret primas sive ex loquendi modo aliorum de ipso sive ex agendi modo proprio spectato. Hinc statuitur thesis nova, valens certe quantum prudenter postulari potest, ad primatum Petri, disjectis dubitationibus illis, in omnes partes illustrandum.

173 Demonstratio p. I. i. e.. Petrum, etiam seposito Mat 16 vel Luc 22, apparuisse pluribus indiciis a Domino ad dignitatem plane specialem in ecclesia obtinendam destinatum. Enimvero

1. Christus soli Simoni, filio Jona, cum primum ipsi obviam fuit, novum Petri nomen imponendum praenuntiavit (5^1,42), idemque nomen symbolicum uni prae ceteris apostolis Simoni re ipsa postmodum, in eligendis apostolis, imposuit (*Mare* 3,14—19. Ad haec Christus Petrum imprimis testem factorum insignium adhibuit, resuscitationis filiae Jairi (J/<z/r5, 37 ss; *Lue* 8, 51 ss), transfigurationis (JAz/ 17, 1 ss : *Mare* 9, 1 ss; *Lue* 9, 28 ss·. agoniae in horto iJ/zz/26, 37 ss: *Mare* 14. 33 ss), Petrum singulariter honoravit devertendo in urbe Capharnaum ad domum Petri i *Mat* 8, 14; *Marc* 1, 29 ss ; *Lue 4,* 38), docendo de navicula Petri *(Lue* 1—3), jubendo Petrum ambulare secum super aquam *Afui* 14, 29), Petrum solum compellavit praedicendo tore piscatorem hominum *{Luc* 5, 4—10), solum compellavit tristis ante passionem *(Afarc* 14, 37-, Petrum prae reliquis in

tributu persolvendo sibi associavit *(Λ/at* 17, 23 -26), Petri specialem curam egit praecipiens per angelum mulieribus .l/urt 16, Î: ^Dicite discipulis . . et Petro", apparens separatim Petro *(Lue* 24, 34; / *Cor* 15, o). itaque Petrus reliquis apostolis a Christo multipliciter et aperte antelatus invenitur.

Atqui specialis illa Christi erga Petrum oeconomia, etsi cogitationem a Mat 16 et Lue 22 modo abducamus, vix vel ne vix quidem explicari potest aliter, quam ex consilio Christi, augendi Petrum suo tempore dignitate prorsus speciali, qualis certe est praefectura omnium seu primatus ipse jurisdictionis.

2. Ex Patribus audias v. g. *Chrysostomum* dicentem (in 174
Mat hom. 58. al. 59. n. 1.2; J/58, 566. 568): „Quia . . Christus primogenitus erat, et inter discipulos primus videbatur esse Petrus, ad ipsum accedunt . . ‚Et da illis pro me et pro te', inquit (Jesus). Vidisti honoris excellentiam? Vide et Petri philosophiam. Nam Marcus, qui huius discipulus erat, hoc gestum non scripsit, quia hinc illi honor ingens accedebat: sed negationem eius scripsit, quae vero conspicuum illum reddebant tacuit, et fortasse vetante magistro ne magna de illo diceret.. Ut autem Christi potentiam cum stupore miratus es, mirare et discipuli fidem, qui in re tam inexspectata paruit . . Ideo in mercedem fidei, in solvendo tributo illum sibi Christus coniunxit. ‚In illa hora accesserunt ad Jesum discipuli dicentes: Quis maior est in regno coelorum?' (Mat 18, 1). Humanum quidpiam passi discipuli sunt: quod et evangelista significat dicens ‚In illa hora': quando plus quam ceteros omnes illum honoravit." — Similiter *Hieronymus* tributo eodem reddito pro Domino et pro Petro censet principatum Petri delineatum ita, ut inde reliquos apostolos aemulationis ansam sumpsisse opinetur; sic quidem ille (in Mat 18, 1; *Λ1* 26, 128): -Post inventum staterem, post tributa reddita, quid sibi vult apostolorum repentina interrogatio? ‚In illa hora accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno coelorum?' Quia viderant pro Petro et Domino idem tributum redditum, ex aequalitate pretii, arbitrati sunt Petrum omnibus apostolis esse praelatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus, ideo interrogant, quis major sit in regno coelorum." — Vide et doctrinam *auctoris quaest. vel. et nov. lut.* superius (n. 147) propositam. — Praeterea *Thcophylaetus*

(in Mare 16. 7; JZ124, 402): „Sed ite, dicite discipulis et Petro. Petrum ab aliis discipulis ut praecipuum segregat, ac ob excellentiam nominat illum prae aliis." — Varia complectitur ipse *Innocentius III* (ad patriarch, constantinop. 1. 2. ep. 209; J/ 214, 759 ss): rHujus (Petri) etiam primatum Veritas perse ipsam expressit, cum inquit ad eum: ‚Tu vocaberis Cephas4: quod etsi Petrus interpretetur, caput tamen exponitur, ut sicut caput inter cetera membra corporis, velut in quo viget plenitudo sensuum, obtinet principatum, sic et Petrus inter apostolos et successores ipsius inter universos ecclesiarum praelatos praerogativa praecellerent dignitatis, vocatis sic ceteris in partem sollicitudinis, ut nihil eis de potestatis plenitudine deperiretl) . . Iterum etiam ut se unicum Christi vicarium (Petrus) designaret, ad Dominum super aquas maris mirabiliter ambulantem et ipse super aquas maris mirabiliter ambulavit.. Et tunc Petrus agere coepit (munus confirmandi), quando quibusdam ex discipulis abeuntibus retro et ‚durus est hic sermo' (Jo 6, 61) dicentibus, cum dixisset Jesus ad duodecim ‚nunquid et vos vultis abire? solus ipse respondit pro ceteris: ‚Domine, verba vitae aeternae habes et ad quem ibimus(ib. 68. 69).. Cum per navim Petri ecclesia figuretur, tunc Petrus juxta praeceptum dominicum navim duxit in altum, laxans praedicationis retia in capturam, cum ibi posuit ecclesiae principatum ubi vigebat saecularis potentiae altitudo et imperialis monarchia residebat, cui fere singulae nationes, sicut flumina mari, tributa solvebant certis temporibus constituta."

Demonstratio p. II. videlicet Petri primatum agnosci ab auctoribus sacris per consuetum suum modum scribendi de Petro.

1. In quattuor catalogis apostolorum, qui sacris litteris continentur 10, 2 ss; *Mare* 3, 16 ss; *Luc* 6, 14 ss; *Act* 1, 13), primo loco semper nominatur Petrus, cum reliquos enumerandi ordo non sit constans, ne apud eundem quidem scriptorem sanctum Lucam. Atqui talis rei nequit ratio apta reddi nisi persuasio menti evangelistarum alte insita primatus alicuius

') videlicet voces Petri vel fundamenti ct capitis, metaphorice acceptae, in significandam idem recidunt, cum vim eandem pro ecclesia tamquam templo domo civitate habeat fundamentum. pro ecclesia tamquam corpore vel societate habet caput. Cf. supra (n. <1) dictum in *concilio ephesino.*

petro super ceteros tempore scriptionis, h. e., post Domini altem ascensionem, jam reapse convenientis; qui si fuerit jurisdictionis, ne nunc dicamus unicam, optimam certe habet idem modus recensendi explicationem.

2. Neque solum Petrus primo loco ponitur, sed diserte dicitur, eum esse primum *Mat* 10, 2: „Duodecim autem apo-jtolorum nomina sunt haec. Primus (zroerroc): Simon, qui dicitur Petrus." Porro primus Simon Petrus dicitur aut ex intentione numerandi aut ratione vocationis aut ratione potius aetatis aut ratione gratiae, qua ille apud Dominum gauderet, aut ratione denique praestantiae, qua ceteris tamquam caput antecelleret. Atqui non dicitur Petrus primus ex consilio numerandi; neque enim sequitur ordinale „secundus, tertius etc." Nec vocatur talis ob principatum vocationis, sive primae, ut patescit ex 'p 1, 40—42 referente diserte saltem Andreae apostoli ante-cessum, sive definitivae, id quod liquet ex *Mat λ*. 18—20, unde cum Petro simul Andreas est vocatus. Neque etiam aetatis ratione primus Petrus appellatur, quia aetate maiorem eum reliquis omnibus, v. g. Andrea fratre suo, exstitisse gratis affirmatur, neque hoc communiter conceditur; obstat quoque interpretationi illi ipsa enumerandi apostolos complures in variis catalogis varietas, et quod Joannes, facile ex natu mino-ribus vel minimus, quarto, tertio, quin et secundo loco ponitur. Nec ratione gratiae apud Dominum primus Petrus nuncupatur, aisi forte gratia intellegitur vel ipse primatus a Domino donatus vel gratia primatu cumulata (cf. *Jo* 21, 15); alioqui, pro prin-cipio enumerationis illiusmodi, Joannes, qui apparet Christi discipulus prae pluribus vel certe secundum quid prae omnibus dilectus *[Jo* 13, 23; 19, 26; 21, 7.20), non numeraretur etiam quartus. Restat proinde ratio capitis, ducis, primatis, principis, Petro post Domini discessum saltem indita. — Qualem rationem voce rtowrog exprimi, ex aliis quoque locis ipsius scripturae I sacrae confirmare licet, ut *Mat* 20, 25—28: „Jesus autem . . ait: Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, et qui majores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed 'picumque voluerit inter vos major fieri, sit vestei' minister, et qui voluerit inter vos primus (ζἰρώτο) esse, erit vester servus: sicut Filius hominis non venit ministrari, sed mini-strare? Eodem spectat *Mare* 6, 21; *Luo* 19, 47 igraece);

-k/ 13,50; 28,7: rIn locis autem illis erant praedia principis *(ιω αρι 'ηω)* insulae, nomine Publii.“ Cf. etiam *Λ/arc* 12,28.29 (cum *Mat* 22, 36); *Luc* 13, 30; 15, 22; 1 *Tim* 1, 15; ubi nomine .-roôrnç semper id effertur, quod est in suo genere praecipuum.

177 3. Accedit, quod evangelistae ipsi velut rationem, cur Simoni primus concedatur locus, subiciunt haec: „qui dicitur Petrus- (J/a/10, 2), nimposuit Simoni nomen, Petrus“ *(Λ/arc'6,*16), «quem cognominavit Petrum- *(Lue* 6, 14). Atqui nomen tale est potestatis summae vere aliquando traditae insigne.

178 4. Etiam alibi Petrus ante alios nominari solet. Huc pertinet *Mat* 4, 18: „Ambulans autem Jcsus juxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus-; *Mat* 17, 1: «Et post dies sex assumit Jesus Petrum et Jacobum, et Joannem fratrem ejus"; *Mat* 26, 37; .Mwl, 16; 5,37; 9, 1: 13, 3; 14, 33; *Lue* 8, 51; 9, 28; 22,8; *To* 21, 2; *Aci* 3, 1. 3. 4. — Vel Petro nominatim appellato ceteri locutione quadam generali adiunguntur et tamquam comitatus eius exhibentur. Ita *Marc* 1, 36: „Simon, et qui cum illo erant *(Σιμών /.ai ο\ μετ' αϊτοί)*“; *Marc* 16, 7; *Luc* 5, 8. 9; 9, 32: «Petrus vero, et qui cum illo erant (o dé *Πέτρο* zea *οι* oir «vnp)-; *Aci 2,* 14. 37: „Stans autem Petrus cum undecim (ο *Πέτρο οιν τοϊ* Γγ&ζ«) levavit vocem suam . . Et dixerunt ad Petrum et ad reliquos apostolos-'; *Act* 5, 29: „Respondens autem Petrus et apostoli dixerunt"; *1 Cor* 9, 5: „Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas?"; *1 Cor* 15, 5: Visus est Cephae, et post hoc undecim *τοϊ δώδεκα)."* Ximirum dicendi genus idem observatur, quo dux cum sociis induci solet et quo Christus ipse cum aliis proponitur *Mat* 9, 10. 19: „Multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum Jesu et discipulis ejus . . Et surgens Jesus, sequebatur . . et discipuli ejus“; *Mat* 26, 20; cf. v. 69; *Mare* 3, 14; 16, 10. Praeterea de illa formula loquendi cf. 2 *Reg* 2, 29—32; 3 Tte^ll, 1; *Mat* 12, 3. 4; *Marc* 2, 25. 26; *Luc* 6, 3. 4; *Act* 1, 14; *Phil* 4,3.

5. Rectum, quod ad quaestionem praesentem quidem attinet, vidit jam *Origenes* commentando (in Jo torn. 32. n. 5; *M* 14, 755 ss): „Quaeret aliquis cur tandem cum in numerandis apostolis primum locum obtineat Petrus — fortassis quia ceteris honorabilior (τάχα ôj τώ›·).οιπ(3›. **τψ,^η·),** quoniam etiam vere

omnium ultimus Judas ob malum affectum in ultimum locum projectus jacet —, cum Jesus incoepisset lavare pedes discidiorum, et abstergere linteo quo erat praecinctus, non a Petro incoeperit." — Ceterum paulo aliter eandem veritatem, quae nunc nos habet sollicitos, indicat *Augustinus* (in Jo tr. 56. n. 1; *.1/35,1787,* 1788): „Quamvis . . magnae fuisset audaciae contra dicere servum Domino, hominem Deo, tamen hoc Petrus facere maluit, quam perpeti ut sibi pedes lavarentur a Domino et Deo. Nec putare debemus hoc Petrum inter ceteros formidasse atque recusasse, cum id alii ante ipsum libenter vel aequanimiter sibi fieri permisissent. Facilius quippe sic accipiuntur ista verba evangelii, quia cum dictum esset ‚Coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat praecinctus', deinde subjunctum est ‚Venit ergo ad Simonem Petrum', quasi aliquibus jam lavisset, post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum? Sed non ita intelligendum est quod post aliquos ad illum venerit, sed quod ab illo coeperit. Quando ergo pedes discipulorum lavare coepit, venit ad eum a quo coepit, id est, ad Petrum." – · *grillo hieros.* (catech. 2. n. 19; **J/**33, 407) est „Petrus apostolorum summus et princeps *(o v.ορυφαιότατο v.cd πρωτοστάτη των mwuûmv).* — Sine cunctatione loquitur *Chrysostomus* (in Mat bom. 32. al. 33. n. 3; 3/57, 381): „Primus omnium (apostolorum) et coryphaeus est illiteratus et idiota." — A *vulgato Dionysio* ide divinis nominibus c. 3. §. 2; 3/ 3, 682) vocatur „Petrus suprema ista atque antiquissima summitas theologorum (?) ζορυ-

7.ai πρεοβυτάτη των θεολόγων άν.ρότηζ)!l — Cf. quae v. g. ex *concilio ephcsino, graecorum lituigia, Origene, Chrysostomo, Augustino* supra (n. 71. 80. 87. 113. 125. 112) sunt allata.

6. Nequiquam adversarii appellent a. ordinem diversum proferendi Petri adhibitum *Jo* 1, 44: „Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreae et Petri." At enim ibi ratio potius habetur vel dumtaxat hominis et civis, i. e., aetatis et relationis ad civitatem Bethsaidam, vel ordinis vocationis antea (v. 40 ss) narratae. — Ere *Ambrosiaster* (in 2 Cor 12, 11; *AI* 17, 332): „Si de tempore praescribendum putatur, ante coepit Joannes praedicare, quam Christus ; et non Christus Joannem, sed Joannes Christum baptizavit. Num ergo sic judicat Deus? Denique prior secutus est Andreas Salvatorem, quam Petrus: et tamen primatum non

accepit Andreas, sed Petrus.» — Et *Epiphanius* (adv. haeres.51, sive 31. n. 14.17; .1/41,914.922): „Post haec vocationis Petri atque Andreae initium describitur. Ad Christum enim Andreas adiit, unus ex ambobus qui eum secuti sunt, quique Joannis erant discipuli . . Petrus Andreae vocatus est opera . . Nec est quod ista scrupulosius exquirens dubitet quispiam, quod Andream primum occurrisse Jesu videat, deinde Petrum, qui per illum sit vocatus . . Etenim Andreas prior in Dominum incidit, quo Petrus erat aetate junior *(μιχροτέρον οντο τον Ιατρόν τώ* /ρώφ nç *ili/.iaC.* Postea vero, cum absoluta illa suscepta est omnium rerum abdicatio, initium est a Petro factum. Tunc enim et ipse fratri suo praeivit. Accedit quod Deus humanorum cor· dium nutus ac propensiones animadvertit, ac qui sit primo loco dignus *(τί τν πρώτοι αζιο τάττεο^αι)* intelligit. Quare Petrum discipulorum suorum principem fdo/zj/or *είναι)* elegit/' — Vel *innocentius III* (ad patriarch, constantinop. 1. 2. ep. 209; **J/** 214, 763): „Etsi secundum Joannem Andreas prius venerit ad fidem quam Petrus, praelatus est tamen Petrus Andreae, cum et in apostolorum catalogo semper primus quasi praecipuus praemittatur, non quod Petrus sit prior tempore, sed potior dignitate.»

181 b. Neque magis obstat *l Cor* 1, 12: „Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephae: ego autem Christi." Enimvero illic evidens gradatio apparet, qua s. Paulus, ex modestia se ponens in- fimum ministrorum, ad nobilissimum, i. e., ipsum unum Dominum, ascendit. Similiter judicato de *l Cor* 3. 22. 23; unde et intellegas *l Corfyt).* — Apposite *Chrysoslonius(\x* 1 Cor hom. 3. η. 1. 2; J/61,24): „„Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephael. Non praeferens se Petro, posuit illum ultimum; imo vero Petrum sibi valde praeponens, per amplificationem *(αΐξησιν)* loquutus est, ne putaretur hoc per invidiam facere, et prae livore ipsis honorem auferre.» Et iterum (in 1 Cor hom. 21. n. 2; **J/** 61, 172): Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circum- ducendi, sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas?' Vide sapientiam: coryphaeum *(τον '/.ορνηαϊην)* ultimum posuit; nam quod inter capita fortius est, tunc ponit, Neque enim ita mirandum erat, alios ostendere hoc facientes, ut primum *(τον 7tQdHootάτην)* et eum cui traditae sunt claves regni cae-

a lege scribendi de Petro, ct per exercitium suuin comprobatur.

lorum." — Simplicitate magna mentem suam aperit *Theodoïetus* (iniCor 1,12; **J**/82, 234): „lpse (Paulus) . . suum et Apollo nomen posuit, adjecitque etiam nomen principis apostolorum «F *των άηοοτόλων)*

c. *Gal'2,* 9 concedimus Cepham collocari medium ita: „Et 182
cum cognovissent gratiam, quae data est mihi, Jacobus, et Cephas et Joannes, qui videbantur columnae esse, dexteras dederunt mihi etBarnabae societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem'·'; quamquam et codices et scriptores veteres complures, ut jam *Tertullianus* (adv. Marcion. 1. 4. c. 3; 1. 5. c. 3; J/ 2, 364. 474) vel *Hieronymus* (in Gal. 2, 9 ; *M* 26, 335 ss), legebant Petrum primum. Verum per exceptionem talem minime resolvitur generalis illa lex loquendi, praesertim si eiusdem exceptionis ratio specialis redditur. Quae potuit esse auctoritas, qua Jacobus, frater Domini *{Gal* 1, 19) et Hierosolymorum episcopus, apud iudaizantes galatas valeret, vel quod Jacobus idem Paulo Hierosolyma profecto primus occurrisset, vel quod Paulus in epistula ad g'alatas aequalitatem in apostolatu inculcaret.

Demonstratio p. HI, in ecclesia primitiva dico Petrum, 183
omnibus reverentibus, tamquam ducem summum satis clare se praebuisse.

1. Post ascensionem Domini Petrus solus, scripturam sacram interpretatus, necessitatem novi pro Juda apostoli substituendi docet, et praefinit dotes eligendi, nullum relinquens obloquendi locum; ceteri vero omnes assentiunt et oboediunt •*Aci* 1, 15 ss). Similiter in concilio de legalibus congregato Petrus primus sententiam profert, i. e., definit quaestionem; sequuntur universi *(Aci* 15, 7 ss). Ipso die pentecostes Petrus unus prae reliquis et pro reliquis tacentibus primam contionem ad iudaeos habet, collegium apostolicum a criminatione ebrietatis sollicite defendit, Christum Dominum annuntiat, credentibus baptismo ministrato ecclesiae ianuam aperit *(Aci 2,* 14 ss). Item primitiae gentium per Petrum in ecclesiam recipiuntur; qui, prae ceteris apostolis divinitus instructus visione de gentibus iam admittendis, monente angelo prae omnibus a Cornelio accersitur, accersitus evangelium Cornelio cum suis praedicat, jsque tandem baptizari jubet *(Ac/* 10, 1 ss). Post claudi sanationem rursum solus Petrus, praesente quidem Joanne, ad fidem

Christi amplectendam judaeos adhortatur, et ubi interrogatur Petrus pariter ac Joannes, Petrus idem solus repletus Spiritu sancto ad ipsos principes populi atque seniores orationem habet et ministerium apostolicum tuetur, sicut nimirum caput non pro sese uno, sed etiam pro subditis dicere consuevit iJt7 3, 11 ss; 4, 5 ss). Praeterea potius quam reliqui Petrus partes judicis de Anania et Saphira agere conspicitur, Deo ipso judicium per miraculum comprobante *(Ad* 5, 1 ss). Petrus, quamvis praesente et Joanne, simoniam authentice proscribit, Simoni mago paenitentiam indicit, vel etiam excommunicatione ipsum punit Qh7 8, 18 ss; cf. canon, qui dicitur apostolicus, 30. al. 28. apud Hefele, Conciliengeschichte, Aufl. 2, Bd 1,809). Petrus etiam visitat ecclesias simpliciter universas (Æ7 9, 32; quocum loco cf. 15, 36). Quid multa? Actuum apostolorum capitibus duodecim prioribus, ubi ecclesiae universalis per apostolos omnes facta prima propagatio describitur, de Petro maxime agitur, Petri dicta vel gesta diligenter referuntur, miraculisque, quae Deus per apostolos patrabat, brevissime indicatis *'Ad* 5, 12) ad unum ipsum Petrum mox transitus instituitur.

Atqui hisce omnibus, praesertim simul sumptis, expressus sane aliqui primatus Petri intellegitur. Quem agnoverunt apostoli sponte sua cedentes Petro, agnovit s. Lucas in Actibus scribendis imprimis Petri rationem habens, agnovit ecclesia pro Petro capto orationem tam assiduam faciens *(Ad* 12, 5), qualem pro Jacobo factam minime quidem legimus (v. 2), agnovit populus ad Petrum potissimum concurrens; nec mirum, cum foveret Deus ipse communem persuasionem illustrando Petrum primum et praeclarioribus quam ceteros apostolos miraculis *(Ad* 3, 2 ss: 5, 16) proindeque ipsius Christi similem speciali ratione efficiendo (cf. cum 11. cc. *Jo* 5, 5 *ss; Mat* 15, 30; *Luc* 4, 40). Porro primatus honoris meri ad summam factorum illorum explicandam aegre sufficit; insuper primatus talis humilitati ex parte ecclesiae et maxime apostolorum requisitae (cf. *Mat* 18, 1 ss; 20, 25 ss) nec non consiliis Dei (cf. *1 Cor* 1, 27—29) parum respondens invenitur; certe si Petrus auctus exstitit primatu ipso jurisdictionis, aliter se gerere non potuit in adjunctis illis primis rerum ubi propter extraordinaria apostolorum dona usus omnium plane iurium primatus minus necessarius foret.

Ergo historia primae aetatis ecclesiae Christi tantum abest, ut dogmati primatus jurisdictionis adversetur, ut vehementer ei faveat, et, si. non prorsus certum illud ex se sola reddat, saltem aliunde (vide th. III. IV. V) certum splendide confirmet, atque jam monstratam supremam jurisdictionem Petri pro re et tempore in actu ipso secundo positam exhibeat.

Accommodate loquitur *CJirysostomus* tin Act horn. 3. η. 3; 184
J/60, 37): „Vide . ., centum viginti erant, et unum postulat Petrus) ab omni multitudine; et jure quidem. Primus auctoritatem habet in negotio, ut cui omnes commissi fuissent. Huic enim Christus dixerat: ‚Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos/“ Et iterum notat (ib. hom. 8. n. 1 ; *M* 60, 71): .Vide autem, quomodo Joannes ubique sileat, Petrus vero etiam pro illo rationem reddat.“ Et (ib. hom. 21. n. 2; ΛZ60, 165): .Quasi dux circuibat (Petrus), ordines considerans *(καϋάπεο τι Μοια /ο περίfοι τά τάξει επι άκοπων),* quae pars esset coadunata, quae ornata, quae sua praesentia eg‘eret. Vide illum ubique circumcursantem, et primum inventum. Ubi eligendus erat apostolus, hic primus fuit; cum dicendum erat iudaeis non esse ebrios apostolos, cum claudus sanandus fuit, quando concionandum erat, hic ante alios erat; quando agendum cum praefectis, quando cum Anania, cum ex umbra sanationes fierent. Ubi periculum est, hic adest, et ubi quaedam dispensanda sunt (z«t *Ivda οικονομία):* ubi vero tranquillae res sunt, in communi omnes ; adeo non appetit maiorem honorem. Rursum cum miracula edere oportebat, ille prosiliebat: et hic iterum ipse per se laborat, et iter agit." — *Thêodoreius* vero scribit (ep. 113. ad Leonem M. ; *M* 83, 1311 ss): „Si Paulus, praeco veritatis, tuba Spiritus sancti, ad magnum Petrum se contulit, ut iis, qui Antiochiae de legali conversatione ambigebant, explicationem ab illo referret, multo magis nos humiles et pusilli ad apostolicam sedem vestram accurrimus, ut ecclesiarum ulceribus remedium a vobis accipiamus. Vobis enim primas in omnibus tenere convenit/' — Ad haec resume verba *Oecumenii* supra (n. 165) posita.

Plura argumentationis nostrae elementa sic comprehendit 185
denuo *Innocentius III* (ad patriarch, constantinop. l. 2. ep. 209; .1/214. 760—762): „Post passionem suam Dominus Petro dixisse legitur: .Tu me sequere' (Jo 21, 22), quod utique non tam de

sequela perferendae passionis quam creditae dispensationis debet intelligi, cum et Andreas et quidam alii praeter Petrum sicut Dominus fuerint crucifixi; sed solum Petrum sustinuit sibi Dominus et in officio vicarium et in magisterio successorem. Unde post ascensionem Domini Petrus, velut successor ipsius, regere coepit ecclesiam, ad complendum duodenarium discipulorum numerum loco Judae praevaricatoris ex verbis Prophetae alium instituens et faciens subrogari, et recepto Paracleto, discipulos non musto repletos, sed Spiritus sancti gratia illustratos, ex verbis Joelis apertius comprobavit. Hic poenitentiam agere jussit, et baptizari credentes. Hic inter discipulos, curando claudum, primus fuit miraculum operatus; et in Ananiam et Saphiram uxorem ipsius, tanquam primus et praecipuus inter eos, quia mentiti fuerant Spiritui sancto, mortis sententiam promulgavit. Hic simoniacae pestis radicem contra primitivam ecclesiam pullulantem apostolica falce sue cidit, solus in Simonem magum sententiam damnationis promulgans, licet non ei soli sed omnibus communiter pecuniam obtulisset. Ipse praeterea, cum in eum mentis cecidisset excessus, vidit coelum apertum, et descendens vas quoddain. velut linteum magnum, quatuor initiis in terram de coelo submitti, quod omnia quadrupedia et serpentia terrae ac coeli volatilia continebat. Et cum facta esset vox dicens ad eum ‚Surge, Petre, macta, et manduca!' (Act 10, 13), respondit: ‚Absit, Domine, quia nunquam immunda et communia manducavi* (ib. 14). Et vox ad eum est facta secundo: ‚Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris* (ib. 15). Per quod innuitur manifeste quod Petrus praelatus fuerit populis universis, cum vas illud orbem, et universitas contentorum in eo universas significet tam judaeorum quam gentium nationes . . Ipse quidem primus judaeos, ipse quoque primus gentiles post ascensionem Christi convertit ad fidem, ut super utrosque fideles se primatum accepisse monstraret, cum ipso die Pentecostes ad verbum exhortationis ipsius circiter tria millia judaeorum baptismi receperint sacramentum, ac deinde Cornelium centurionem et suos quasi primitias gentium ad revelationem angelicam baptizarit. Cum autem inter apostolos ad consultationem credentium magna fieret conquisitio utrum oporteret circumcidi fideles et legem mosaicam observari, Petrus principali fretus auctoritate re-

spondit: ‚Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus?'(Act 15, 10). Cujus sententiam subsecutus, apostolicum super ipsa quaestione decretum Jacobus promulgavit . . Utautemquem Dominus ceteris praefecit privilegio dignitatis, prae ceteris quoque virtutis privilegio decoraret, tantam ei contulit potestatem, quod ad umbram ejus sanabantur infirmi, nt in eo intelligatur esse completum quod Dominus dixerat: ‚Qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet, et majora horum faciet' (Jo 14, 12)."

2, id ipsum Patres inde colligunt, quod s. Paulus venit 186
Jerosolymam videre *(ἱστορήσοι)* prae aliis apostolis s. Petrum *Gal* 1, 18). Ita v. g. *Marius Victorinus* (in h. 1.; *M* 8, 1155): „Post tres, inquit (Paulus), annos Hierosolymam veni. Deinde subiungit causam, ‚videre Petrum'. Etenim si in Petro fundamentum ecclesiae positum est, ut in evangelio dictum, cui revelata erant omnia Paulus scivit videre se debere Petrum, quasi eum, cui tanta auctoritas a Christo data esset, non ut ab eo aliquid disceret." — Pariter *Ambrosiaster* (in h. 1; .1/ 17, 344): „Dignum fuit ut cuperet videre Petrum, quia primus erat inter apostolos, cui delegaverat Salvator curam ecclesiarum, non utique ut aliquid ab eo disceret, quia jam ab auctore didicerat, a quo et ipse Petrus fuerat instructus, sed propter affectum apostolatus, et ut sciret Petrus hanc illi datam licentiam, quam et ipse acceperat." — Ita et *Chrysostomus* iin Gal 1, 18. 19; *M* (51, 631. 632): „Post tanta tamque praeclara gesta, cum nihil opus haberet Petro, nec illius egeret voce, sed honore" apostolatus scilicet „par esset illi — nihil enim hic dicam amplius — tamen ascendit velut (ω) ad majorem ac seniorem, solusque Petri conspectus commovit illum, ut eo proficisceretur. . Sicut . . nunc multi fratrum nostrorum ad viros sanctos proficiscuntur, eodem affectu tunc Paulus ad Petrum profectus est; quin potius erat hoc multo humilius, quod fecit Paulus. Xam isti nunc utilitatis suae gratia peregrinationem suscipiunt; at tum beatus ille non ut disceret aliquid ab illo, neque ut correctionem aliquam acciperet, profectus est, sed tantum ut videret eum, suaque praesentia honoraret. ‚Ut viderem', inquit, ‚Petrum ascendi'. Non dixit id est, ut cernerem Petrum, sed /στορξσα/., id est, ut viderem et cogno-

scerem, quomodo loqui solent, qui magnas ac splendidas urbes invisunt cognoscendi gratia; adeo judicabat operae pretium esse tantummodo videre virum . . ‚Et mansi apud illum diebus quindecim.· Itaque quod propter illum profectus sit, multum honorem declarat: quod autem ibi tot dies commoratus sit, amicitiam ac vehementissimam arguit caritatem. ‚Alium verum apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini*. Vide ut majorem benevolentiam habuit erga Petrum; hujus enim causa peregrinationem susceperat, et apud eundem commoratus est. Haec et dico frequenter, et vos memoria tenere volo, ut si qua audieritis quae adversus Petrum dixisse videatur, ne quis suspectum habeat Paulum apostolum. Siquidem hanc ob causam et ipse haec loquitur, praeveniens ut talem corrigat suspicionem, ut cum dicit .Restiti Petro* (Gal 2, 11), ne quis haec verba putet esse simultatis aut contentionis; nam et honorat virum et diligit plus omnibus. Nec enim ob ullum aliorum apostolorum narrat se ascendisse Jerosolymam, sed propter hunc solum.** Quibus adde sententiam ejusdem Patris superius (n. 164, ex hom. in Jo) relatam. — Vel *Hieronymus* lin h. 1; **J/** 26, 329): „Non ut oculos, genas, vultumque ejus aspiceret, utrum macilentus, an pinguis, adunco naso esset, an recto, et utrum frontem vestiret coma, an — ut Clemens in Periodis ejus refert — calvitiem haberet in capite. Nec puto apostolicae fuisse gravitatis, ut post tantam triennii praeparationem, aliquid humanum in Petro voluerit aspicere. Sed his oculis aspexit eum, quibus et modo in epistolis suis videtur. His oculis Paulus vidit Cepham, quibus nunc a prudentibus quibusque Paulus ipse conspicitur. Quod si cui non videtur, cum superiori sensu jungat haec omnia: quod nihil sibi apostoli contulerint. Xam et quod visus (al. jussus) sit ire Jerosolymam, ad hoc isse ut videret apostolum, non discendi studio, quia et ipse eumdem praedicationis haberet auctorem, sed honoris priori apostolo deferendi.** — *Theodoreius* (in h. 1; *M* 82, 467): „Cum humana doctrina non indigeret, ut qui ab universorum Deo eam acceperat, apostolorum principi convenientem honorem tribuit (r/p' 7rçf7toc(Jco' *άιτονέιιει τψ* zoovqoio r/πiρ). 1 ropterea enim ad eum venerat, non ut ab eo aliquid disceret, sed ut solummodo videret/* — Denique *Innocentius III* (ad patriarch, constantinop. 1. 2. ep. 209: *M* 214,’762): .Paulus

etiam postquam abiit in Arabiam et iterum rediit in Damascum, deinde post tres annos venit Jerosolymam, ut Petrum videret, cum eo evangelium quod in gentibus praedicaverat collaturus, ne forte in vacuum curreret aut etiam cucurrisset, cum etiam singularis apostolatus privilegium recognoscens, antonomastice scribit de illo: ‚Qui operatus est Petro in apostolatum, operatus est et mihi inter gentes' (Gal 2, 8)."

3. Conclusio eadem roboratur difficultatibus solutis, cujus- 187
modi promunt a. ex *Act* 8, 14 : „Cum autem audissent apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei miserunt ad eos Petrum et Joannem." At vero loco isto non auctoritatis missio proponitur; quae gratis affirmatur et potestati aliunde notae s. Petri etiam repugnat; verum potius agitur demissione aliqua puri consilii cum Petro initi, qua etiam superior mitti potest (cf. *Jos* 22, 13. 14; *Act* Iὀ, 2). Ceterum ideo prae aliis est missus Petrus, quod ut ecclesiae caput res efficacius componere vel absolvere ipse posset; cui quidem, sicut alias, adiunctus comes est Joannes.

1). *Act* 11, 2 ss rationem reddit Petrus modi sui cum gen- 188
tibus agendi non ex obligatione, sed ex caritate et prudentia, ad scandalum videlicet, quod pusillorum vocant, excludendum. Hoc vel ex eo liquet, quod ratio redditur non ipsis apostolis, sed aliis fidelibus „ex circumcisione", i. e., iudaizantibus, qui nondumpraeiudicia omnia deposuerant. — Audiatur *Chrysostomus* in Act hom. 24. η. 1 ; ***M***60, 185): „‚Disceptabant qui ex circumcisione‹, non apostoli. Quid est illud ‚Disceptabant* ? Non parum, inquit, offendebantur . . Vide autem, quam sit (Petrus) i fastu et vana gloria alienus . . Et vide, quomodo sese purget, nolens doctoris auctoritate (τὼ ror chdaozdZor *αξιώματι)* uti; sciebat enim se quanto modestius loquebatur, tanto magis illos capturum esse . . Et sic totum oeconomiae defensio erat." — Et *Gregorius M.* scribit (ad Theoctistam patriciam 1. 11. ep. 45: .1/77, 1159. 1160): „Vestra . . excellentia potest, protegente Domino, pravorum hominum scandala cum magna tranquillitate declinare. Priores enim eorum sponte vobis secreto vocandi sunt, atque ipsis ratio reddenda . . Certe etenim Petrus potestatem regni coelestis acceperat, ut quaeque in terra ligaret vel solveret, essent in coelo ligata vel soluta; super mare ambulavit, aegrotantes umbra curabat, peccantes verbo occi-

débat, mortuos oratione suscitabat. Et quia ex admonitione Spiritus ad Cornelium gentilem luerat ingressus, contra eum quaestio a fidelibus facta est cur ad gentiles intrasset, et comedisset cum eis, cur eos in baptismate recepisset. Et tamen idem apostolorum primus, tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus, querelae fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit. . Si enim cum a fidelibus culparetur, auctoritatem quam in-sancta ecclesia acceperat attendisset, respondere poterat ut pastorem suum oves quae ei commissae fuerant reprehendere non auderent. Sed si in querela fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placavit, atque in causa reprehensionis suae etiam testes exhibuit, dicens: ‚\renerunt autem mecum et sex fratres isti' Act 11, 12). Si ergo pastor ecclesiae, apostolorum princeps, signa et miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis suae rationem humiliter reddere, quanto magis nos peccatores, cum de re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus ?“

189 c. Opponunt locos tales, ubi s. Paulus, diligenter recensendo munera ecclesiae, de primatu, quem exercuerit Petrus, sileat, scilicet *l Cor* 12, 28: „Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum·', vel Λ//ζ 4, 11: „Et ipse Christus) dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores·'·'. Sed hinc contra primatum inferri nihil potest. Etenim argumentum illud mere, negativum est, quod testimoniis de primatu collatis positivis omnem vim amittit. Praeterea objectis locis propositum non est Paulo imaginem hierarchiae distinctam exhibere; nam simul cum aliis permixta enumerat charismata hierarchiae neutiquam propria, ut prophe tiam, virtutes, gratias curationum. Neque etiam vult s. Paulus omnia saltem dona gratis data recensere; nam loco quidem altero nonnulla non leguntur, quae priore loco indicantur; hoc autem priore ipso loco, si non episcopi, presbyteri certe et diaconi, alias a 1 aulo memorati, omittuntur; insuper ne omnes

<<

quidem gratiae paulo ante (*v.* 8-- 10) nominatae proferuntur; et verius intellegantur charismata dumtaxat extraordinaria et apostoli ipsi solum latius dicti (cf. *Act* 14, 4. 13; *Rom* Hi, 7; ultra et *Doctrin. duud. apost.* n. 11.15 ; **/1**, CLXIH ss. CLXXIII). Nimirum scopus ex contextu utriusque loci potius erat demonstrare, ecclesiam non esse aequalium societatem, sed esse ordinatam charismatum varietate in modum corporis organici, habentis tamquam caput unum Christum Dominum diversa omnia organa in sese copulantem ; atqui pro scopo tali satis erat diversitatem organorum per aliqua exempla declarare; immo in hac idearum serie haud opportunum exstitisset, praeter caput primarium vicarii quoque capitis mentionem facere explicitam. Ceterum cum primatus dici bene possit apostolatus ipse pascendi supremus atque independent, apostolorum voce, saltem *Eph* 4, 11, etiam primatus designari potuit, videlicet non minus, quam primatus idem profecto comprehenditur ratione simili loquendi ipsius concilii tridentini pronuntiantis (s. XXIII. cn. 6; 2)843): .Si quis dixerit, in ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris, et ministris, anathema sit/

(1. Obstare fortius videtur *Gal* 2, 11 : , Cum autem venisset 190
Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. 12. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant. 13. Et simulationi ejus consenserunt ceteri judaei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. 14. Sed cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem evangelii, dixi Cephae coram omnibus: Si tu, cum judaeus sis, gentiliter vivis, et non judaice: quomodo gentes cogis judaizare?“ Verumenimvero primum certe nihil inde sequitur contra s. Petri supremam jurisdictionem. Nam correctio, quae describitur, aut iudicialis dicitur fuisse aut fraterna. Atqui non fuit prior; quam ne protestantes quidem statuunt, quippe qui apostolos aequales, non Paulum Petri judicem, fuisse arbitrentur; correctio vero altera, non ex auctoritate, sed ex caritate manans, non a superiore solo erga inferiorem neque inter aequales solos, sed etiam ab inferiore erga superiorem interdum adhiberi potest; eademque Petro adhiberi potuit decentissime a Paulo, gentium apostolo. Neque

illud „in faciem" *('/.«ut .^oαω/vov)* vel „coram omnibus** auctoritatem potentiorem neque arrogantiam quandam indicat, sed simpliciter praesenti Petro (cf. Z./zr 2, 31; ./<7 3, 13; 25, 15; *2 Cor* 10, 1 7) et publice se opposuisse Paulum exprimit, ad remedium utique efficacius malo publico afferendum. Verba s. Pauli (v. 14) modestiam potius produnt, quoniam correctionem perficit Paulus interrogando, proinde quasi relinquendo censuram conversationis suae ipsi s. Petro, qui erat reprehensibilis (zare; *vucnilv(^)* vel jam reprehensus a gentibus offensis vel priorem propriam agendi rationem.

191 Sed nec magis quidquam contra infallibile Petri magisterium deduci illinc potest. Quod et protestantes ii oportet fateantur, qui omnes et singulos apostolos infallibilitatis dono fuisse exornatos censent. Et re vera Petrus nec diserte docuit fideles adhuc obligari ad legalia custodienda, revocando scilicet sententiam tum per occasionem baptismatis Cornelii a se indicatam i.h7 11, 1 ss) tum, ex serie eventuum admodum probabili, jam in concilio hierosolymitano, explicite pro ethnicochristianis, a se primo enuntiatam (. Λ7 15, 7-11 ; cf. *Gal* 2, 14), nec saltem vim illius obligationis, pro judaeochristianis quidem, voluit significare ipsa praxi sua, qua tunc a conviviis agapisve gentium conversarum se removit. Potuit quidem oeconomia Petri, apostoli imprimis circumcisionis (*Gal* 2, 8. 9), infirmitati judaeorum familiarium Jacobi se ad tempus accommodantis (cf. *Rom.* 14. 15; *J Cor* 8, 11 , ansam aliquam praebere falsae opinioni, sed neque ex ipsius Petri intentione, neque per se et necessario ad opinionem talem inducendam illa ordinata erat; unde quae notatur a Paulo simulatio *(τιϊό/.οιαι),* non nisi quadantenus materialis vel potius impropria pro eventu praeter exspectationem in adjunctis illis subsecuto, minime formalis nec proprie dicta fuit (cf. opportune *Aci* 16, 3; 21, 18 ss; *l Cor* 9, 20 ss).

192 Qualis igitur defectus fuit Petri ? Nimirum Petrus aliique sunt ideo reprehensi, quod non recte ambularent *(ori* orz ορὰο-*/codoivii';* ad veritatem evangelii, i e., peccarent non agendo ita, ut ex norma fidei in illis circumstantiis difficilibus expensis omnibus agendum plane esset. Quod peccatum non formale grave, verisimillime nec veniale fuit, quatenus legalia, quantumvis mortua, nondum tamen mortifera nec vetita exsistebant.

ideoque praxis Petri neutiquam fuit in se mala; insuper vero Petrus egit ex intentione bona scandali ab aliquot iudaeis conversis depellendi. At reapse ex hoc actu sequi potuit scandalum majus sive periculum iudaizantes in suo vel errore de aliqua adhuc per se necessitate vel utilitate operum legis ad salutem vel saltem in nimia sua observantia disciplinae patriae confirmandi et alios neophytos judaeos, quin etiam ethnicos, ad eam pertrahendi vel unitatem ecclesiae discindendi. l'nde tandem defectus Petri in imprudentia quadam vel in eo constitit, quod sero vel tardius quam Paulus exitum paulatim infelicem separationis suae animadvertit.

Hinc Patres factum illud primatu Petri salvo vel etiam sup- 193
posito explanant. Et alii quidem, qualis est *Clemens alex,* (apud Eusebium, hist. eccl. l. 1. c 12; **J/** 20, 118) et *Pseudo-Dorot'heus* in catalogo discipul. recepto in Chronicon paschale; **J/**92, 522), fuisse Cepham ipsum Petrum infitiantur; alii rem totam in speciem seu ex composito actam esse putant, ad iudaizantium errorem validius retundendum; sic sensit *Hieronymus* (in h. l; .1/26, 338 ss; ep. 112. ad Augustin, n. 4 ss; ***M*** 22, 917 ss), qui tamen Augustino contradicenti (ad Hieron. ep. 28. c. 3. n. 3 ss; .1/33, 112 ss; ep. 40. c. 3—5. n. 3 ss; *i\I* 33, 155 ss; ep. 82. c. 2—4. n. 4ss; ***M*** 33, 277 ss) tandem cessit (dial. adv. pelag. l. 1. n. 22; **J/** 23, 516; cf. ep. 180. Augustini ad Ocean, n. 5; .1/33, 779); alii, certe melius, immo solum congruenter sinceritati apostolicae et veritati scripturae, non quidem in doctrina, sed in actione quadam Petri capitis ecclesiae defectum aliquem agnoscunt ejusque vituperati humilitatem admirantur. Ita V. g. *Tertullianus* (de praescript. c. 23; A/ 2, 36): „Si reprehensus est Petrus, quod cum convixisset ethnicis, postea se a convictu eorum separabat personarum respectu, utique conversationis fuit vitium, non praedicationis." — Et *Cyprianus* (ep. 71. ad Quintum n. .3; A/ 4, 410): „Nec Petrus, quem primum Dominus elegit, et super quem aedificavit ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere et obtemperari a novellis et posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum· quod ecclesiae prius persecutor fuisset. **sed consilium veritatis admisit**, et rationi legitimae quam Paulus vindicabat facile consensit (Gal 2, 14),

documentum *scilicet nobis et concordiae et* patientiae *tribuens,* ut non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a *fratribus et collegis* nostris utiliter et salubriter suggeruntur, si sint vera et legitima, ipsa potius nostra ducamus." — Aliquanto aliter *Chrysostomus* (hom. in illud „in faciem ei restiti" n. 15. 17; **J/** 51, 384. 385): „Quod . . se in faciem restitisse illi dicit, ac pro magno illud habet, nihil aliud indicat, nisi se dignitatem minime reveritum esse personae: porro de altero quopiam si dixisset, se in faciem illi restitisse, nequaquam hoc pro magno habuisset. Praeterea si quispiam alius Petrus fuisset, non tantum valuisset ejus mutatio, ut ceteros etiam iudaeos attraheret. Xeque enim adhortatus est, neque consuluit: sed tantum subtrahebat et segregabat se: atque illa subtractio et segreg'atio ceteros omnes discipulos attrahere potuit propter personae dignitatem . . A Paulo se vehementer increpari et obiurgari curavit (Petrus), ut haec simulata increpatio iustam ipsi ad* versus illos (iudaeos) ansam et occasionem praeberet." Cf. et comm. in Gal; ***M*** 61, 639 ss. — Egregie scribit *Augustinus* ep. 82. ad Hieron. c. 2. n. 22; **J/** 33, 285. 286): **r**Ipse vero Petrus, quod a Paulo fiebat utiliter libertate caritatis, sanctae ac benignae pietate humilitatis accepit: atque ita rarius et sanctius exemplum posteris praebuit, quo non dedignarentur, sicubi forte recti tramitem reliquissent, etiam a posterioribus corrigi, quam Paulus, quo confidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda evangelica veritate, salva fraterna caritate resistere." Atque alibi (de baptismo 1. 2. c. 1. n. 2; *M* 43, 127): „Ecce ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus, apostolum Petrum in quo primatus apostolorum tam excellenti gratia praeeminet, aliter quam veritas postulabat de circumcisione agere solitum, a posteriore apostolo Paulo esse correctum . . Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Ouis enim nescit illum apostolatus principatum cuilibet episcopatui praeferendum?" Eodem spectat comm. in Gal; **J/**35, *2113.* 2114. — *Gregorius M.* vero loquitur (in Ez. 1. 2. hom. 6. n. 9; **J/** 76, 1002 s): „Seque etiam minori fratri ad consensum dedit 'Petrus), atque in eadem re factus est sectator minoris sui. ut etiam in hoc praeiret, quatenus qui primus erat in apostolatus culmine, esset primus et in humilitate."

Ex dictis iam et intellegitur, quo pacto argumentum in 194 adversarios retorqueri possit. Enimvero solum ex primatu Petri auctoritas tanta explicatur, ut exemplum merum praevaluerit doctrina etiam diserta Pauli atque traxerit in partes etri non modo ceteros iudaeos et vel ipsum Barnabam, socium Pauli indivulsum, sed coegerit (rrwg. . drof/zàL'é/g) gentiles quoque ad rem adeo difficilem, i. e., ad iudaizandum, Hinc et studium Pauli publicum consensum principis apostolorum sibi obtinendi Paulus autem inde liquet, immerito negari Cephan fuisse apostolum Petrum ipsum. Identitatem praeterea perspicies ex et ratio galatas judaizantes per eum redarguendi.

contextu, si cum v. 11. 14 contuleris 1, 18. 19; 2, 9, quibus locis omnibus legendum esse Cepham satis constat; cum enim 1,18.19 vel 2, 9 Cephas utique non alius sit ac Petrus, etiam v. 11.14 Cephas erit Petrus. Quod vero 2, 7. 8 reapse legitur ubique Petrus, nihil nisi hoc evincit, sine periculo intellegentiae praeposterae lectoribus scientibus personam unam eandemque per vices designari posse nomine aramaico et in graecum verso. His rationibus adjungitur communis sensus antiquitatis christianae. Et sensum quidem *Clementis romani* colligas ex ep. 1. ad Corinthios n. 47 (/*' 1, 121); edicunt idem *Irenaeus* (contra haer. 1. 3. c. 12. n. 15; **J/** 7, 910), *Origenes* (contra Celsum 1. 2. n. 1; **J/** 11, 795; cf. Hieronymi ep. 112. n. 4; .1/22, 917 s), *Tertullianus* (1. c. vel et adv. Marcion. 1. 5. c. 3; .1/2,474), *Cyprianus* aliique paulo ante (n. 193) appellati. — Recte denique *Hieronymus* (in comm ; *M* 26, 340. 341): „Sunt qui Cephan, cui hic in faciem Paulus restitisse se scribit, non putant apostolum Petrum, sed alium de septuaginta discipulis isto vocabulo nuncupatum . . Quibus primum respondendum, alterius nescio cujus Cephae nescire nos nomen, nisi ejus qui et in evangelio, et in aliis Pauli epistolis, et in hac quoque ipsa modo Cephas, modo Petrus, scribitur. Non quod aliud significet Petrus, aliud Cephas, sed quod quam nos latine et graece petram vocemus, hanc hebraei et syri propter linguae inter se viciniam, Cephan nuncupent. Deinde totum argumentum epistolae quod oblique de Petro, Jacobo, et Joanne dicitur, huic intelligentiae repugnare. Nec mirum esse si Lucas hanc rem tacuerit, cum et alia multa quae Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licentia praetermiserit; et non statim

esse contrarium, si quod alius ob causam dignum putavit relatu, alius inter cetera dereliquit. Denique primum episcopum antiochenae ecclesiae Petrum fuisse accepimus, et Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit. Ad extremum si propter Porphyrii blasphemiam, alius nobis fingendus est Cephas, ne Petrus putetur errasse, infinita de scripturis erunt radenda divinis, quae ille, quia non intelligit, criminatur.

195 Thesis λ IT. *Omnes et singuli apostoli [vi ipsa muneris apostolici saltem insigniti erant missione sacra a Domino sibi immediate facta, auctoritate eranyelii toto terrarum orbe praedicandi. potestate iurisdictionis ubique gentium peramplae exercendae, infallibilitate in docendo, non autem jam episcopali charactere. Quae quidem dona extraordinaria inveniuntur. Xihilominus primatum iurisdictionis vere et in ipsos coapostolos sire seorsum singulos sire in collegio omnes s. Petrus obtinebat.*

Declaratio. Hujus thesis est primatum Petri componere cum insolitis donis apostolorum. Apostolos hic presse et antonomastice accipimus, i. e., eos. qui in evangelio apostoli nominati ut legati Domini prae aliis praeparantur vel exhibentur *[Mat* 10, 1 ss; 28, 16 ss; *Mare* 3, 13 ss; 16, 14 ss; *Lue* 6, 12 ss; 8, 1; 9,1.2; *Jo* 13-17 col. *Mat* 26, 20; *Mare* 14, 17; *Lue* 22, 14) et qui, ut Matthias certe atque Paulus, iisdem sunt aequales, vel qui ab ecclesia honorantur ut apostoli ad dilatandam ecclesiam primitus statuti, ut apostoli primarii seu per excellentiam.

196 Porro apostolos saltem in collegio spectatos ab ipso Christo missos esse ad magisterium authenticum pro facienda fide absoluta ubique prorsus obeundum, jam haud dubie constat. Relege *Mat* 28, 16 ss: „Undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam in montem, ubi constituerat illis Jesus . . Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra: euntes ergo docete omnes gentes . . docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis: et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi/ Et *Mare* 16, 14 ss; ^Novissime recumbentibus illis undecim apparuit . . Et dixit eis; Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae. Oui credi-

derit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia ejicient . . super aegros maaus imponent et bene habebunt . . Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino coopérante et sermonem confirmante, sequentibus signis/ Ita et *Luc* 24, 46—49: „Et dixit eis (Jesus): Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine ejus poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.u Eodem pertinent verba illa Domini *Act* 1, 8: „Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae." Vide etiam *Act* 1, 21—26.

Item ex dictis intellegimus, apostolos certe simul sumptos a Domino ipso jurisdictionis facultatem veram ac peramplam habuisse eademque loco omni, quo placeret, usos esse in variis functionibus, ut in ecclesiis fundandis, episcopis praeficiendis, potestate legifera, judiciali, coactiva erga homines baptizatos adhibenda. Recole *'Jo* 20, 21 et *Mat* 18, 18 cum pluribus aliis scripturae atque Patrum testimoniis de apostolico magisterio et jurisdictione supra (n. 36. 38. 42—45. 47—50) recitatis.

Nunc autem ostendemus, apostolis etiam singulis quibuslibet a Domino directe facultatem datam esse tum ad fidem, infallibiliter quoque, ubivis proponendam tum ad jurisdictionem illam amplissimam exercendam, exceptis utique per indolem rerum causis sive ipsis mere apostolicis, quippe requirentibus aliquem apostolis singulis superiorem, sive hominum eorum, quorum curam pastoralem semel sibi susceptam alius apostolus pro se retinere vellet; neque enim homines iidem in iisdem rebus, saltem disciplinae, magistratibus pluribus inter se aequalibus subjecti esse possunt.

Praerogativas vero recensitas fuisse extraordinarias dicimus, 197
non prae apostolatu, sed cum vel in apostolatu, quod apostolatus eximius ille ipse ex donis talibus coalescens foret institutum extraordinarium, conditum videlicet pro adjunctis extraordinariis ecclesiae primo propagandae; unde dona eadem

singulis apostolis ut pure personalia collata essent ideoque singulis in episcopali quidem dignitate successoribus nequa quam transmittenda, verum cum apostolorum, ut sensu maxime proprio legatorum, decessu desitura. Quo profecto differunt a dotibus collegii totius vel et solius Petri, pastoris summi, quas ordinarias, personales simul et reales, duraturas exstitisse inferius probabimus.

Ceterum quam sint certa singula, quae per thesim affirmamus, in demonstratione ipsa indicabitur.

lys Demonstratio p. I. 1. Singulas praerogativas quattuor adseriptas omnibus et singulis apostolis ex ordine vindicamus.

Primum itaque asseritur missio sacra immediata, a. Per illud *'Jo* 20, 21 : „Sicut misit me Pater, et ego mitto vos“ ab ipso Domino reapse jam icf. v. 22. 23 cum *concilii tridentini* s. XIV. c. 1. de poenit; *D* 774) mittuntur, quicumque, secluso proditore, apostoli vel mittendi prius designati erant, aut solum simul omnes aut etiam directe singuli. Atqui non mittuntur solum simul omnes ; nam inter se vel ut mittenti Christo, principio adhuc unico unitatis, apostoli tunc missi opponuntur, collegium quoddam unum nondum exhibent; primatus enim Petro postea (70 21, 15 ss) impertitur; nec sane Dominus apostolos in coetum aristocraticum aliquem interim conjungit, post paulo dissolvendum. Ergo apostoli singuli omnes ante quidem designati missionem a Christo immediatam acceperunt; quo sane ipso apostoli primarii illi evaserunt.

b. Matthiae autem electio missioque tantum abest, ut obsistat, ut alterum inde depromatur argumentum. Et factum quidem his narratur *(Act* 1, 15 26): ..Exsurgens Petrus in medio fratrum dixit . .: Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum, qui connumeratu.' erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus . . Scriptum est enim in libro Psalmorum: . . episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptismate Joannis usque in diem, qua assumtus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos: Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus: et Matthiam. Et orantes dixerunt:

lu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus et apostolatus, de quo praevaricatus est Judas, ut abiret in locum suum, Et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim apostolis.44 Deus igitur invocatus ipse apparet eligens prae Barsaba Matthiam moderando sortes cf. *Prov* 16, 33) et collata potestate eum per se mittens; apostoli vero Deum orant et Matthiam, cum Barsaba quidem, simpliciter proponunt et indicatum sorte velut jam donatum divinitus missione sibi ilico annumerant et per hoc prorsus aliter atque alias, ut in constitutione diaconorum aliorumve sacrorum ministrorum *(Ac/* 6, 1—G; *TH* 1, 5), sese gerunt et apostolatum pressius quidem dictum a Domino solo dandum esse haud obscure exprimunt. Quare ergo, inquies, duos tantum statuerunt? Duos statuere apostoli ita potuerunt, ut Dei voluntatem adstrictam ad alterutrum neutiquam intellegerent; aut ideo statuerunt, quod dotes apostolo futuro necessarias *(Act* 1, 21. 22) per inspirationem noverant easque in duobus illis tantummodo invenerant; aut potius eo statuerunt, quod explorata erat voluntas Christi absoluta, ut duodecim apostoli, tamquam propatores et principes totidem populi foederis novi, forent ideoque pro Juda perdito proponeretur per apostolos alius (cf. 28; *Act* 1, 20), ab ipso Domino mittendus, ratione scilicet simili ac qua romanus Pontifex ab hominibus quidem designatur, sed rite jam electus summa potestate divinitus afficitur.

c. Nova luce idem collustratur ex modo vocationis et 200
missionis Pauli, apostoli sub vicario Christi Petro duodecimi. Nam dicendo ille se *Gal* 1, 1 apostolum „non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem il/fz ώ'Ρ *('i't/niôjroj)' ovôi ói' (a'doûrtov αλλά* ôta *Ίησον Χρίστον y.ai* **W** *ncaooç)u* omnem missionem tum mere humanam tum mediate solum divinam sibi negat et immediate divinam sibi vindicat. Unde etiam asseverat speciatim missionem praedicandi, sicut et doctrinam, a Deo ipso sibi datam esse; neque homines spectatos vel auctoritates ecclesiae Hierosolymitanae sibi quidquam, nempe doctrinam suam emendando vel complendo, contulisse, verum potius ab ipsis apostolis primariis, columnis ecclesiae conspicuis, apostolatum suum ut divinum esse simpliciter agnitum et ob eam causam se ut apostolum parem

societate receptum esse. Ita *Gal* 1, 1 1 ss: ..Notum enim vobis facio, fratres, evangelium, quod evangelizatum est a me, quh non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi . . Cum autem placuit ei. qui me segregavit ex utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret (uzroxwZrtf'ai) Filium suum in me. ut evangelizarem ércqyeZ/ζω/ια ι) illum in gentibus. continuo non acquievi carni et sanguini, neque veni Jerosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum." Et *Gal* 2, (i—V: „Mihi enim, qui videbantur esse aliquid (oi dtozorrreg), nihil contulerunt. Sed econtra, cum vidissent, quod creditum est mihi evangelium praeputii, sicut et (zo/h-k) Petro circumcisionis .qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes): et cum cognovissent gratiam, quae data est mihi, Jacobus, et Cephas et Joannes, qui ridebantur (bi (Jozormc) columnae esse, dexteras dederunt mihi et Barnabae societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem." Quibus consentanea est haec narratio Pauli *Act* 2(5, 15—20: -Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Sed exsurge. et sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum et testem eorum, quae vidisti, et eorum, quibus apparebo tibi, eripiens te de populo et gentibus, in quas nunc ego mitto te *(ει ι·γω αποστέλλω σε),* aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, et de potestate satanae ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, et sortem inter sanctos per fidem, quae est in me Unde, rex Agrippa, non fui incredulus caelesti visioni, sed his, qui sunt Damasci primum, et Jerosolymis, et in omnem regionem Judaeae, et gentibus annuntiabam, ut poenitentiam agerent, et converterentur ad Deum, digna poenitentiae opera facientes14. Legas etiam yk/ 22,21:/ *Cor* 1, 17 : cf. yk/9, 6.15.20ss: 22, 10. 14 ss: *Eph* 3, 1 ss.

d. Iraditionis sensum satis manifestum reddit *Clementis ramani* enarratio, quam superius (n. 48) protulimus. Cui adde dictum hoc *(lirysostomi* (in Jo hom. 86. al. 85. n. 3; ***M***59,470.471): n,Sicut misit me Pater, et ego mitto vos4. Nullam habebitis difficultatem, tum ob ea quae facta sunt, tum ob meam mit·

tentis auctoritatem. Quapropter hoc dicit, illorumque animum erigit, et magnam verbis fidem facit, si quidem velint opus ipsius suscipere. Neque ultra Patrem rogat, sed auctoritate sua virtutem illis indit.. ,Insufflavit4 enim, ,et dixit: Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur; et quorum retinueritis, retenta sunt/ Sicut enim rex praetectos mittens, potestatem dat ut in carcerem mittant, et ex carcere liberent: sic Christus illos mittens, hac potestate donat.u Accipe et illud (in Gal 1,1; ***M*** (il, 613. 614): „Qui ex judaeis crediderant . . profecti ad galatas docuerunt opus illis esse circumcisione, servanda sabbata et novilunia, nec tolerandum esse Paulum qui harum rerum tolleret observationes. Nam Petrus, Jacobus ac Joannes haec, ut ajebant, non prohibebant, cum essent inter apostolos primae dignitatis, et cum Christo fuissent versati. Ac revera non prohibebant; sed id faciebant, non quod ita faciendum esse decernerent, sed ut eorum qui ex judaeis crediderant,'imbecillitati morem gererent. At Paulus qui gentibus praedicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac attemperatione. Nam cum versaretur in Judaea, ad eumdem modum et ipse morem gessit judaeis. Verum impostores quidam non explicantes causas, ob quas tum hic, tum illi judaeis morem gererent, arte fallebant simpliciores, hujusmodi sermonibus: Xon est ferendus Paulus: nam hic heri àc nudiustertius exortus est; at Petrus et qui cum illo sunt, primi sunt apostolorum; hic quidem discipulus fuit apostolorum, illi vero Christi. Praeterea hic solus est, illi multi et ecclesiae columnae . . Proinde .. scribit epistolam . . et ad hoc ab ipsis protinus exordiis tendit, videlicet quod ii qui occultis cuniculis ipsius existimationem apud galatas subvertere conabantur, dicebant, alios esse discipulos ipsius Christi, hunc apostolorum dumtaxat fuisse discipulum. Et hanc ob causam sic orsus est: ,Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines4 . . Quoniam enim ipsius doctrinam despiciebant, dicentes illam ab hominibus profectam, cum Petri doctrina esset a Jesu Christo, in ipso statim ingressu refellit hoc, dicens se apostolum esse non ab hominibus neque per homines . . Nam Petrum quidem ac fratrem ejus et Joannem cum fratre suo, ambulans juxta mare vocarat; Paulum vero vocavit cum jam ascendisset in caelum. Et quemadmodum illi non habebant opus iterata vocatione, sed protinus relictis

retibus, ceterisque omnibus sequuti sunt eum: ita et hic pritna statini vocatione ad summum ascendit fastigium, sinu ac baptizatus est, bello cum judaeis irreconciliabili suscepta Atque hoc nomine potissimum ceteris apostolis antecellebat: ‚Abundantius' enim, inquit, .illis laboravi* (1 Cor 15,10). Verum nondum hoc aggreditur, sed sat habet ceteris aequiparari Itaque quod dicit .non ab hominibus·, omnium erat commune siquidem evangelii praedicatio originem ac radicem ducebat e caelis; sed quod addit .neque per homines*, apostolorum pr? prium erat; neque enim per homines vocarat eos, sed per « ipsum. Sed cur non meminit vocationis, dicens: Paulus vo- catus. non ab hominibus, sed apostolici muneris facit mentionem Quoniam in hoc totius sermonis cardo vertebatur. Dicebant enim ipsum ab apostolis, hominibus, suscepisse illam docend: provinciam, ideoque par esse, ut illos sequeretur." — Ita et *Cyrillus alex.* 1. 12. in Jo 20, 21; **J/** 74, 707 ss): ^Ordinavit quidem his verbis Dominus noster Jesus Christus orbis duces atque doctores, ac divinorum suorum mysteriorum dispensa- tores, quos etiam luminarium instar lucere jam et illustrare jubet non solam duntaxat iudaeorum regionem, ad modum praecepti legalis, quae a Dan adusque Bersabee pertinet, κ scriptum est *(2* Reg 3, 10). sed omnem potius quaecunque sub sole est, et universos per orbem homines ac terrae incolas Verax igitur est Paulus cum ait neminem sibi sumere honorem, sed qui vocatus sit a Deo (Heb 5, 4). Vocavit enim ad claris- simum apostolatum Dominus noster Jesus Christus prae alii' omnibus suos discipulos, totamque terram propemodum con- cussam ac labentem firmavit fulcris, ac sustentaculis eius con stitutis. Ideoque voce Psalmistae de terra et apostolis dictuc est: ‚Egb confirmavi columnas eius·' Ps 74. 4/. Columnae enim et firmamentum veritatis exstiterunt beati discipuli, quos utique se misisse ait sicut a Patre missus est, simul quidem aposto latus dignitatem ostendens, eisque traditae potestatis gloriar incomparabilem, simulque, ut videtur, apostolici instituti viam subindicans. Nam si suos ipse discipulos ita mittere debere putabat, sicut eum misit Pater, quomodo necesse non erat u' qui eorumdem imitatores futuri erant, viderent ad quid Pate: misit Eilium?“ ~ Eodem spectat commentarius *Amfiroswir:* (tn Gal I. : ‹ ss) et *Thcodortti* (in Rom 1,1) mox recitandos.

Similiter theologi plerique, *Pe.lavio* quidem frustra repugnante (de eccles. hierarchia l. 1. c. 5. n. 4. 5. 7, 8), missionem immediatam inter notas apostolatus essentiales collocant. Unde veritatem satis certam in ecclesia hanc putamus. Cui protestantes ipsi assentiuntur.

Secundo evincitur auctoritas latissime, patens praedicandi. 202
a. Omnes et singulos apostolos missos vidimus ab ipso Christo, utique ad aliquid; mittuntur scilicet ad exsequendum munus sacrum ideoque, pro fine suo vel consultis v. g. *Mat* 28, 18ss et *Marc* Hi, 15, imprimis ad docendum; mittuntur autem apud *Jo* 20, 21 indefinite. Atqui missio indefinita, nullo loco certo coartata, intellegitur per se ad regionem omnem impertita. Ergo potestas praedicandi omnibus et singulis apostolis divinitus concredita est ex se pro orbe toto, i. e., non ejusmodi, ut certis quique finibus se singuli continerent, ultra quos excurrere iisdem non liceret. Unde etiam neque s. Thomas, unus ex duodecim, cum verbis Domini relatis a Joanne haudquaquam adfuisset, neque s. Matthias edoctus uspiam legitur de loco particulari per Christi voluntatem ad praedicandum assignato. Ergo apostoli illi primi divinitus constituti sunt missione ad docendum, ubicumque mallent.

1). Nominatim de apostolo Paulo edicuntur in scripturis 203
ea, quibus potestas praedicandi, per apostolatum ipsum, inter gentes quasvis ei facta comprobatur. Pertinent huc loci plures in unum quidem collati, in quibus praeter recitatos supra (n. 200) illud est a Domino de Paulo dictum *Act* 9, 15: „Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus, et filiis Israel“; cf. v. 6. 20 ss. Accedit Ananiae verbum hoc ad Paulum *Act* 22, 14. 15: „Deus patrum nostrorum praeordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus, et videres Justum, et audires vocem ex ore ejus, quia eris testis illius ad omnes homines eorum, quae vidisti et audisti.“ Et aliud illud Domini *Act* 22, 18. 21: „Festina et exi velociter ex Jerusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me . . Vade, quoniam ego in nationes longe mittam te.u Ita et *Rom* 1, 1 ss: „Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in evangelium Dei . . de Filio suo . . per quem accepimus gratiam, et apostolatum ad obediendum fidei (fitg *{'itir/.orjv jiÎGTt(')çi)* in omnibus gentibus pro nomine ejus ,

Rom 1. 13—15. Adde *Rom* 11, 13. 14: „Vobis enim dico gentibus: Quamdiu (/-‹/▮‘ 3<;o›·) quidem ego sum gentium apostolus. ministerium meum honorificabo, si quomodo ad aemu· landum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis-; *Rom* 15, 15 ss; *Eph* 3, 1 — 10; *1 Tim* 2. 7; nimirum Paulus gentium apostolum se vocat, non ac si ad has solas missus sit, sed quod divina providentia dirigente in his convertendis, si non unice (cf. _4c7 9, 15. 19 ss; 13, 13 ss. 46 ; 26,19.20·, praecipue tamen sit versatus, sicut Petrus appellatur apostolus circumcisionis i *Gal* 2, 7. 8), quod ab initio non quidem solum (cf. *Act* 10, 1 ss; Iò. 7. 14; *Gal* 2. 11 ss), verum maximopere judaeis laborem apostolicum impendit. Videsis et *1 Cor* 1,17: 2 *Tim* 1, 11.

Atqui potestas certe apostolica in ceteris apostolis inferior quam in Paulo apostolo non erat. Hanc veritatem colligimus ex dictis ipsius s. Pauli ; nam etiam ubi data opera apostolatum proprium commendat, plus quidem exercitii potestatis seu laboris vel et fructus, neutiquam majorem potestatem, majora jura sibi tribuit, sed potius se aequiperat et reliquis apostolis primoribus et Petro ipsi; qui utique primatus potestate sola superaddita excellens in apostolatu par erat ceteris apostolis ante Paulum constitutis, etiam communi nomine munus idem indicante connumerari solitis, prius ut ol dudrza *{Mat* 10, 1. 2. 5 etc), dein, deficiente Juda, vel ex facto ut *oï trôt/.ct (Mat* 28,16; *Luc* 24,9.33; vel ex jure ut ot ιΐ'ώόεκα 20, 24); cf. et *Act* 1, 21 22. 25.26. Audi de se loquentem Paulum *1 Cor* 9, 1. 5: „Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino? . . Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas?·4 Et *1 Cor* 15,7—10: ‚Deinde visus est (Christus) Jacobo, deinde apostolis omnibus; novissime autem omnium tamquam abortivo, visus est et mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id, quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.“ Relege *Gal* 2, 6—9 (n. 200). Cf. / *Thes* 2, 7. – Neque unquam potestatem aliam apostolicam in alio apostolo ecclesia agnovit.

e. Sane Patres mutuo quidem se supplentes sicut apostolatu 205
ipso potestatem praedicandi contineri docent, ita differentiam nullam potestatis apostolicae formaliter ut talis memorant, verum ex contrario apostolos inter se vel etiam s. Petro pares exhibent proindeque potestatem, quae sit pariter ad mundum universum, in singulis apostolis extollunt. Resumatur quod posuimus *Clementis romani* (n. 48) vel *Cypriani* (n. 128) vel paulo ante (n. 201) *Chrysostomi* (in Gal 1, 1) et *Cyrilli alex.* testimonium. Ita et *Ambrosiaster* (in Gal 1, 1 ; *M* 17, 339): Apostolum se non ab hominibus electum, et missum ad praedicandum testatur, sicut erant quidam, qui electi ab apostolis mittebantur ad ecclesias roborandas; neque sicut alii, qui a judaeis· mittebantur ad disturbandas ecclesias, quos pseudoapostolos vocat: sed a Filio Dei missum se . . Per quod idoneum et firmum se praedicatorem significat, quia multo utique melior est, quem Deus elegit, quam quem homo." Et iterum in Gal 2, 7 ss; *M* 17, 349. 350): „Petrum solum nominat, et sibi comparat, quia primatum ipse acceperat ad fundandam ecclesiam; se quoque pari modo electum, ut primatum habeat in fundandis gentium ecclesiis: ita tamen, ut et Petrus gentibus praedicaret, si causa fuisset, et Paulus judaeis. Nam uterque invenitur utrumque fecisse; sed tamen plena auctoritas Petro in judaismi praedicatione data dignoscitur, et Pauli perfecta auctoritas in praedicatione gentium invenitur. Unde et magistrum se gentium vocat in fide et veritate (1 Tim 2,7); unusquisque enim pro viribus suis dispensationem sortitus est. Difficilius enim fuit eos qui longe a Deo erant, ad fidem suam attrahere et suadere, quam proximos . . Ab apostolis qui clariores inter ceteros erant, quos et firmitatis causa columnas appellat . . ab his itaque probatum dicit donum, quod accepit a Deo, ut dignus esset habere primatum in praedicatione gentium, sicut et habebat Petrus in praedicatione circumcisionis. Et sicut dat Petro socios, viros egregios inter apostolos, ita et sibi jungit Barnabam. qui divino judicio ei adjunctas est; gratiam tamen primatus sibi soli vindicat concessam a Deo, sicut et soli Petro concessa est inter apostolos (Act 13,2): ita ut apostoli circumcisionis dextras porrigerent apostolis gentium ad concordiam societatis demonstrandam. ut utrique scientes perfectionis spiritum in dispensatione

evangelii se a Domino consecutos, in nullo se invicem legere (al. manifesto rectius: egere) ostenderent. Hoc solum tamen inter se convenisse, ut quod non ex praecepto vel dono Domini fuerant instructi, quia facile erat hoc ex lege cognoscere, hos quibus praedicabant, pauperum memores esse juberent, ut misericordiam, per quam a Deo redempti sunt, colerent. Id-circo igitur haec, quae inter se et apostolos facta sunt, manifestat, ut sciant galatae quia quod ab eo acceperant, hoc verum est et probatum . . ‚In faciem', inquit, ‚illi restiti·' Quid est hoc, nisi in praesentia ei contradixi? Et qua causa subjunxit dicens: ‚Quia reprehensus erat'. Reprehensibilis utique ab evangelica veritate, cui hoc factum adversabatur. Nam quis eorum auderet Petro primo apostolo, cui claves regni coelorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suae sciens se non imparem, constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat . . Ideo in solum Petrum invehitur, ut in eo qui primus est, discerent ceteri."

206 Apud *Hieronymum* (adv. Jovinian. 1. 2. n. 19; *M* 23, 3141 Jovinianus pro errore suo, quo censebat in regno caelorum par omnium fore praemium, ita disputat: **r,**\'ado', inquit (Dominus), >et praeparabo vobis locum' (Jo 14, 2), non loca. Si haec repromissio proprie duodecim apostolorum est, ergo Paulus exclusus est de hoc loco, et electionis vas superfluus putabitur et indignus. Joannes et Jacobus, quia plus ceteris petierunt, non impetraverunt? (!) et tamen non est dignitas eorum imminuta, quia reliquis apostolis aequales fuerunt." Porro Hieronymus, quod ad quaestionem praesentem nostram de munere apostolico aequali attinet, contentus est responso, in apostolis esse posse meritum praemiumque inaequale: ita ipse 'ib. n. 23; *M* 23, 319): „Loquitur quidem de humilitate Paulus apostolus: ‚Ego sum novissimus apostolorum . .' (1 Cor Iȯ, 9. 10). Verumtamen in eo quod se humiliat, ostendit posse apostolos alios minores, alios esse majores, et qui utique vas electionis dicitur, et cunctis amplius laboravit, non est injustus Deus, ut obliviscatur operis ejus, et dispar meritum aequali mercede compenset." *rheodoretus* commentatur (in Rom 1, 1; **J/S2,** 47 ss): „Vocatum se appellat, supernam vocationem innuens. Et apostoli quoque nomen adjicit, se hoc etiam a Deo assecutum esse docens Quoniam enim Dominus duodecim illis hanc appellationem

imposuit, hanc etiam ponit divinus apostolus: quam non ipse arripuerat, sed ab ipso Domino acceperat. ‚Vade' enim, inquit ad ipsum, ‚quia ad gentes procul mittam te' *(εξαποστελώ σε.* Act 22, 21). Et hoc declarat per ea quae sequuntur: ‚Segregatus in evangelium Dei/ Non a me ipso, inquit, sum electus, sed ab ipso Deo praedicationis ministerium suscepi. Segregavit autem ipsum et Pater, et Filius, et Spiritus sanctus." Quod quidem ostendit Theodoretus ex Gral 1, 15. 16; Act 22, 17—21; 9,15; 13, 2. Postmodum vero interpretatur (v. 14. 15; *M* 82, 55): „Doctor omnium gentium constitutus sum. Quamobrem debeo omnibus doctrinae debitum, non solum graecis, sed etiam barbaris. Propterea enim et diversas nobis dedit linguas Spiritus sancti gratia, et convenit tum iis'qui de doctrina se efferunt, tum iis qui expertes sunt scientiae, debitum exsolvere . . Et quoniam non omnes evangelii praedicationem suscipiebant, merito adjecit: ‚Quod in me promptum est/ Meum est enim praedicare; audientium autem credere." — *Leo M.*, respiciendo Jo 20, 21, scribit (ep. 9. al. 11. c. 1; *M* 54, 626): „In hac (die resurrectionis dominicae) apostoli a Domino praedicandi omnibus gentibus evangelii tubam sumunt/' — Et *Gelasius I* (ep. 14; .1/59, 90 : „Aequum est ut qui alios libenter et competenter vultis habere subjectos, cedatis et ipsi antiquo more majoribus, ut confidenter imperare possitis minoribus vestris. Duodecim certe tuere apostoli, paribus meritis, parique dignitate suffulti. 'umque omnes aequaliter spirituali luce fulgerent, unum tamen principem esse ex illis voluit Christus . — *Victor carthag,* episcopus in epistula synodica ad Theodorum I missa et a Martino I in lateranensi concilio (secret. 2) commendata hunc in modum loquitur (J/ 80, 637; cf. 636): „Praedicationibus . . apostolicis et doctrinis dum verae fidei cultura universa repleta sit terra, per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superaedificatur orthodoxa Christi ecclesia, apostolica institutione fundata, et a fidelibus Patribus firmissime roborata. Ad quam omnes beatissimi apostoli, pari honoris et potestatis consortio praediti, populorum agmina convertentes, pie et sancte de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinae praedestinationis gratia praescitos, salutaribus praeceptis ac monitis perduxerunt." — Praeterea huc faciunt sententiae tradi-

tionis plures per thesis hujus demonstrationem proponendae. Quin facile consentit in praerogativa, de qua quaeritur, auribuenda singulis apostolis Christianum nomen universum, ne protestantibus quidem obnitentibus. Hanc igitur doctrinam appellare certam minime dubitamus.

Tertio ostenditur potestas amp/issimae jurisdictionis. a. Jurisdictio, utique pertinens ad munus apostolicum (cf. v.g. .!/<?/ 18,ls. eademque per se pacto declarato (n. 196) interminata pro locis, hominibus, functionibus, a Christo omnibus et singulis apostolis concessa colligi potest similiter ac potestas praedicandi ex *jo* 20, 21.

b. Capimus exemplum de s. Paulo, ut cui incubuerit ex 2 *Cor* 11, 28 „sollicitudo ômnium ecclesiarum", et scribere licuerit *Tit* 1, 5 ss: ..Hujus rei gratia reliqui te Cretae, ut ea. quae desunt, corrigas, et constituas per civitates (zfftc πολιΐ presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est . . Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem (o/zor*j/nr . . amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes . . quos oportet redargui., increpa illos icretenses) dure, ut sani sint in fide"; nimirum Titus a Paulo apostolo jubetur et ipse regere cretenses et per civitates constituere presbyteros, quorum nomine saltem etiam episcopi jurisdictionis verae comprehenduntur. Porro ut pro Creta, ita inter gentes omnes in ecclesiis fundandis et gubernandis apostolus se gerere poterat. Atqui jam monstravimus (n. 204 , ex unius apostoli cujuslibet auctoritate potestatem reliquorum legitime inferri.

209 c. Et re vera in ecclesia, regno veritatis, potestas docendi vinculo tam arto cum iurisdictione jungitur, ut eosdem existimandum sit per se potuisse ubicumque gentium assumere officium pastorum, qui possent et doctorum (cf. *Mat* 28, 18-20; *l'.ph* 4, 11). Quare etiam pergit s. Paulus curam omnimodam habere, sive ore sive per epistulas sive per discipulos, earum civitatum, quibus verbum Domini ipse prius praedicaverat (cf. *1*15,36.41 ; 16,4), in praeceptis imponendis / *Cor* H 9SS 34 in judiciis faciendis *it Cor* 3 ,,. ; 7,„„ , |(| 2(). in poenis infligendis (1 *Cor* 4. 21; 2 *Cor* IO r,ı

(I. Auctoritas apostolica finibus nullis circumscripta com· probatur testificatione traditionis. Ad rem scribit jam *[gnatius* *ad trallianos n. 3; /·' 1, 205): „Non in tantam mei existimationem deveni, ut quamvis condemnatus velut apostolus vobis praeciperem.·' Congruit illud (ad romanos n, 4; 1·' I, 219): ...Xon ut Petrus et Paulus vobis praecipio. Illi apostoli, ego condemnatus." — Item *Chrysostomus* loquitur (hom. 25. in ep. 2. ad Cor n. 2; **J/** fil, 571): ,,,Sollicitudo omnium ecclesiarum' (2Cor 11, 28). Istud omnium caput est, quod animus quoque ipsius (Pauli) distorquebatur, atque cogitatio distrahebatur . . Xam si quispiam unius tantum domus curam gerens, servosque et procuratores atque administratores habens, plerumque prae curarum mole ne respirare quidem potest, etiamsi nemo sit qui negotium ipsi facessat: cogita quidnam hic pertulerit, qui non unius domus, sed urbium et populorum et nationum atque adeo totius orbis curam gerebat." — Similiter *Hieronymus* (in Iit 1, 1; *M* 26, 557): „Ut enim judices saeculi huius quo nobiliores esse videantur, ex regibus quibus serviunt, et ex dignitate qua intumescunt, vocabula sortiuntur: ita et apostolus grandem inter Christianos sibi vindicans dignitatem, apostolum al. apostolorum) se Christi titulo praenotavit, ut ex ipsa lecturos nominis auctoritate terreret: indicans omnes qui in Christo crederent. debere sibi esse subiectos." Et (in v. 5; *M* 26, 561): ‚Apostolicae dignitatis est ecclesiae-iacere fundamentum, quod nemo potest ponere, nisi architectus. ‚Fundamentum autem non est aliud praeter Christum Jesum' (1 Cor 3, 11). Qui inferiores artifices sunt, hi possunt aedes super fundamenta construere. Paulus itaque ut sapiens architectus, et hoc omni labore contendens, ne in praeparatis gloriaretur, sed ubi necdum Christus fuerat annuntiatus, postquam dura Cretensium ad fidem Christi corda mollierat, et tam sermone quam signis edomuerat, et edocuerat eos non vernaculum Jovem, sed in Deum Patrem et in Christum credere, reliquit Titum discipulum Cretae, ut rudimenta nascentis ecclesiae confirmaret, et si quid videbatur deesse, corrigeret, ipse pergens ad alias nationes, ut rursum in eis Christi jaceret fundamentum. Quod autem ait: ‚ut ea quae deerant, corrigeres', ostendit necdum eos ad plenam venisse scientiam veritatis, et licet ab apostolo correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione." — Ad haec expendantur

alia etfata Patrum jam proposita, ut *(It mentis romani* (n. 48). *Cypriani* (n. 128), *Chrysostomi* in Jo (n. 201), *Cyrilli alex.* iib.)_ Unde etiam caput istud certum judicandum est.

211 *Quarto statuitur infallihilitas personalis in doctrina Christi proponenda,* a. Paulus apostolus, consentientibus reliquis apostolis (cf. *Gal* 2, Ii ss), et ipse auctor divinitus ad scribendum inspiratus cf. 2 *Pel* 3, 15. 16l, in epistulis suis attestatur, se ab ipso initio apostolatus sui non solum directe a Domino edoctum, sed ut apostolum sub influxu Dei speciali in evangelio prae dicando constanter constitutum, ita quidem, ut evangelium suum simpliciter proindeque totum fidenter appellant evangelium Christi, et tamquam in evang'elium Christi in omnia et singula expoposcerit vi muneris apostolici obsequium intellectus; quod postulavit non sub condicione, si et in quantum doctrina sua praedicationi apostolorum ceterorum consentanea foret, sed absolutum. Ad locos plures hic considerandos refertur *Gal* 1, 1. 2. 6—9. 11. 12: „Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis : et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiae . . Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud (é'réoor) evangelium; quod non est aliud («ZZo), nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere *(μεταστρέψαι)* evangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de caelo evangelizet vobis, praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit . . Notum enim vobis facio, fratres, evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi"; videsis sequentia. Et *Rom* 15, 15—19: „Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam vos reducens, propter gratiam, quae data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Jesu in gentibus: sanctificans evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis: in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti, ita ut ab

Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim evangelium Christi"; cf. *Rom* 1, 5. Quibus adde *1 Cor* 2, 10—13 ei illud per Zrmn/rtt ab apostolo pro doctrina sua dictum /O 7,40: „Puto autem, quod et ego Spiritum Dei habeam" Et 2 *Cor* 10, 1 6: „Ipse autem ego Paulus obsecro vos . . Rogo autem vos, ne praesens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur, nos tamquam j secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promtu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia." Insuper *2 Cor* 13, 3. 4. „An experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christus, qui in vobis (iï rnc7g) non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam, etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis." Praeterea legas *1 Thes 2,* 13; *2 Thes* 2, 12—14: „Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus et in fide veritatis, in qua («ı o) et vocavit vos per evangelium nostrum in acquisitionem gloriae Domini nostri Jesu Christi. Itaque, fratres, state et tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram"; *Tim* 1, 10—14; 2, 2; 3, 10. 14. Atqui ratio talis loquendi agendique supponit charisma infallibilitatis s. Paulo in apostolatu ipso impertitum. Ergo s. Paulus ut apostolus et consequenter reliqui apostoli, utpote aequales (ex n. 204), erant in evangelio praedicando infallibiles.

I». Quocum cohaeret, quod, ad exemplum ipsius Christi, i signa, prodigia, virtutes Spiritus sancti exhibentur velut confirmatio non huius vel illius tantummodo doctrinae, sed simpliciter missionis divinitus concessae ad docendum; videlicet ad evangelium incorruptum proponendum a Domino sancitur apostolatus ipse, isque non spectatus solum generatim, sed prout coetus apostolici vel uni membro inest ; quo pertinet 2 *Cor* 12, 12: Signa tamen apostolatus mei *(τον ὁηοστόλον)*

facta sunt super vos in omni patientia, in signis, et prodigife et virtutibus·*; videas et . *let* 19, S- 12; 15, 15 19; cf. *Mare* 16, 20. Atqui hoc est infallibilitatem apostoli cujusvis testificari.

213 C. Id ipsum haud obscure eo indicatur, quod *.l/w* 21, 14 doctrina apostolorum, nominatorum etiam singillatim, sistitur ut fidei ecclesiae, infallibilis quidem, fundamentum, certe non minus firmum seu infallibile tcf. n. 116).

(1. Praeterea negarit nemo, convenientissimum fuisse providere. ut prima praedicatio salutaris una ideoque pura, remota ab errore et a periculo erroris, ex ore singulorum apostolorum omnium, per orbem dispersorum, proveniret. Et utique charisma infallibilitatis cum universali docendi regendique potestate, saltem ordinaria, necti scitur.

215 e. Adjungimus suffragium traditionis. Audiatur *Irenaeus* dicens (1. 3. c. 1. n. 1. 2; **J/** 7, 844—846). „ on enim per alios dispositionem salutis nostrae cognovimus, quam per eos, per quos evangelium pervenit ad nos: quod quidem tunc praeconaverunt, postea vero per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum et columnam fidei nostrae futurum. Nec enim fas est dicere quoniam ante praedicaverunt, quam perfectam haberent agnitionem, sicut quidam audent dicere, gloriantes, emendatores se esse apostolorum. Postea enim quam surrexit Dominus noster a mortuis, et induti sunt supervenientis Spiritus sancti virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, et habuerunt perfectam agnitionem; exierunt in fines terrae, ea quae a Deo nobis bona sunt evangelizantes, et coelestem pacem hominibus annuntiantes, qui quidem et omnes pariter et singuli eorum habentes evangelium Dei . . Et omnes isti unum Deum factorem coeli et terrae, a lege et prophetis annuntiatum, et unum Christum Filium Dei tradiderunt nobis: quibus si quis non assentit, spernit quidem participes Domini, spernit autem et ipsum Christum Dominum, spernit vero et Patrem, et est a semetipso damnatus, resistens et repugnans saluti suae: quod faciunt omnes haeretici.“ Cf. c. 13: **J**/7,910ss.– Et *Tertullianus* (de praescript. c. 32: **J/** 2, 44. 45): **r**Ceterum, si quae (haereses) audent interserere se aetati apostolicae. ut ideo videantur ab apostolis traditae, quia sub apostolis fuerunt. possumus dicere: Edant ergo origines ecclesiarum suarum:

evolvant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus aliquem ex apostolis, vel apostolicis viris, qui tamen cum apostolis perseveraverit. habuerit auctorem et antecessorem. Hoc enim modo ecclesiae apostolicae census suos deferunt . . Confingant tale aliquid haeretici. Quid enim Post blasphemiam inlicitum est? Sed etsi confinxerint, nihil promovebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum apostolica comparata, ex diversitate et contrarietate sua pronuntiabit, neque apostoli alicuius auctoris esse, neque apostolici, quia sicut apostoli non diversa inter se docuissent, ita et apostolici non contraria apostolis edidissent nisi illi qui ab apostolis didicerunt (desciverunt et) aliter praedicaverunt." Cf. c 22. 23. 28; .1/2, 33 ss. 40. — Vel *Clcinens alex.* istrom. l. 7. c. 17; **J/** 9, 551): „Ceterum ecclesiae quoque eminentia, sicut principium constructionis, est ex unitate, omnia alia superans, et nihil habens sibi simile vel aequale . . Ex haeresibus autem aliae quidem appellantur ex nomine, ut quae appellatae sunt a Valentino et Marcione et Basilide. etiamsi glorientur se Matthiae opinionem adducere: fuit enim una omnium apostolorum sicut doctrina, ita etiam traditio.li

Ita et *Chrysos/omus* (in Mat horn. 1. n. 1; **J/** 57, 15): .Neque . . apostoli ex monte descenderunt tabulas manibus gestantes, .ut Moyses, sed Spiritum in mente circumferentes, ac thesaurum quemdam et fontem dogmatum et donorum bonorumque omnium effundentes, sic quoquoversus circuibant, ipsi quoque libri viventes atque leges per gratiam effecti: sic tria millia, sic quinque millia, sic universos orbis populos attraxerunt, iJeo per eorum linguam accedentes alloquente Act 2, 41: 4, 4). Quo duce etism Matthaeus Spiritu repletus haec scripsit." — Item *Hieronymus* (in Gal 1, 8; .1/26, 319): .Potest et hyperbolice dictum accipi, non quo aut apostolus, aut angelus aliter potuerint praedicare quam semel dixerant: sed etiamsi hoc posset fieri, ut et apostoli et angeli mutarentur, tamen non esse (al. esset ab eo quod semel acceptum fuerat, recedendum, maxime cum ipse apostolus in alio loco firmitatem fidei suae ostendat . . (Rorri. 8, 38 s; 9, 1). Haec quippe dicta non sunt ejus qui possit a Christi fide et dilectione aliquando discedere." — Et *Theodoretus* (in Gal 1, (i. 7; **J/** 82, 463·: -Ipse, inquit (Paulus), Pater qui legem dedit, vos vocavit ad

---

hoc evangelium. Cum hoc ergo reliquistis, et ad legem reversi estis, ab eo qui vocavit defecistis. Hoc autem relicto evangelic, aliud non invenietis. Non enim alia per nos, alia per alios apostolos praedicat Dominus: sed idem praedicamus omnes, quotquot sumus amatores veritatis. Qui autem contraria sen tiunt, nihil vobis divinum tradunt, sed divina conantur corrumpere.- — Sed et in *concilii generalis* Γ collatione VIII hanc sententiam lectam deprehendimus (// 3, 188. 189): „Licet . . sancti Spiritus gratia et circa singulos apostolos abundaret, ut non indigerent alieno consilio ad ea quae agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo quod movebatur, si oporteret gentes circumcidi, definire, priusquam communiter congregati divinarum scripturarum testimoniis unusquique sua dicta confirmaverunt/* — Idem apparet ex loco saepius laudato *Clementis romani* (n. 48), ratione habita praesertim textus graeci, ubi dicitur: *Παραγ'γελία oir λα/Μητε y.ai ττληροι/ορτ^ίηϊζ ôià τή όναστάσειο τον '/.νρϊοι hiâr hooi Χριστοί' y.ai ■ηιστωϋίνι^* ù- *(Ù Ι.όγνι ιοί i/εον,* /unt *πληροι/ηρία πι·είματο άγιον εζηλΰω (ο\ απόστολοί) εναγγελίΐόμει·οι.* — Quibus adde dicta superius recitata *Ainbrosiastri* (n. 205) et *Victoris carthag.* (n. 206). — Unde iam eodem spectare intellegimus etiam formulas illas, per se ambiguas, quibus doctrina apostolorum seu apostolica tamquam synonyma cum doctrina vera, revelata, ,Christiana, ecclesiastica exprimitur; quales formulae occurrunt apud *Ignatium* (ep. ad magnes, n. 13; /y 1, 201), *Irenaeum* (l. 4. c. 33. n. 8; **J/** 7, 1077), *Clementem alex,* (strom. l. 7. c. 16: .1/ 9, 531. 533), *Cyprianum* (ep. 74. ad Pompejum n. 2. 10; **J/**3, 1129 s. 1135s), *Augustinum* (de bapt. contra donat. 1.5. c. 26. n. 37; 3/43, 194), *CyrilIum alex,* (in Is 44, 23, l. 4. orat. 2; *M* 70, 939 ss). — Demum per communem sensum Christianum certitudo etiam hujus doni apostolici agnoscitur, Quin ipsi protestantes, saltem antiquiores, eidem veritati profitendae concinunt.

f. Neque adversatur *Gal 2,* 2: enimvero ibi indicat s. Paulus, se suum evangelium jussu Dei apostolis aliis exposuisse, non quasi ipse dubitaret de ejus veritate, sed ut sollemniter illi testarentur, Paulum, apostolum (hristi genuinum, neque laborare vane neque laborasse, et ut ita speciem omnem exteriorem noxiam adimerent dicteriis judaizantium, qui apud Christianos

ex gentibus conversos auctoritatem s. Pauli opposita ratione docendi vivendique apostolorum antiquiorum elidere studebant. — Ad hoc non obstat infallibilitati apostolicae in doctrina Christi praedicanda, quod apostoli se incertos monstrant temporis adventus futuri Christi judicis; quam rem non revelatam esse et ipsi pernoverant (cum JAz/ 24, 36 ss vel *Luc* 21, 34 ss cf. *1 Thés Ï),* 1 ss; 2 *Thes 2,* 1 ss). Neque significatur adventus proxime instans *Roni* 13, 11. 12, ubi, inspirante quidem Deo, fideles ad colendam caritatem excitantur ratione salutis omnium completae in dies certe vicinioris vel et per brevitatem temporis singulis hominibus ad merendum impertiti. Neque adventus talis imminens enuntiatur 2 *Cor* 1 ss, quamvis ejusdem desiderium ibi indicetur. Neque ille affirmatur *1 Thes* 4, 14 ss; quo loco apostolus residuis in adventum Domini se accenset sensu solum eo, quem communicativum vocant, collato quidem *1 Cor* 6, 14; 10, 11; *2 Cor* 4, 14; *2 Tim* 4, 6. — Pariter nil repugnat in rebus, quas ad evangelium non spectare ipsi audientes facile intellegerent, apostolorum sive ignorantia sive etiam error, ut quod ex apostoli vel asseveratione vel conjectatione milesii faciem Pauli non amplius visuri essent *{Aci* 20, 25 coi. v. 22 ss); cui opinioni eventus non respondit (ex 2 *Tim* 4, 20 coi. *Aci* 21,29).

2. Nec vi sua caret hoc generale argumentum: Apostoli, 218
de quibus agitur, sunt omnes et singuli apostoli, i. e., legati Christi seu missi, non communes, sed per excellentiam, proindeque singularibus praerogativis eminere debent (cf. *Mare* 3, 13. 14; *Luc* 6, 12. 13; *Aci* 1, 20—26). Atqui hae excogitari aliae nequeunt, nisi quod illimet missi sunt proxime ab ipso Christo et quod simul, solo primatu Petri salvo, praediti sunt sine exceptione facultate quavis, quae ad ecclesiam Christi administrandam quandocumque a divino Servatore communicata reperitur: qua potestatis amplitudine omnia dona superius apostolis asserta continentur.

3. Accedit, quod romanus Pontifex propter bomi talia sibi 21'J
obtingentia apostolicus, apostolorum heres vel successor, quod ita et potestas eius apostolatus, quod sedes eius apostolica, per excellentiam quidem et antonomastice, iam ab antiquo tempore nomi natur; vide de his vel affinibus dicendi modis v. g. *Tertullianum* de pudic. c. 21. col. 1 ; **J/** 2, 1024 coi. 980 s), *Damasum* (ep. 7. ad orientales; **J/** 13,370. 371), Patrum *concilii carthag.* ep. ad

Innocentium l (inter augustin. 175. al. 90. n. 2 4; .1/33,760.761) *fanocentii* ejusdem ep. ad concil. carthag. (inter augustin. 181. al. 91. n. 1 : .1/ 33 780) vel ad concil. milev. (inter augustin. 182. al. 93. n. 1. 2. 6; .1/ 33, 784. 78:),, *Baulinum* diaconum (adv. Coelestium n. 1 : .1/ 29. <11 715), . *lugustinuni* (contra duas ep. pelag. 1. 2 ·'. 4. n. :> 7; **J/** 44, 574 — 576), *Euscbium d-rylcorum* dib. appellationis ad Leonem: Zeitschrift fiir kath. Theol. Innsbruck 1883. 7. 1951. *Simplicium* papam (ep. 4. ad Zenonem vel Basiliscum; .1/58. 39. 40, *(iclasiitm /* (supra n. 148 . formulam *Hormtsdac D* 1411, ep. ad Joannem II *Afhalurici*regis .1/ 66 11 vel *'Justiniani l* imperatoris (**J/** 66, 14), *Bernatrdum* (supra n. 149. 165); et in ipsius *concilii chalcedonensis* act. 1 // 2, 67). licet adesset antistes antiochenus, alexandrinus, Hierosolymitanus. legatus Pontificis romani dicitur constanter et sine addito vicarius sedis apostolicae *{(fi).(êz τον CcioutokrMv iioovav. tor tineor lie i' ι ou i o) r/.i 4* Pontifex romanus vocatur nomine papae apostolici (ror *('reocio/.r/.nv hriowitni^* Atqui eo ipso dona consimilia apostoli cujuslibet fuisse suo modo indicantur. Quamquam inter successores Petri et singulos apostolos hoc quidem interest, quod illorum potestas est suprema et independens ideoque maior potestate simpliciter apostolica: neque tamen ipsi sic a Christo accipiunt immediate potestatem, ut cum apostolis a Christo etiam eligantur.

220 ScholiOîi. Diximus in thesi enuntianda, apostolos instructos exstitisse praerogativis saltem indicatis. Nimirum alia quoque dona ab ipso Deo cum munere apostolico apostoli^ concessa erant, sive dignitati apostolicae pariter essentialia sive superaddita pro apostolatu melius exercendo. Ita apostoli erant organa pro revelationibus etiam novis a Deo immediate accipiendis et primum promulgandis, quibus depositum fidei divinae et catholicae jam totum absolveretur. Quod donum colligitur ex dicto illo Christi ad apostolos 15, 26. 27: „Cum autem venerit Paraclitus. quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio tnecum estis4; et *7o* 16. 12—15: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. (um autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim

loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur, et quae ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia, quaecumque habet pater, mea sunt. Propterea dixi: Quia de ineo accipiet, et annuntiabit vobis"; et ex verbis Petri *Aci* 1, 21. *22:* „Oportet erjo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptismate Joannis usque in diem, quo assumtus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis" ; con gruit Ananiae hoc ad Paulum *Aci* 22, 14. 15: „Deus patrum nostrorum praeordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus, et videres Justum, et audires vocem ex ore ejus, quia eris testis illius ad omnes homines eorum, quae vidisti et audisti"; *Aci2b,* 16; *Gal* 1, 11. 12; *1 Jo* 1, 1 -3: „Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae contrectaverunt de verbo vitae, et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem, et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus, Jesu Christo." — Fodem spectant partira testimonia Patrum jam prolata (n. 215. 216. vel et 18G. 201. 205).

Deinde apostoli gaudebant cognitione a sancto Spiritu infusa ad proprium sensum dogmatum speciali perfectione assequendum. Donum istud alterum collatum percipitur ex eo, quod Jesus apostolos allocutus est *Jo* 14, 26: „Paraclitus autem, Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis"; *Jo* 15, 15; 16, 12 — *lei* I,8; adde *i ('or 2,* i)- 12; 7,40; *2 Cor 4,* ii: „Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Jesu"; 2 *Cor* 11, 6: „Nam et si imperitus sermone, sed non scientia, in omnibus autem manifestati sumus vobis"; *Gal* 1, 16; *Eph* 3, 3-5. — Huc referuntur etiam sententiae recitatae *Clenicniis roniani* (n. 48 coi. 216), *Irenaei* (n. 215), *Ambrosiasiri* (n. 205), *concilii Γ* n. 216). — Accedit illud *Tertulliani* (de praescripta c. 22; J/ 2, 34): „Locum interim demus diversae parti . . Solent dicere, non omnia apostolos scisse, eadem agitati dementia

qua susum jusum convertunt, omnia quidem apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse, in utroque Christum reprehensioni subjicientes, qui aut minus instructos, aut parum simplices apostolos miserit. Quis igitur integrae mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit, individuos habens in comitatu, in discipulatu, in convictu: quibus obscura quaeque seorsim disserebat, illis dicens datuin esse cognoscere arcana, quae populo intelligere non liceret? Latuit aliquid Petrum, aedificandae ecclesiae petram dictum, claves regni coelorum consecutum, et solvendi et alligandi in coelis et in terris potestatem? Latuit et Joannem aliquid, dilectissimum Domino, pectori ejus incubantem, cui soli Dominus judam traditorem praemonstravit, quem loco suo filium Mariae demandavit? Quid eos ignorasse voluit, quibus etiam gloriam suam exhibuit, et Moysen et Heliam, et insuper de coelo Patris vocem? non quasi ceteros reprobans, sed quoniam in tribus testibus stabit omne verbum (Mat 18, 16) . . Dixerat plane aliquando: ‚Multa habeo adhuc vobis loqui, sed non potestis modo ea sustinere* Jo 16, 12. 13): tamen adjiciens: ‚Cum venerit ille Spiritus veritatis, ipse vos deducet in omnem veritatem*, ostendit illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem consecuturos per Spiritum veritatis repromiserat; et utique implevit repromissum, probantibus Actis apostolorum descensum Spiritus sancti**. Videsis et c. 23. 27 (**J/** 2, 35 s. 39). — Agi de scientiae non sola amplitudine, sed ipsa profunditate, significat ita *Epiphanius* (adv. haeres. 66. sive 46. n. 61: A/ 42, 122): „Verba ‚Annuntiabit vobis omnia* (Jo 16, 13) ad coeleste donum illud quod erant adepturi, par est referri, quod nimirum habitaturus in ipsis esset Spiritus sanctus, quo iis aperte universa declararet, quae quidem capere in hac vita poterant/ — Insuper legas *Hieronymi* ep. 121. al. 151. ad Algasiam c. 10 **fj/** 22, 1029 vel *CyriIli alex.* 1. 4. or. 4. in Is 50, 4. 5 (d/ 70, 1090). **H**

222 lum, ut cohaerens cum immediata missione, apostoli obtinebant charisma miraculorum ad missionem suam etiam immediate comprobandam. Id constat ex *Mare* 16, 20: «Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino coopérante et sermonem confirmante, sequentibus signis**; *Act* 2. 43; 5 12: rPer manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia

multa in plebe"; *Act* 19, H. 12; AW 15, 18. 19; 2 *Cor* 12, 12; //(5 2,3.4. — Ad haec *Chrysostomus* (in 2 Cor hom. 27. n. 1; l .1/61,584): „,Signa tamen apostoli facta sunt in vobis'. Ne, inquit, hoc inspicias, an vilis et exigui pretii ego sim; verum an non iis, quae ab apostolo exspectanda erant, tibi frui contigerit . . Ne ergo, inquit, hoc expendas, quod nihil sim, sed illud spectes quod in iis, in quibus vos beneficio affici conveniebat, nullae meae partes desideratae sunt, verum apostolatus mei experimentum praebui . . Ac vide quid primum collocet, nimirum patientiam. Hoc enim apostoli specimen est, nempe omnia forti animo ferre. Istud porro breviter tenui vocabulo complexus est: contra miracula, ut quae non ipsius virtute ederentur, pluribus verbis expressit." Videas » etiam in 1 Cor hom. 6. n. 2 (**J/** 61, 49 ss). — Et *Theodorelus* ! (in 2 Cor 12, 12; **J/** 82, 451): „Ne ad me respicite, sed examinate gratiam. Vos enim apostolicae dignitatis testes fuistis, et spiritalis testimonii spectatores estis. Recte autem patientiam signis anteposuit, quia voluntatis recte facta multo sunt praestantiora." — Cf. et *Origenis* in Rom 1. 10. n. 12 **J/** 14, 1268 ss).

Praeterea linguarum dono apostoli ditati erant. Quod 223 quidem patet ex *Act* 2, 1 ss: „Et cum complerentur dies pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco . . Et apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis, seditque supra singulos eorum; et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et coeperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis'· etc. — In rem *Cyrillus alex,* (fragm. in Act 2, 3; *M* 74, 758): ..Cum igitur mystagogi terrestres omni lingua et omnibus populis evangelium salutare annuntiare vellent, linguarum donum acceperunt.“ — Recolantur opportune verba *Theodoreti* superius n. 206) proposita. — Adde *Bedae* in Act quaest. 2 (*'M*92, 1033).

Ad haec, ut vita ipsa doctrinae responderet, apostoli, 224 peccato saltem gravi propulsato, in gratia confirmati erant, ita certe, simul explanando vim ejusdem doni, loquitur *Macarius aegyptius* (hom. 17. n. 7. -8; **J/** 34, 627 ss): „Dico autem tibi, etiam apostolos, quibus erat Paracletus, non fuisse ex omni parte securos *(cau'onuOi)*; gaudio enim et exsultationi aderat timor et tremor, ab ipsa gratia, non ex parte vitiosa profectus: verum ipsa gratia tuebatur illos, ne vel minimum

quid diverterent (iχ/ρσ,πΓσο). Perinde eni.m ac si quis frustulum lapidis projecerit in murum, murum nullatenus offendit aut commovit, aut sicut telum projectum contra eum, qui fert clibanum, nullo modo laesit nec ferrum nec corpus . . ita licet | quid vitii ad apostolos appropinquaret, nequaquam tamen ipsos laedebat, quippe qui erant perfecta Christi virtute induti; illique cum essent perfecti, poterant libere operari justitiae opera. Quoniam igitur asserunt quidam, quod post acceptam gratiam nulla animae sollicitudo supersit, Deus quoque in perfectis requirit voluntatem animae in ministerium Spiritus, ut scilicet consentiant. Inquit enim apostolus: ‚Spiritum nolite exstinguere* | Thes 5, 19 /· — Idem hisce indicat *Cyrülus alex.* (l. 11. in Jo 17, 15 ss; .1/ 74, 531. 535. 539. 551): „„Χοη rogo', inquit 'Christus), .ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malol. Χon enim humanis rebus excedere, nec vita corporea Christus vult sanctos exsolvi, nondum suae missionis exacto cursu, nec adhuc virtutibus pietatis conspicuos, sed postquam vitam una cum mundanis egerint, eosque ad conversationem Deo placentem deduxerint, tunc cum praeclaris operibus in supernam ferri civitatem, et cum sanctorum angelorum versari choris . , Providens itaque Dominus eorum saluti qui nondum initiati erant, non absque luminaribus mundi homines ait esse relinquendos, sed sanctos servari rogat a perversitate mali semper immunes, et tentationum incursibus, cunctipotentis virtute Patris . . In nomine Patris servari oportere affirmans suos discipulos, in gloria et virtute deitatis liberari ex diaboli manu eos dicit qui propter Deum pericula subeunt. Cujusmodi etiam factum est in ipsis, tametsi reticetur, quod suis discipulis olim Christus revelans, dixit: ‚Simon, Simon' etc (Luc 22, 31. 32).. Misisse ait eos in mundum exemplo suae missionis . . Ad hoc autem semel ordinatos discipulos omnino sanctificandos ait a sancto Patre, qui sanctum videlicet in eis habitare facit Spiritum per I-ilium. Sane enim nunquam eo splendoris discipuli Servatoris | venissent, ut totius orbis luminaria fierent, nec tam gravibus diaboli et aliorum tentationibus restitissent, nisi Spiritus participatione mentem munitam habuissent ; et ad insolitum et quod hominem excedit mandatum per ipsum confirmati, atque ad puram divinarum litterarum sacrorumque ecclesiae dogmatum cognitionem per Spiritus illustrationem facile deducti fuissent |

Ad imitationem autem sui ordinatos esse dicens suos discipulos, et a se missos esse ut mundo annuntiarent evangelicam ac coelestem praedicationem, opus esse ait eos in veritate sanctificari, ut et missionis suae cursum praeclare et strenue possint peragere.- Accedunt supra posita testimonia *Hieronymi* (n. 216;, *Chrysostomi* (n. 222), *Theodoreii* (ib.). — Sine haesitatione ulla docet s. *Thomas* (in 3. dist. 12. q. 2. a. 1): „Ipse Christus tantam gloriae (gratiae?) plenitudinem habuit, ut etiam inquantum viator peccare non posset; unde etiam et illi qui proximi sibi fuerunt, confirmati sunt, ut apostoli etiam viatores existentes, mortaliter peccare non potuerint, quamvis potuerint peccare venialiter." Et alibi (de verit. q. 24. a. 9. Sed contra est 2. et ad 2): „Apostoli per adventum Spiritus sancti confirmati fuerunt in bono, ut videtur per hoc quod dicitur in Ps 74, 4: ‚Ego confirmavi columnas ejus'; quod Glossa (interlin.) de apostolis exponit . . Apostolos decuit (confirmatio in bono), quia erant quasi fundamentum et basis totius ecclesiastici aedificii; unde eos firmos esse oportuit." — Sententiam eandem saeculo XΛ'I fuisse pervulgatam, licet discere ex *Actis concilii tridentini* (ed. Theiner 1, 237. 243. 248 collatis cum 222). Videsis etiam *Suarez* de gratia l. 10. c. .6. n. 9. — Quodsi forte Paulo apostolo scribenti *1 Cor* 4, 4 vel 9, 27 ipsa revelatio divina de se confirmato censeatur nondum facta, id haudquaquam obstat; insuper conferri potest 2 *Tim* 4. 8; *Jo* 17, 6—19.

landem et hoc confirmationis donum et dona, quae enumeravimus, omnia suadet ratio congruentiae apostolis collata esse pro ecclesia primum inter gentes omnes prospere stabilienda, et facile persuadeat communis sensus Christianus.

Demonstratio p. LL h. e., apostolatu ipso non jam contineri 225
episcopalem characterem.

1. Eatenus liceret dicere, apostolos in munere apostolico a | Christo accepisse episcopalem characterem, quatenus apostoli sine charactere tali episcopos vel ceteros ministros sacros consecrare ideoque ecclesias integre fundare sane non valuissent. Atqui haec ratio evincit quidem, episcopalem characterem fuisse necessarium pro apostolatu plene seu, ut oportebat, exercendo proindeque apostolis fuisse opportune saltem per hominem confarendum. sed non ostendit, fuisse illum apostolatui essentialem |

ita, ut eo ipso, quod quis divinitus apostolus verus jam existeret. etiam charactere episcopali idem insignitus foret.

2. Et vero s Paulus, cum a Domino directe constitutus sit apostolus, non tamen est ab ipso baptizatus iex Λ<7 9, 18: 22,16· neque, ex rationis aequabilitate, ordinatus. Atqui ex hoc exemplo certum apparet illud, apostolatu non jam et characterem episcopatus comprehendi.

Corollarium. Unde existimandum est, per actionem distine tam a missione apostolica secundum essentiam saltem suam absoluta apostolis characterem episcopalem vel generatim ordinis datum esse.

Neque tamen plane firmum videtur esse argumentum, quod pro hac parte thesis repetitur ex .-L7 13, 1—3: „Erant autem in ecclesia, quae erat Antiochiae, prophetae et doctores, in quibus Barnabas, et Simon, qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis, et Manahen, qui erat Herodis tetrarchae collactaneus, et Saulus. Ministrantibus autem illis Domino et jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus, ad quod assumsi eos. Tunc jejunantes et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.u At enim cum multiplex impositio manus distinguatur, ea, quae dici potest curativa, caeremonialis. confirmativa, ordinativa, reconciliativa, deprecativa, haec tantum ultima seu precatio quaedam bona videatur forsitan loco illo significari. Et sane opus, ad quod segregandi erant et re ipsa mox dimissi sunt Barnabas et Saulus, erat praedicatio latius inter gentes extra /Yntiochiam suscipienda: nam continuo subditur v. 4: „Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam; et inde navigaverunt Cyprum" etc. Nec satis verisimile apparet, tunc demum Paulum episcopum ordinatum esse, ut qui pridem invisisset Petrum, apostolatus Paulo jam collati haud ignarum *{Act* 9, 26. 27; *Gal* 1. 18). Quid quod inter doctores, quales ordinassent Barnabam et Saulum. Barnabas et Saulus ipsi recensentur? — Ceterum ambigue quidem, ut de aliis taceam, loquitur, quem citant pro sententia adversaria. *Chrysostomus* (in Act hom. 27 n. 1. 2. coi. hom. 28. n. 1; il/ 60, 205. 206. 209); sed apertius eidem suffragatur *Leo M.* scribens (ad Dioscorum alex. ep. 9. al. 11. c. 1; *M* 54, 625.626): rQuod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri, ut non passim

diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati, ejus noctis quae in prima sabbati lucescit, exordia deligantur, in quibus his qui consecrandi sunt jejunis, et a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiae erit, si mane ipso dominico die, continuato sabbati jejunio, celebretur . . Nam praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum apostoli Paulum et Barnabam ex praecepto Spiritus sancti ad evangelium gentibus mitterent praedicandum, jejunantes et orantes imposuerunt eis manus: ut intelligamus quanta et dantium et accipientium devotione curandum sit, ne tantae benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pio et laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias quibus Dominus praeesse te voluit, etiam ipse servaveris: ut his qui consecrandi sunt numquam benedictio nisi in die resurrectionis dominicae tribuatur, cui a vespera sabbati initium constat ascribi, et quae tantis divinarum dispositionum mysteriis est consecrata . . ut coelesti quadam regula insinuatum et traditum noverimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in qua collata sunt omnia dona gratiarum.“ Porro et interpretes plerique juniores censent, Act 13, 1 ss de ordinatione sacramentali agi; cui explanationi etiam illud favet, quod impositioni manuum praemissa sunt jejunia et orationes, et quod in testamento novo impositio manuum omnis praeter eam, qua Jesus parvulis benedixit, aut ad miraculum patrandum aut ad consecrationem impertiendam adhibita conspicitur.

Multo autem minus quam character sacer est inspiratio ad scribendum in donis apostolicis ut talibus numeranda, cum hanc non omnes apostoli sortiti inveniantur. Quin ipsam inspirationem ad loquendum in dona illa referre dubitamus, quod non in modum doni habitualis, sed potius pro re et tempore vel casibus quibusdam rarioribus apostoli videntur inspirationem talem recepisse (cf. *Mat* 10, 19. 20; *Marc* 13. 11: *Luc* 12. 11. 12; 21, 12-15; *Act 4,* 8; 13, 9. 10).

Demonstratio p. **Ill,** qua bona apostolis asserta affirmamus exstitisse extraordinaria.

1. Ubicumque potestatem evangelii infallibiliter praedicandi

vel gubernandi gentes omnes ut perpetuo in ecclesia permansuram mittens Dominus expromit, ibi alloquitur immediate aut apostolorum coetum totum **J**/σZ 28,18—20; *Jo* 14,16) aut Simonem Petrum solum *Mat* 16, 18); neque enim ubi directe respiciendo apostolos quosque singulos praerogativis sacris ornat, mentionem facit perpetuitatis · ;/< 20,21 ; cf. . /c/9,15.16; 22,14ss;26,lossetc Atqui id est praejudicium haud leve, dona illa apostolica secundum declaratam amplitudinem neutiquam a singulis omnibus apostolis transire debuisse in singulos quosvis successores, i. e., hoc quidem modo ordinaria non fuisse.

2. Unde etiam diserte in scriptura jus pascendi, videlicet docendi et regendi, quod est episcoporum singulorum proprium, ad partem definitam gregis Domini coartatum exhibetur; ita legimus *Ad* 20, 28: „Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei"; *l Pd* 5, 2: rPascite qui in vobis est gregem Dei." lidemque singuli episcopi profecto non ut infallibiles considerantur, quando tales instruuntur *Aci* 20, 28 ss; „Attendite vobis.. Ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se" : cf. et illud *l Tini* 4, 7. 13: „Ineptas autem et aniles fabulas devita: exerce autem teipsum ad pietatem.. . Dum venio, attende lectioni, exhortationi et doctrinae"': 2 *Tim* 2, 23; *Tit* 2, 7. 8; „[n omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis" ; *Tit* 3, 9 : „Stultas autem quaestiones et genealogias, et contentiones et pugnas legis devita: sunt enim inutiles et vanae". Atqui si singuli ministri sacri ulli, utique episcopi apostolorum dona omnia suscepissent (cf. n. 47—50; *concilii tridentini* s. XXIII c. 4; Z2 837; *vaticam* S. IV; *D* 1667).

3. Consentanea est ecclesiae praxis sicut hodierna, ita antiqua Christiana integra et ipsa apostolica. Sane apostoli pro certis tantum regionibus administrandis episcopos ipsi constituebant et alios ita agere jubebant. Huc spectat *Act* 14, 22: „.Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbvteros . *ht* 1, 5—7: „Hujus rei gratia reliqui te Cretae, ut ea, quae desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est . . Oportet enim

episcopum sine crimine esse"; / *Tim* 1,3: „Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam, ne aliter docerent"; *l Tim* 4, 14: „Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii"; quae juvat conferre cum *Emtbio* narrante (hist. eccl. 1. 3. c. 4; **J/** 20, 219j: „Timotheus quidem ephesinae ecclesiae episcopatum primus accepisse di citur, quemadmodum etiam Titus insulae Cretae ecclesiarum episcopus fuisse memoratur." Idem facile colligitur ex iis, quae **J/w** '2 et 3 de angelo, i. e., episcopo Ephesi, Smyrnae, Pergami etc scribuntur. — Similiter comparent episcopi non nisi singularum civitatum in epistulis *Ignatii* ad ephesios, magnesios, trallianos, philadelphenses, smyrnaeos, Polycarpum *F* 1, 173 ss. 225 ss). Eodem pertinet, quod mentio fit ab *Irenaeo* episcoporum Ephesi et reliquarum proximarum civitatum sub apostolo Paulo (1. 3. c. 14. n. 2; *M* 7, 914), quos utique ex testimoniis *Clementis romani* (n. 48) et ejusdem *Irenaei* n. 49) intellegimus ab apostolis ipsis institutos; pariterque mentio fit ab *Hieronymo* episcoporum Asiae exsistentium sub apostolo Joanne (de viris illustribus c. 9; *M* 23, 623) vel ab *Eusebio* episcoporum Asiae, Smyrnae, Eumeniae, Galliae, sub Victore I pontifice romano et antea florentium (hist. eccl. 1. 5. c. 24; .1/ 20, 494 ss). — Hinc ille mos veterrimus sive in epistulis sive in subscriptionibus synodorum adjungendi nomini episcopi cujuslibet nomen sedis propriae. — Respondent varii *canones* ex iis, qui dicuntur *apostolici;* ita statuit cn. 14 (al. 13: apud Hefele, Conciliengeschichte, x\ufl. 2, Bd 1, 804): Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur a plurimis, nisi forte quia eum rationabilis causa compellat, tanquam qui possit ibidem constitutis plus lucri conferre, et in causa religionis aliquid profectus prospicere, et hoc non a semetipso pertentet, sed multorum episcoporum judicio et maxima supplicatione perficiat"; videsis et (ib. 810. 811) cn. 34 (al. 32). 35 (al. 33). 36 (al. 34). — Ad rem et *Leo lV.* (ep. 14. al. 12. c. 8; **J/** 54, 674): „Si quis episcopus. civitatis suae mediocritate despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, et ad majorem se plebem quacumque ratione transtulerit, a cathedra quidem pelletur aliena, sed carebit et propria: ut nec illis praesideat quos per avaritiam

concupivit, nec illis quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram juris sui affectet augeri.4 — Ipsius *concilii tridcntini* quaere s. VI. de reform, c. 1: s. XXIII. de reform, c. 1; ubi convenienter divino juri episcopi jubentur in dioecesibus propriis residere. I

4. Quid plura? Nullus episcopus, excepto quidem romano. ut apostolorum successori sibi jurisdictionem universalem in magisterio vel disciplina vindicavit. Neque dos infallibilitatis singulis episcopis inhaeret, id quod vel ex historia liquet referente illorum controversias, errores, haereses ipsas; cogita e. c de Cypriano aliisque rebaptizantibus, Paulo samosateno. episcopis tot arianis, Nestorio, Dioscoro. Ad haec singulos episcopos immediate non a Deo statui, i. e., ut non eligi, sic non mitti vel accipere auctoritatem, distinctius loco suo ostendemus. Et vero cum apostolis, deficiente prima praedicatione evangelii et fundatione ecclesiarum, desiit necessitas donorum eximiorum concedendorum singulis, cujusmodi per thesimillismet attribuimus. — Consimilia dicenda sunt de praerogativis aliis deinde (n. 220—224) commemoratis.

5. *Synodus Vaticana* indicat, seposito quidem successore Petri, singulis episcopis apostolorum successoribus singulos tantum greges commissos gubernandos esse neque sic honorem ipsis debitum violari: ita enim illa is. IV. c. 3; *D* 1674): .,Tantum autem abest, ut haec summi Pontificis potestas officiat ordinariae ac immediatae illi episcopalis jurisdictionis potestati, qua episcopi, qui positi a Spiritu sancto in apostolorum locum successerunt, tamquam veri pastores assignatos sibi greges, singuli singulos, pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali pastore asseratur, roboretur ac vindicetur, secundum illud sancti Gregorii Magni: ‚Meus honor est honor universalis ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negaturi" Unde jam dispicias, sententiam expositam, saltem de jurisdictione, esse omnino certam vel de fide ipsa, λ erum etiam reliqua, quae in hac parte affirmavimus, habeantur pro compertis.

Demonstratio p. I\, qua primatus jurisdictionis et in coapostolos, quamvis donis tam singularibus instructos, s. Petro vindicatur.

1. Ex thesibus superioribus Petrus solus a Christo constitutus erat fundamentum ecclesiae universae, claviger totius regni, confirmator fratrum omnium, pastor ovilis integri: per quae omnia Petrus cum imperio summo non solum singulis, sed etiam directius collectioni cuilibet opponitur. Atqui coapostoli erant pars eaque praecipua ecclesiae, erant cives et ii nobilissimi regni caelorum, erant fratres Petri propinquiores, erant oves Christi prae aliis dilectae. Ergo et in ipsos omnes coapostolos, sive distributive sive collective sumptos, primatum jurisdictionis s. Petrus obtinebat.

2. Ex traditione in decursu disputationis nostrae plurima 236
testimonia jam allata sunt; ita etiam nominatim in apostolos primatum Petri praedicat *Origencs* (n. 113), *Aphraates* (n. 163), *Ephraem syrus* (n. 69. 163), *auctor quaesi, veteris et novi testamenti(n.* 147), *Cyrillus hieros.* (n. 80. 179), *Gregorius nyss.* (n.69), *Epiphanias* (n. 180), *Chrysosfomus* (n. 125. 164. 179. 181. 184), *concilium ephesinum* (n. 71), ***Nilus*** (n. 70), *Theodoretus* (n. 181.184), *Leo M.* (n. 147. 164), ***Gelasius I*** (n. 206), ***Pelagius II*** (n. 148), *Gregorius AI.* n. 102. 188), *Oecumenius* (n. 165), ***Leo IX*** (n. 149), *Theophylaetus* (ib.), *Ansebnus* (n. 165), *Innocentius* ***III*** (n. 106), *graecorum liturgia* (n. 80). Praeterea hoc celebre *Optati* adnotetur (de schismate donatistar. adversus Parmerlian. l. 2. n. 2; .!/ 11, 947): „Negare non potes scire te in urbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium apostolorum caput Petrus, unde et Cephas appellatus est: in qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri apostoli singulas sibi quisque“ disjunctas scilicet rdefenderent, ut iam schismaticus et peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret.“ — Similiter *Hieronymus* (adversus Jovinian. l. 1. n. 26; **J/** 23. 247): „Exponat ille, si virgo non fuit (Joannesi, cur ceteris apostolis plus amatus sit? At dicis, super Petrum fundatur ecclesia: licet id ipsum in alio loco super omnes apostolos fiat, et cuncti claves regni coelorum accipiant, et ex aequo super eos“, i. e., copulatos vel ut apostolos ..ecclesiae fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio.u Quocum est conferendum illud (dial. contra luciferianos n. 9; ***M*** 23, 165): „Ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exsors quaedam et ab om

nibus eminens detur potestas, tot in ecclesiis efficientur schismata quot sacerdotes/*

237 Merito proinde *Joannes* A'A7/ constitutione data 23. oct. 1327 condemnavit inter alias propositionem hanc 2 (J9 424): «Quod b. Petrus apostolus non plus auctoritatis habuit, quam alii apostoli habuerunt, nec aliorum apostolorum fuit caput. Item quod Christus nullum caput dimisit ecclesiae, nec aliquem vicarium suum fecit,*· — Tum in neg'otio unionis cum ecclesia romana *Clemens* 17 patriarcham armenorum his interrogat (apud Raynaldum, annal, eccl., ad a. 1351, n. 3): „Si credidisti, credis, vel credere es paratus cum ecclesia armenorum, quae tibi obedit, quod beatus Petrus plenissimam potestatem jurisdictionis acceperit super omnes fideles Christianos a Domino Jesu Christo: et quod omnis potestas jurisdictionis, quam in certis terris et provinciis, et diversis partibus orbis specialiter et particulariter·7 pacto mox explanando „habuerunt Judas Thadaeus et ceteri apostoli, subjecta fuerit plenissime auctoritati et potestati, quam super quoscunque in Christum credentes in omnibus partibus orbis beatus Petrus ab ipso Domino Jesu Christo accepit; et quod nullus apostolus, vel quicunque alius super omnes Christianos, nisi solus Petrus plenissimam potestatem accepit.“ — Adjungitur sententia, quam *Innocentius λ* tulit 29. jan. 1647; unde deprehendimus, principatum s. Petri supra ipsum s. Paulum, id quod facile extendatur ad apostolos reliquos, esse dogma fidei: enimvero est sententia hujusmodi *(D* 965): «Sanctissimus, relata unanimi theologorum ad hoc specialiter deputatorum censura, et auditis votis eminentissimorum et reverendissimorum DD. Cardinalium generalium inquisitorum, propositionem hanc: S, Petrus et s. Paulus sunt duo ecclesiae principes, qui unicum efficiunt, vel: sunt duo ecclesiae catholicae coryphaei ac supremi duces summa inter se unitate conjuncti, vel: sunt geminus universalis ecclesiae vertex, qui in unum divinissime coaluerunt, vel: sunt duo ecclesiae summi pastores ac praesides, qui unicum caput constituunt, ita explicatam, ut ponat omnimodam aequalitatem inter s. Petrum et s. Paulum sine subordinatione et subjectione s. Pauli ad s. Petrum in potestate suprema et regimine universa is ecclesiae, haereticam censuit et declaravit,- — Accedit, quod *concilium vaticanum* docet (s. IV; *L)* 1667)- Ut vero

episcopatu^ ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudo universa in fidei et communionis unitate conservaretur, beatum Petrum ceteris apostolis praeponens in ipso instituit ipastor aeternus et episcopus animarum nostrarum) perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum, super cujus fortitudinem aeternum exstrueretur templum, et ecclesiae coelo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurgeret." Deinceps autem solus Petrus prae ceteris apostolis, sive seorsum singulis sive omnibus simul, vero ac proprio primatu jurisdictionis divinitus instructus ideoque continuo apostolorum princeps, caput, vertex exhibetur (ib. c. 1-4; *D* 1668—1670. 1672. 1678. 1679; cf. supra n. 59. 150).

3. Neque ita multum est difficile indicare rationem ipsam, 238
qua b. Petrus tenuerit primatum in reliquos apostolos proindeque partem thesis hanc cum prima conciliare. Quem ad finem nolumus urgere, apostolorum potestatem fuisse extraordinariam, Petri ordinariam, siquidem discrimen tale modum merum obtinendi, non potestatem in se ipsam neque ideo relationem inter Petrum et apostolos attingit. Potius urgeamus, ex dignitate Petri consequi, ut apostoli ceteri discipulos certe proprios vel ecclesias a se conditas cum ipsis antistitibus in potestate sola episcopali succedentibus neutiquam potuerint relinquere sibi solis, sed debuerint eas omnes primatum Petri edocere easdemque Petro, principio centroque unitatis et capiti visibili ecclesiae universae, aggregare et subicere, ne illae ut schismaticae ob eamque causam apostoli ut regentes jam ipsi schismatici extra ecclesiam Christi veram versarentur. Unde utique potestatem Petri majorem potestate apostolorum reliquorum fuisse intellegimus, quod Petrus solus ecclesias cunctas, ceteri apostoli ecclesias tantum a se excitatas regerent, et quod Petrus solus fideles cuilibet apostolo subjectos, etiam praeter vel contra apostoli regentis voluntatem, legibus ligare eosdemque legibus apostoli gubernantis solvere valeret. Nimirum apostoli, qui erant praeter Petrum, a Christo sane jus habebant fungendi munere sacro ex se ubicumque vellent, Deo quidem singulariter apostolorum gressus moderante (cf. *Aci* 11, 27 ss; 13, 2. 4; 16, 6. 9; 18, 9 ss; 19, 21; 20, 22 ss; 21, 4. 11; 22, 17 ss; 23, 11; 27, 23 ss); sed reapse jure tali circumscripte tantum

uti poterant, tum quod non licebat interponere jurisdictionem in regionibus jam per apostolos alios occupatis, tum quod potestas physica eundi quoquoversus singulis omnibus deerat. Quapropter conveniebat, orbe terrarum toto per amicam divi sionem inter sese distributo (cf. *Gal 2,* 9. 10), a singulis apostolis gentes quasdam certas suscipi docendas atque gubernandas. primatu observato ita, ut imperium summum in homines plane omnes ab apostolis conversos esset penes Petrum, constitutum caput ecclesiae integrae Christi. Hinc cum potestas apostolica illa indeterminata ad omnes mundi plagas possit nominari quadantenus universalis, restricta, tamen erat eo, quod non foret tandem exercenda vel tenenda nisi in provinciis vel pro provinciis ecclesiisque his illisve, sub potestate Petri simpliciter universali, ut quae pateret vere in ecclesiam universam. Et id certe sibi vult, quem paulo ante in. 237) appellavimus. *Clemens VI.* exhibendo potestatem apostolorum singulorum particularem eandemque a Domino subjectam jurisdictioni generali s. Petri. Similia scripserat *Innocentius III* (ad patriarch, constantinop. l. 2. ep. 209; **J/** 214, 759. 760).

Verum si inde capitur potestas s. Petri in apostolos ipsos indirecta, i. e., ratione hominum hisce subditorum, jurisdictio directa nondum satis explicatur. Itaque immediatum b. Petri in coapostolos principatum via alia commonstramus. Etenim

a. apostoli debebant ita esse animo affecti, ut, si unquam de norma recta in conversando declinarent, a Petro ut a superiore suo haud recusarent corrigi. Atqui eo ipso Petrus primatum, saltem in actu primo, erga coapostolos gessisse seu coapostoli, quamvis independenter positi, non et independentes penitus a Petro exstitisse comprobantur. Xeque illud officit, quod per dona apostolorum extraordinaria videri potest Petrus locum nullum potestatis suae exercendae habuisse. At enim non ideo sane neganda est potestas, quod ejus usus ob singularem perfectionem certorum subditorum, velut per accidens, necessarius utilisve adhuc nunquam vel vix unquam fiat. Quin ipsa extraordinaria confirmatio in gratia et caritate efficiebat, ut apostoli ab omni culpa haeresis vel schismatis formalis, quae separaret ab ecclesia, arcerentur proin deque apostoli manentes, edocti a Spiritu et infallibiles, jus summum Petri

revelatum et constantissime cognoscerent cognitumque profi terentur et inviolate observare vellent.

b. Praeterea autem Petrus primatum in apostolos actu 240
secundo adhibere potuit. Etenim cur non apostolis derectio peculiaris Spiritus sancti in agendis concessa generatim ita sit, ut aliquando, similiter ac Petrus ipse (ex *Gal* 2, 11 ss), delinquere saltem per imprudentiam quandam ideoque corrigi a Petro correctione auctoritatis possent? Ad hoc etiam sepositis defectibus apostolorum ceterorum Petrus primatu uti potuit, salvis quidem juribus extra communem ordinem in coapostolos ab ipso Domino collatis. Sic solus Petrus potuit derigere actiones extraordinarias, apostolorum missione nequaquam comprehensas, ut Matthiae electionem; pariter ille solus universalem synodum convocare potuit; insuper ille solus leges disciplinae ex se ferre potuit, quae cum ecclesia reliqua apostolos ipsos obligarent; item leges fidei, prout sunt etiam ecclesiasticae, a Petro uno pro apostolis ceteris vim suam habebant; neque quidquam prohibet, quominus apostoli, quamvis in principio veluti substantiam vel summam evangelii a Domino ipso didicissent (cf. *Gal* 1, 11 ss; 2, 6 ss), sint tempore procedente interdum etiam per Petrum firmamentum fidei a Deo positive in fide magis confirmati, vel quominus veritates quasdam nove revelatas Spiritus sanctus primum per ipsum Petrum caput apostolis suggesserit (cf. n. 143). Atqui per haec affatim perspicitur, quomodo prae potestate simpliciter apostolica potestas Petri non tantum sola extensive et intensive summa, independens, proinde vere plena in se fuerit, sed potuerit talis rebus gestis apparere.

4. Potentatui Petri in apostolos reliquos opponeretur frustra, 241
praeter alia jam expedita, a. *Gal* 2, 5: „Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas evangelii permaneat apud vos." At enim ii, quibus s. Paulus non cessit subiectione, videlicet decernendo circumcisionem Titi postulatam, sunt falsi fratres, memorati v. 4, non vero Petrus cum aliis apostolis vel eminentibus (v. 2. ;\. 6 ss), quos etiam sibi consensisse studiose monstrat Paulus et stetisse secum contra falsos fratres.

b. *Gal* 2. 6. 9 s. Paulus illud solum indicat, se, praetermissa condicione hominis exteriore, quam Deus non respiciat, in ipsis donis interioribus neutiquam minorem esse *τωv ὕo~*

7.ni)K)f tit-ai n, iis videlicet, quorum dignitas manifesta vel adversariis quoque agnita erat (cf. *Mare* 10,42 cum ZL/zr 22,25, eatenus quidem non minorem, quatenus in doctrina a seeousqae praedicata, (ex *Gal* 1, 11 ss) divinae indolis et originis, neque quidquam emendandum neque adjungendum illi deprehendere potuerint; immo secundum aliquid, i. e., gratiam apostolatus a Deo sibi datam se non inferiorem esse apostolis primariis, qui existimantur columnae ecclesiam sustentantes, qui et se apostolum aequalem ipsis cognoverint et datis dexteris probaverint.

c. Neque *Gal* 2, 7. 8 exaequat Paulus Petro se simpliciter ratione potestatis, sed ratione potestatis tantum apostolicae, nominatim praedicandi, quod, sicut Petrus annuntiarit evangelium eventu ope Dei prospero potissimum iudaeis, ita Paulus, Domino aequaliter confirmante, magis gentibus. Ubi videtur Paulus se apostolo Petro prae ceteris peraeque apostolis ponere parem, quod hic per dignitatem specialem inter apostolos omnes emineret ideoque apud galatas ipsos, paucis annis ante a Paulo solo institutos, jam inclaruisset.

d. Nec profecto amplius nos movere debet, quod aliquando Patres apostolos aequales dicunt; cujusmodi aequalitas secundum praerogativas apostolatus vel et secundum potestatem ordinis accipitur. Recolantur e. c. verba superius recitata s. *Cypriani* (n. 128i vel s. *Hieronymi* (n 236). litulo peculiari s. Paulus aequalis s. Petro exhibetur, ratione scilicet laborum, martyrii, meritorum in ecclesiam; quo spectat locus pridem allatus *Ainbrosiastri* in. 205; in Gal 2, 7 ss). Similiter s. Paulus cum s. Petro salutatur apostolorum princeps. Et sub respectu laborum quidem s. Paulus etiam antonomastice apostolus appellatur, id quod s. *Augustinus* verbis his significat (contra duas ep. pelag. l. 3. c. 3. n. 4; **J/** 44, 589. 590): „Apostolus cum dicitur, si non exprimatur quis apostolus, non intelligitur nisi Paulus: quia pluribus est epistolis notior, et plus omnibus illis laboravit (1 Cor 15, 10).“ Cf. dictum congruum s. *Joanna (hrysostomi* supra η. 201 : in Gal 1.]). Ad exprimendam singularem illam praerogativam s. Pauli, qua ut magister gentium antecelluit, videtur esse factum, ut in antiquis imaginibus imagini s. Pauli interdum prae imagine ipsius s. Petri locus praestantior concederetur, nisi forte idem opificum inscitiae cuidam satius imputandum est.

Thesis VIII. *Ecclesia Christi etsi laxiore quodam mada* 245
m a tempore protopurentum exstitit, artiorem tamen constitutionem sibi jam essentialem accepit ab ipso Verbo incarnato. ita ut inde idem foret non pertinere ad ecclesiam hujus formae specialis a Domino fundatam atque simpliciter extorrem ab ecclesia Dei esse.

Declaratio. Ad caput doctrinae de institutione ecclesiae Jesu Christi absolvendum nunc accuratius inquirimus, quid facta comparatione cum ecclesia prius exsistente ipse Dominus egerit, ut vere esset auctor ecclesiae ab illa differentis novae ejusdemque, jam sublata omni alia legitima ecclesia Dei, unicae. Quo funditus evertuntur hypotheses illae futiles, quibus ecclesiae originem divinam denegari supra (n. 33) indicavimus. Porro tres partes hujus thesis theologice exploratae sunt; quinimmo parte altera, rite quidem intellecta, sicut parte tertia, merito dicemus dogma fidei enuntiari.

Demonstratio p. 1, h. e., ecclesiam Christi qualemcumque 246
a protoparentibus exstitisse.

1. Ecclesia rationis verae, quamvis laxioris, est multitudo hominum vocante Deo ad Deum ipsum supernaturaliter colendum per vinculum exterius qualecumque juncta (ex th. I. p. I; n. 12—19); quae si Christum causam, objectum cultus, caput suum habeat, apte etiam ecclesia Christi appellari potest. Atqui multitudo talis a protoparentibus ipsis lapsis continuo in terra exstitisse commonstratur. Ergo ecclesia Christi quaedam vera, quamvis, pro minore sua unitate vel generatim perfectione, minus absoluta, jam inde ab origine humani generis stetit.

Prob. min. per partes: a. Ab ipsa promissione Redemp- 247
toris, parentibus primis lapsis per misericordiam Dei facta *Gen* 3, 15), conspicimus fuisse evocante Deo semper aliquem coetum plus minusve amplum hominum eorum, qui fide cultuque supernaturali Dominum Deum colerent. Sane voluit Deus etiam post lapsum generis humani homines omnes redimi et redemptione singulis applicata salvos tandem fieri, id quod probatum aliunde sumimus. Quare praeparavit Deus et parentibus primis ipsis et posteris eorum gratias necessarias pro fide ad justificationem requisita, fide scilicet vera ideoque una, pro consentanea spe, pro ipsa denique caritate. Quibus gratiis vocantibus homines utique etiam simul plures respondere po-

terant in eliciendis actibus fidei, spei, caritatis primum quidem internis. Neque tamen cultus hic interior manere solus poterat, sed, quae est indoles hominis proindeque lex conatura liter ex ordine supernatural! semel statuto oriens, jam explicare se debebat in exterioris vitae actibus congruentibus, i e„ in fidei unius ejusdemque vel etiam spei et caritatis professione ici. *Runi* 10, 10) et in sacrificiis aliisque ritibus cultus externi et visibilis fidem fidelium unam vel spem et caritatem referentibus. Quod si fiebat, jam plurium societas vera supernatural! religione religiosa seu ecclesia constituebatur.

Porro ejusmodi fideles Dei cultores reapse non deerant ab Adam usque ad Noe. Qua de re nos faciunt certiores *Sap* 10, 1. 2: «Haec (sapientia) illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia"; *Gen* 4, 4. 26: -Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum: et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus .. Sed et Seth natus est filius, quem vocavit Enos; iste coepit invocare nomen Domini *Gen* 5 Et ambulavit Henoch cum Deo4; *Eccli* 44; 16: «Henoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, ut det gentibus poenitentiam": *'Jud* 14. 15: -Prophetavit autem et de his septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce. venit Dominus in sanctis millibus suis, facere judicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, et de omnibus duris, quae locuti sunt contra Deum peccatores impii4; tum accedit, quod *Gen* 6, 2. 4 memorantur filii Dei, qui initis conjugiis illicitis et perseverantes in malitia fuerint delendi; quibus v. S Noe sic opponitur: „Noe vero invenit gratiam coram Domino*: adde illud apostoli *F/cb* II, l -6: -Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo, et per illam defunctus adhuc loquitur, bide Henoch translatus est, ne videret mortem, et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus; ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossi-

semine vestro post vos"; *Gen* 9, 26. 27: „Dixitque (Xoe): Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan servus ejus. Dilatet Deus Japhet et habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus ejus". *Gen* 14, 18—20: „At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum erat enim sacerdos Dei altissimi benedixit ei, et ait: Benedictus Abram Deo excelso qui creavit caelum et terram et benedictus Deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus". 44, 17; *Ieb* 11, 7. — Quod vero attinet cultores Dei exsistentes ab Abraham usque ad Moysen, res est nimis comperta (vide v. g. *Eccli* 44, 20—27; *Rom* 4, 11.12: *Hcb* 8—11. 23); et idem utique valet de tempore decurrente a Moyse usque ad Christum (cf. e. c. *Eccli* 45 ss; *Hcb* 11,24—40). Neque obstat *Ex* 32. 1 ss, si conferas quidem v. 17. 26 vel *I Cor* 10, 7, neque magis 5 *Reg* 19, 10. 14 vel *Is* 1, 4 vel *Jer* 2, 11, collatis *3 Reg* 19, 18; *Rom* 11, 4; 2 *Mach* 1, 19.

I). λ inculum igitur jungens totum, de quo quaerimus, coetum consistebat in fine uno salutari palam appetendo vel in forma supernaturali una exprimenda, i. e., in profitenda exterius fide una et exercenda cultus, pro hominum quidem varietate varii, veritate una, Immo sicut sacramentum quoddam pro infantium omnium salute etiam directe a Deo institutum esse scitur, ita facile et alii ritus ad cultum exteriorem totius populi Dei pertinentes lege divina positiva, si non in specie, saltem in genere iidem definiti fuerint.

Principium vero efficiens visibile hujus formalis unitatis ab initio ipse Adam pro societate omni exsistebat. Quo defuncto vinculum simile pro familiis singulis quidem situm erat in auctoritate capitum seu patriarcharum. Eli enim serie continua funge-

bantur munere magisterii ejusque ordinarii in tradendis verita tibus iam prius revelatis de Dei exsistentia, attributis, lege, cultu, de angelis, de hominis condicione prima, lapsu, restitutione per Salvatorem promissum et venturum perficienda. Quod ipsum in dicatur verbis illis Domini *Gen* 18, 17— 19: „Xum celare potero Abraham quae gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, et benedicendae sint in illo omnes nationes terrae? Scio enim quod praecepturus sit tiliis suis, et domui suae post se, ut custodiant viam Domini et faciant judicium et justitiam: ut adducat Dominus propter Abraham omnia quae locutus est ad eum4; eodem spectat *Deui* 32, 7. 8: ‚Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi: majores tuos, et dicent tibi: Quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel4; *Job* 8, 8 10: «Interroga enim generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam (hesterni quippe sumus, et ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram): et ipsi docebunt te: loquentur tibi, et de corde suo proferent eloquia~ ; *2 Pef 2, 5:* „Et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiae praeconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens." Magisterio ordinario accedebat opportune extraordinarium vel propheticum in explicando ulterius et augendo fidei deposito per revelationes novas a Spiritu sancto factas. Ita *Gen* 20, 7 Abraham a Deo propheta appellatur; hinc et illud monitum *Ps* 104, 15: „Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari"; quod repetitur / *Par* 16, 22; adde *Eccli* 44, l -3: ,,Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a saeculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua praediti, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum ((«Tijy/tAzori,· µ · *rcçoifητεícuç)“*; ***Jud*** 14. Insuper patriarchae obtinebant imperii sacri potestatem erga subdita sibi familiarum membra, ut est inferre ex *Gen* 17, 23; 18, 19; 35, 2. 3: „Jacob vero convocata omni domo sua, ait : Abjicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, et ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo: qui exaudivit me in die tribulationis meae, et socius fuit iti-

neris mei? Similiter implebant patriarchae partes sacerdotii in faciendis sacris. Exempla praebent *Gen* 8, 20: „Aedificavit autem Noe altare Domino; et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis, obtulit holocausta super altare"; *Gen* 12, 7. 8: rApparuit autem Dominus Abram, et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui aedificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai; aedificavit quoque ibi altare Domino, et invocavit nomen ejus"; *Gcn* 13, 4. 18; 14, 18; 15, 9 ss; 22,1—13; *Gen* 26, 25: „Itaque aedificavit (Isaac) ibi altare; et invocato nomine Domini, extendit tabernaculum"; *Gen* 31, 54; 33, 20: „Et erecto ibi altari, invocavit (Jacob) super illud fortissimum Deum Israel"; *Gcn* 35, 1 ss; *Job* 1, 5: „Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus^; *Job* 42, 8.

Mr 4*

Unitas vero, qua post Adam singulae familiae vel coetus 251
religiosi particulares in unum Dei populum universalem exterius visibilem sociabantur, cum per formalem causam declaratam etiamtum superesset, ex parte principii efficientis jam sane minus stricta fuerit. Ceterum Deus ipse, ut per organa sua revelans credendas veritates et exposcens fidem vel et communia agenda quaedam statuens proindeque etiam saepius apparens (vide *Heb* 1, 1), haud immerito principium supremum quadantenus visibile habeatur, cui integra societas fidelium colentium adhaeserit. Nec certe pro unitate societatis etiam magis proprie dictae postulatur, ut subjectum potestatis summae sit semper omnibus proxime visibile.

C. Xon nisi ex meritis futuris Christi Redemptoris gratiae 252
omnes necessariae ad cultum salutarem Deo exhibendum etiam ante Christum parabantur et dabantur, ita ut ecclesia illa ante Christum tota ad Christum ut ad causam suam merentem saltem referretur. Id constat ex *Rom* 3,20 ss; *Ilcb*^, 15:.,Et ideo (Christus) novi testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemtionem earum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis^;

Tleb 11, 39.40. — lum eadem ecclesia in Dominum venturum Servatorem explicite vel implicite credendo et sperando ob jectum cultus Christum sibi propositum habebat. Huc pertinet ipsum protoevangelium *G‹ n* 3, 15, dein promissio facta Abrahamo *Gen* 18, 18; 22, 18: „et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae'*, quae quidem promissio renovatur Isaaco *Gen* 26,4, et Jacobo *Gen* 28, 14 etc. Tandem fideles Dei cultores ecclesiam antiquam componentes Christo futuro capiti beato pro Adam primo lapso tamquam membra corporis inserta vel quasi praeformata erant. Etenim ex *Rom* ï›, 14. 17. 18 „regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, qui est forma futuri. . Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiae, et donationis et justitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae"; et ex *Eph* 1,10 voluit Deus ,,instaurare *((ΜΓ/.&ραλαιώσασϊϊαή* omnia in Christo, quae in caelis, et quae in terra sunt, in ipso"; et ex *Co/* 1, 18—20 „ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complacuit, omnem plenitudinen- inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt."

2. Quin etiam expressior quidam status ecclesiae Christi jam ante Christum exstitit. X'idelicet ecclesia illa latior primitiva, quae patriarchalis vel, prae oeconomia quidem magis positiva, legis naturae dicitur, certe pro gentibus a populo Israel distinctis usque ad Christum, destinatione saltem Dei. perdurabat. Sed praeter eam tempore procedente forma ec clesiae alia divinitus inducta est pro solo populo Israel, quatr Deus inde jam ab Abraham incohavit, perfecit autem ministerio Moysis, cum unum ex omnibus electum illum populum sibi peculiarem {*Ex* 19, 5. 6; *Dent* 4, 6 ss; 7, 2 6; *Ram* 3, 1.2; 9, -I. 5) collegit et formavit; quae ipsa ecclesia peculiaris mosaica vel status legis scriptae majore perfectione sua con spicuam se praebet. Nimirum quo perfectior est causa uni tatis formalis et efficiens continuo visibilis. eo ecclesia est

perfectior. Atqui hac utraque ratione ecclesia populi Israel ecclesiae ante Christum reliquae excellit. Nam primum sicut forma fidei per repetitas saepe revelationes Dei erat in ecclesia illa explicatior, ita cultus, utpote in singulis quibusque a Deo ipso definitus (vide v. g. *Lev),* erat unus firmior, in sacrificiis, sacramentis, sacris, observantiis (cf. s. *Thomae* S. theol. 1. 2. q. 101. a. 4), in retenta ipsa sacri tabernaculi vel templi unitate (vide *Lev* 17 et *Deut* 12). Deinde unitas eadem continebatur per hierarchiam divinitus institutam, coalescentem ex uno summo sacerdote, ex sacerdotibus secundi ordinis i£r28; 29; *4 Reg* 23, 4), ex levitis ministrantibus (1 *Par* 16, 4), iisque omnibus in tribu Levi successione fixa perstaturis. Quae hierarchia munus obtinebat sacri ministerii in procurando cultu Dei, ut ex locis nunc citatis liquet. Ad hoc gerebat munus sacri regiminis vel jurisdictionis ex *Deut* 17, 8—13: „Si difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et lepram, et judicium intra portas tuas videris verba variari: surge, et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Arenieque ad sacerdotes levitici generis, et ad judicem, qui fuerit illo tempore: quaeresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. Et facies quodcumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus, et docuerint te juxta legem ejus: sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, et decreto judicis, morietur homo ille, et auferes malum de Israel: cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia." Praeterea administrabat hierarchia illa munus magisterii in lege et doctrina Dei exponenda et conservanda; quo facit, cum loco ultimo allato, *Lev* 10, 8—11: „Dixit quoque Dominus ad Aaron: Vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis, tu et filii tui, quando intratis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia praeceptum sempiternum est in generationes vestras, et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum : doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quae locutus est Dominus ad eos per manum Moysi"; *Mal* 2, 6. 7: „Lex veritatis fuit in ore ejus (Levi/. et iniquitas non est inventa in labiis ejus; in

pace et in aequitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est". – Juvat conferre supra n. 20.

3. Quae hactenus dicta sunt, veterum suffragio confirmantur. Ita *Eusebius* (hist. eccl. 1. 1 c. 4; **J/** 20, 78): .Quod si quis omnes illos, quorum justitia tam illustri testimonio com' probata est, ab Abraham initio sumpto, ad primum usque hominem recurrens. Christianos non quidem nomine sed re ipsa fuisse affirmet, is certe non procul a veritate aberraverit. Nam cum Christiani nomine nihil aliud significetur, quam vir qui per Christi cognitionem atque doctrinam modestia, justitia, tolerantia, fortitudine et pietatis cultusque unius qui super omnia est. Dei professione ornatus est. haec omnia veteres illi non minus studiose quam nos excoluerunt/' — Atque *Augustinus* (retract. 1. 1. c. 13. n. 3; **J/** 32, 603): rRes ipsa quae nunc Christiana religio nuncupatur, erat apud antiquos, nec defuit ab initio generis humani, quousque ipse Christus veniret in carne, unde vera religio quae jam erat, coepit appellari Christiana.·' Idem etiam distinctius sic loquitur (de civit. Dei 1. 16. c. 9. 10; **J/** 41, 487 ss): „Quapropter inter illos tunc hominum populos . . quaeramus, si possumus invenire illam in terris peregrinantem civitatem Dei, quae usque ad diluvium arcamque perducta est, atque in filiis Noe per eorum benedictiones perseverasse monstratur, maxime in maximo, qui est appellatus Sem: quandoquidem Japheth ita benedictus est. ut in eiusdem fratris sui domibus habitaret. Tenenda est igitur series generationum ab ipso Sem, ut ipsa ostendat post diluvium civitatem Dei, sicut eam series generationum ab illo qui est appellatus Seth, ostendebat ante diluvium . . Cum ergo quaerimus in illis septuaginta duabus gentibus civitatem Dei, non possumus affirmare illo tempore, quo erat illis labium unum fCren 11, 1 », id est loquela una, tunc iam genus humanum alienatum fuisse a cultu veri Dei, ita ut in solis istis generationibus pietas vera remaneret, quae descendunt de semine Sem per Arphaxat, et tendunt ad Abraham: sed ab illa superbia aedificandae turris usque in coelum, qua impia signi ficatur elatio. apparuit civitas, hoc est societas, impiorum, Utrum itaque ante non fuerit, an latuerit, an potius utraque

permanserit, pia scilicet in duobus filiis Noe, qui benedicti sunt, eorumque posteris, impia vero in eo qui maledictus est, atque eius progenie, ubi etiam exortus est gigas venator contra Dominum, non est dijudicatio facilis. Fortassis enim, quod profecto est credibilius, et in filiis duorum illorum iam tunc antequam Babylonia coepisset institui, fuerunt contemptores Dei, et in filiis Cham cultores Dei: utrumque tamen hominum genus terris nunquam defuisse credendum est.“ Et (ep. 102. al. 49. n. 12. 15; **J/** 33, 374. 376): „Ab exordio generis humani, quicumque in eum (Filium Dei) crediderunt, eumque utcumque intellexerunt, et secundum ejus praecepta pie et juste vixerunt, quandolibet et ubilibet fuerint, per eum procul dubio salvi facti sunt. Sicut enim nos in eum credimus et apud Patrem manentem, et qui in carne jam venerit, sic credebant in eum antiqui, et apud Patrem manentem, et in carne venturum. Nec quia pro temporum varietate nunc factum annuntiatur, quod tunc futurum praenuntiabatur, ideo fides ipsa variata, vel salus ipsa diversa est . . Ab initio generis humani, alias occultius, alias evidentius, sicut congruere temporibus divinitus visum est, nec prophetari destitit, nec qui in eum crederent defuerunt, ab Adam usque ad Moysen, et in ipso populo Israel, quae speciali quodam mysterio gens prophetica fuit, et in aliis gentibus antequam venisset in carne. Cum enim nonnulli commemorantur in sanctis hebraicis libris jam ex tempore Abrahae, nec de stirpe carnis ejus, nec ex populo Israel, nec ex adventitia societate in populo Israel, qui tamen hujus sacramenti participes fuerunt, cur non credamus etiam in ceteris hac atque illae gentibus, alias alios fuisse, quamvis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non leg'amus? Ita salus religionis hujus, per quam solam veram salus vera veraciterque promittitur, nulli unquam defuit qui dignus fuit, et cui defuit, dignus non fuit.u (Cf. de praedest. c. 9. n. 17; J/44, 973. 974). Et (serm. 4. al. de diversis 44. n. 11 ; *Jl/* 38, 39): .Ecclesiam . . accipite, fratres, non in his solis qui post Domini adventum et nativitatem esse coeperunt sancti; sed omnes quotquot fuerunt sancti, ad ipsam ecclesiam pertinent. Non enim non ad nos pertinet pater Abraham, quia ille fuit antequam Christus nasceretur de Virgine, et nos tanto post, id est, post passionem Christi facti sumus christiani: cum dicat

apostolus quia filii sumus Abrahae, imitando fidem Abrahae (Rom 4, 12; Gal 3, 7). Ergo nos imitando illum ad ecclesiam admittimur, et ipsum ab ecclesia exclusuri sumus?“ Vel (in Jo tr. 45. n. 9; **J/** 3o, 1722. 1723): „Ante adventum Domini nostri Jesu Christi, quo humilis venit in carne, praecesserunt justi, sic in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt, non fides. Quia et ipsa verba pro tempore variantur, cum varia declinantur: alium sonum habet: venturus est; alium sonum habet: venit; mutatus est sonus: venturus est, et venit: eadem tamen fides utrosque conjungit, et eos qui venturum esse, et eos qui eum venisse crediderunt. Diversis quidem temporibus, sed utrosque per unum fidei ostium, hoc est per Christum, videmus ingressos.. Quotquot ergo illo tempore crediderunt vel Abrahae, vel Isaac, vel Jacob, vel Moysi, vel aliis patriarchis, aliisque prophetis Christum praenuntiantibus, oves erant, et Christum audierunt: non alienam vocem, sed ipsius audierunt. Judex fuerat in praecone/ Vel etiam (ep. 190. al. 157. c. 2. n. 8; *M* 33, 859): nCum omnes justi, hoc est veraces Dei cultores, sive ante incarnationem, sive post incarnationem Christi, nec vixerint, nec vivant, nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiae plenitudo, profecto quod scriptum est, ‚non‘ esse ‚aliud nomen sub coelo, in quo oporteat salvos fieri nos' (Act 4, 12), ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est genus humanum. ‚Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur' (1 Cor 15, 22). Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno vitae nemo sine Christo/ Vel denique (de catecb. rud. c. 3. n. 6; *M* 40, 314): „Quamvis . . praemiserit Dominus Christus quamdam partem corporis sui in sanctis, qui eum nascendi tempore praeierunt, tamen ipse est caput corporis ecclesiae (Col 1, 18); illique omnes eidem corpori cujus ille caput est cohaeserunt, credendo in eum quem praenuntiabant. Non enim praecurrendo divulsi sunt, sed adjuncti potius obsequendo. Nam etsi manus a capite praemitti potest, connexio tamen ejus sub capite est.u Videsis et c. 19. n. 33 (**J/** 40, 334. 335); ench. c. 56. n. 15 (**J/** 40, 258. 259); de civ. Dei 1. 17. c. 1 (Λ/ 41, 523. 524); locum superius (n. 16 in Ps 36) prolatum.

Similiter *Leo M.* loquitur (serm. 23, al. 22·. c. 4; Λ/'54, 202): 2ô5
.Non . . novo consilio Deus rebus humanis, nec sera misera-
tione consuluit; sed a constitutione mundi unam eamdemque
omnibus causam salutis instituit. Gratia enim Dei, qua semper'
est universitas justificata sanctorum, aucta est Christo nascente,
non coepta; et hoc magnae pietatis sacramentum, quo totus
jam mundus impletus est, tam potens etiam in suis significa-
tionibus fuit, ut non minus adepti sint qui illud credidere
promissum, quam qui suscepere donatum.“ Et (serm. 66.
al. 62. c. 1. 2; **J/** 54, 365): „Redemptio Salvatoris destruens
opus diaboli, et rumpens vincula peccati, ita magnae pietatis
suae disposuit sacramentum, ut usque ad consummationem
quidem mundi praefinita generationum plenitudo decurreret, sed
renovatio originis per iustificationem indiscretae fidei ad omnia
retro saecula pertineret. Incarnatio quippe Verbi, et occisio
ac resurrectio Christi, universorum fidelium salus facta est,
et sanguis unius iusti hoc nobis donavit, qui eum pro recon-
ciliatione mundi credimus fusum, quod contulit patribus, qui
similiter credidere fundendum. Nihil ergo, dilectissimi, ab
antiquis significationibus in Christiana religione diversum est,
nec umquam a praecedentibus iustis, nisi in Domino Jesu Christo
salvatio sperata est, dispensationibus quidem pro divinae vo-
luntatis ratione variatis, sed in idipsum coruscantibus et legis
testimoniis, et prophetiae oraculis, et oblationibus hostiarum.u
Cf. et serm. 24. al. 23. c. 1; **J/** 54, 203, 204. — *Auctor operis
de vocatione omnium gentium* (1. 2. c. 4. 5; **J/** 51, 691): Quod . .
in Israel per constitutionem legis et prophetica eloquia gere-
batur, hoc in universis nationibus totius creaturae testimonia
et bonitatis Dei miracula semper egerunt. Sed cum in illo
populo, cui utraque eruditio praefuit, nemo nisi gratia justificatus
sit per spiritum fidei, quis ambigat eos qui de quibuscumque
nationibus quibuslibet temporibus Deo placere potuerunt, spi-
ritu gratiae Dei fuisse discretos? Quae etsi parcior ante atque
occultior fuit, nullis tamen saeculis se neg'avit, virtute una,
quantitate diversa, consilio incommutabili, opere multiformi.“ —
– Et *Gregorius M.* (hom. 19. in evang. n. 1; **J/** 76, 1154):
-Quis . . patrisfamilias (Mat 20, 1 ss) similitudinem rectius tenet
quam conditor noster, qui regit quos condidit, et electos suos
sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo?

Qui habet vineam, universalem scilicet ecclesiam, quae, ab Abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasci- turus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, et undecima operarios conducit, quia a mundi huius initio usque in finem ad erudiendam plebem fide- lium praedicatores congregare non destitit. Mane etenim mundi fuit ab Adam usque ad Noe, hora vero tertia a Noe usque ad Abraham, sexta quoque ab Abraham usque ad Moysen, nona autem a Moyse usque ad adventum Domini, undecima vero ab adventu Domini usque ad finem mundi. In qua praedicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam et tarde veni- entes acceperunt. Ad erudiendam ergo Dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit ope- rarios mittere, quia et prius per patres, et postmodum per legis doctores et prophetas, ad extremum vero per apostolos, dum plebis suae mores excoluit, quasi per operarios in vineae cul- tura laboravit.“ Recole effatum supra (n. 19) positum.

4. Ad haec audiatur s. *Thomas* dicens (S. theol. 3. q. 8. a. 3): „Haec est differentia inter corpus hominis naturale et corpus ecclesiae mysticum, quod membra corporis naturalis sunt omnia simul; membra autem corporis mystici non sunt omnia simul: neque quantum ad esse naturae, quia corpus ecclesiae constituitur ex hominibus qui fuerunt a principio mundi usque ad finem ipsius, neque etiam quantum ad esse gratiae, quia eorum etiam qui sunt in uno tempore, quidam gratia carent, postmodum habituri, aliis eam jam habentibus.ll Et (ib. ad 3): „Sancti patres non insistebant sacramentis legalibus tamquam quibusdam rebus, sed sicut imaginibus et umbris futurorum. Idem autem est motus in imaginem, inquantum est imago, et in rem . . Et ideo antiqui patres, servando legalia sacramenta, ferebantur in Christum per fidem et dilectionem eamdem, qua et nos in ipsum ferimur: et ita patres antiqui pertinebant ad idem corpus ecclesiae ad quod nos pertinemus.ll — Theolo- gorum posteriorum sententiam communem ita testatur *Suare:* de fide disp. 9. sect. 2. n. 3): pEcclesia,ll hominum quidem, „produci incepit in Adamo, et, formata Eva, proprie dici potuit ecclesiam,- ut societatem, „esse“, quod concesserint omnes, si agatur de ecclesia Dei simpliciter, non vero Christi, „atque

adeo certum videtur in utroque, saltem post lapsum", corrigendum scilicet per Christum, „ante generationem Cain et Abel fuisse ecclesiam. Haec est nunc communis opinio."

‹5, Pro tuenda vel collustranda veritate explicata opportunum 257
luerit etiam haec notasse: a. Ex eo, quod sacrificium oblatum ab Abel *(Genl·*, 4), non autem pariter ab Adam oblatum memoratur, concludere non licet, protoparentem sacrificia minime obtulisse. Sane ipse Cain sacrificium obtulit *(Gen* 4, 3). Porro est censendum, fratrem utrumque didicisse talem veri Dei cultum a parente suo, cui etiam prima futuri Salvatoris revelatio facta a Deo erat. Abelis vero sacrificium in scriptura nominatim indicatur propter nexum cum ejusdem morte, quae dein narratur.

I). Si quando Patres initium ecclesiae ab Abel ducere 2ή8
videntur, non tam exordium ecclesiae determinant, quam ecclesiam in terris positam cum primo eius membro in statu gratiae defuncto iungunt, vel tempore intercedente inter Abel et Adam jam quasi neglecto originem ecclesiae ab illo imprimis homine commendant, qui in scriptura ipsa magnopere laudatur *(Mat* 23, 35; *17e6* 11, 4) atque innocentia sua et morte specialem Christi similitudinem prae se tulit.

c. Ex providentia tam mirabili, qua Deus Abraham et 2ô9
eius posteros usque ad adventum Christi rexit, satis intellegitur, voluntatem eam Dei, ut aliqua in mundo hoc ecclesia inde quidem ab aetate Abraham perpetuo exsisteret, fuisse antecedentem absolutam, non autem solum condicionatam, si Dei salutiferis consiliis homines ipsi obsecundarent. Porro voluntas absoluta eadem ad saecula priora quoque, saltem ex rationis quadam aequabilitate, merito extenditur.

Demonstratio p. IΓ, i. e., ab ipso Verbo incarnato esse 260
conditam ecclesiam constitutionis essentialis artioris.

1. Sollemniter edixit Christus: „aedificabo ecclesiam meam“ *(Mat* 16, 18), tempore videlicet futuro ideoque ecclesiam futuram, nondum exsistentem. Atqui ecclesiam nondum exsistentem neutiquam aedificat, qui ornamentum quodpiam accidentale ecclesiae veteri superaddit, sed qui constituendo novam in elementis essentialibus erigit. Ergo Christus ipse, Verbum incarnatum, ecclesiae dedit constitutionem essentialiter novam, proin prae laxissima illa temporis antecedentis artiorem seu in mediis ad finem salutarem fixis jam magis definitam.

261 2. Ad hoc in evangeliis regnum caelorum vel regnum Dei. quod est ecclesia Christi militans (recole n. 93—97; cf. et A/20,25 cum v. 28), pro iudaeis quoque tamquam appropinquans exhibetur, ut per illud Baptistae JAz/3, 2: „Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum"; quod quidem pluries ab ipso Domino repetitur *Mat* 4, 17; 10, 7; *Marc* 1,15; *Luc* 10,9.11. Atqui ecclesiae regnum, quod est non nisi prope, simpliciter non adest, sed potius fundandum secundum perfectionem suam essentialem et prae alia, quae velut generalis exstet, specialem intellegitur.

262 3. Judaei ipsi ut Messiam, ita ejus aliquod in terris statuendum regnum, quamvis idea distorta interdum apprehensum, aetate Christi exspectabant, id quod patet v. g. ex *Mat* %, 1—6: „Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce, magi ab oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est rex (o *τεχ&ε'ι βασιλεί*) judaeorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus *(o χριστό*) nasceretur. Atilii dixerunt ei: In Bethlehem Judae: sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel"; *Mat* 21,9; hinc acclamatio *Mare* 11, 10: „Benedictus, qui venit (o *ερχόμενο*) in nomine Domini; benedictum, quod venit regnum fr *ερχόμενη βασιλεία)* patris nostri David: Hosanna in excelsis"; *Luc* 19, 38; *Jo* 6, 14. 15: „Illi ergo homines, cum vidissent, quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est *(o ιτροφήτϊβ ◊ ερχόμενο*) in mundum. Jesus ergo, cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus"; *Jo* 19, 19.') Quam exspectationem communem, correctam quidem repudiato regno non conspicuo spirituali, sed mundano, percipimus a Jesu ipso vel

*) Opinionem penitus dehxam judaeorum his testatur ipse *Tacitus* (hist. 1.5. c. 13): .Pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret oriens profectique Judaea rerum poterentur/ — Similiter *Suetonius* (Vespasiani c. 4); „Percrebuerat oriente toto vetus et constat., opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur/

ab evangelistis supponi et manifesto approbari, sive ratione proferendi praedicationem suam ut evangelium regni, regni scilicet illius messiani ab israelitis exspectati, sive aliis modis haud obscuris. Accipe primum *Mat* 4,23: „Et circuibat Jesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni (rijg *βασιλεία '),* et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo“; *Mat* 9, 35; et illud Jesu discipulis dictum *Mat* 13, 11. 19: „Quia vobis datum est nosse mysteria regni (τξ *βασιλεία)* caelorum, illis autem non est datum . . Omnis, qui audit verbum regni *(τη βασιλεία),* et non intelligit, venit malus, et rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui secus viam seminatus est“ ; *Mat* 24, 14: „Et praedicabitur hoc evangelium regni *(τη βασιλεία)* in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: et tunc veniet consummatio"; atque Domini illud *Marc* 10, 14. 15: „Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos, talium enim est regnum *(η βασιλεία)* Dei. Amen, dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud"; *Luc* 4, 43: ,,Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum *(την βασιλείαν)* Dei, quia ideo missus sum"; *Luc* 8, 1; 9,2.11.60; 18, 16. 17; *Act* 1, 3; 8, 12; 19, 8; 20, 25; 28, 23: „Cum constituissent autem illi (Paulo) diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum *(την βαοιλειαν)* Dei, suadensque eis de Jesu ex lege Moysi et Prophetis a mane usque ad vesperam"; *Act* 28, 31. — Tum etiam expende narrationem istam *Mat* 20, 20—23: „Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quidvis? Ait illi: Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo“; *Mat* 27, 11; *Marc* 15, 43: ,,Venit Joseph ab Arimathaea, nobilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum *(την βασιλείαν)* Dei“ (cf. *Mat* 27, 57; Jo 19, 38); *Luc* 17, 20. 21; 23, 51j *Jo* 1, 49. 50: ..Respondit ei Nathanael, et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Jesus, et dixit ei: Quia dixi tibi;

Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis"; *Jo* 12, 13—16; 18, 33—37: „Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Jesum, et dixit ei: Tu es rex (ὁ *βασιλεί)* judaeorum? Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Numquid ego judaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer judaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam"; *Act* 1, 6—8: „Igitur, qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum *(τίν βασιλείαν)* Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum, nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae".

Atqui regnum Messiae seu ecclesia, latiore certe sensu jam exsistens, inducta tantum constitutione essentialiter diversa strictiore a Christo condi potuit.

4. Porro origo exspectationis supra dictae repetenda est ex variis vaticiniis veteris testamenti. Sane per haec

a. praenuntiatum erat regnum Messiae suo tempore venturi, idque regnum veri nominis, quoniam Messias appellatur rex, dominator, princeps, cujus esset thronus, et functiones ejus exhibentur propriae veri regis, quales sunt regnare, dominari, judicare, sedere super solium, pascere populum, habere gentes sibi oboedientes. Ita loquitur Dominus ad David *2 Reg* 7, 12.13: ..Suscitabo semen tuum post te . . et firmabo regnum ejus: ipse aedificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum4. Adde illud Messiae *Ps 2,* 6—8: -Ego autem constitutus sum rex ab eo (ex hebr. Dominus: Ego autem constitui regem meuml super Sion montem sanctum ejus, praedicans praeceptum ejus. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae". Lege et *Ps* 21, 28. 29; 71, 2—11. nDeus judicium tuum regi

da, et justitiam tuam filio regis: judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam, in generatione et generationem. Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident aethiopes, et inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis et insulae munera offerent: reges arabum et Saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terrae: omnes gentes servient ei" ; et hoc promissum Dei *Ps* 88, 21.29.30.34—38 ; .Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum . . In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in saeculum saeculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies caeli . . Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea: neque profanabo testamentum meum, et quae procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Semel juravi in sancto meo, si David mentiar: semen ejus in aeternum manebit. Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in caelo fidelis“. Similiter vaticinatur *Is* 9, 6. 7 : «Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis: et factus est principatus super humerum ejus: et vocabitur nomen ejus: Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis: super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in judicio et justitia, amodo et usque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoca; *Is* 11, 3. 4. 11. 14; 40, 10. 11 ; 52, 7; *Jcr* 23, 5. 6: „Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster" „Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David: ipse pascet eas, et ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, et servus meus David princeps in

medio eorum: Ego Dominus locutus sum"; Zs 37,'24—28; *Dan* 2, 44; *Os* 3, 5: „Et post haec revertentur filii Israel, et quaerent Dominum Deum suum, et David regem suum, et pavebunt ad Dominum, et ad bonum ejus in novissimo dierum"; *Mich* 5, 2—4: .,Et tu Bethlehem Ephratha parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, et egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis. Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet, et reliquiae fratrum ejus convertentur ad filios Israel. Et stabit, et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui, et convertentur, quia nunc magnificabitur usque ad terminos terrae"; *Mal* 3, 1. Eodem spectat, quod pro exsecutione jamjam impendente promissionum antiquarum angelus annuntiat Virgini beatissimae *Luc* 1, 31—33: „Ecce, concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem fror *ϋοόνον)* David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum: et regni ejus non erit finis".

264 1>. Unde regnum idem describitur in terra exstaturum, sive per formulam illam typicam regni soliique David, sive quod in ipso dicitur esse judicandum, sive quod est permansurum cum sole et coram ('J?'?) luna vel coram sole, in singulas generationes, sive quod conversione libera populi ipsique fines terrae se regno tali adjuncturi sunt, sive quod in eo per ambitum terrae totum erit offerendum externum sacrificium, sive etiam aliis disertis affirmationibus. Huc referuntur v. g. 2 *Reg 'I,* 16; *Ps* 2, 8; 21, 28. 29: „Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in conspectu ejus universae familiae gentium. Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium'·; *Ps* 44, 17. 18; 71, 2 ss; 88, 30. 38; *Is* 2, 2—4: „Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, et dicent: Venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. Et judicabit gentes, et arguet populos multos"; */s* 9, 7; 11,3-•U9—10, 42, 1—4: „Ecce, servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum

super eum: judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium, et legem ejus insulae exspectabunt"; A 52, 10; 54, 5: „I<edemtor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terrae vocabitur"; *Jer* 23, *d*; 30, 9: „Servient Domino Deo suo, et David regi suo, quem suscitabo eis"; *Jcr* 33, 14. 15: „Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel et ad domum Juda. In diebus illis et in tempore illo germinare faciam David germen justitiae, et faciet judicium et justitiam in terra"; *Ez* 34, 23. 24; 37, 24. 25: „Et servus meus David rex super eos, et pastor unus erit omnium eorum: in judiciis meis ambulabunt, et mandata mea custodient, et facient ea. Et habitabunt super terram, quam dedi servo meo Jacob, in qua habitaverunt patres vestri, et habitabunt super eam ipsi et filii eorum et filii filiorum eorum usque in sempiternum: et David servus meus princeps eorum in perpetuum"; *Dan 'I,* 27; *Os* 3, 5; *Mich* 4, 1—3; 5, 4; *Zach* 9, 10; *Mal* 1, 10. 11: „Quis est in vobis, qui claudat ostia, et incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum"'. Ad haec videsis *Luc* 1, 32.

C. Prophetiae nunc citatae regnum Christi fere etiam velut 26Ô
aspectabile depingunt. Nihilo setius regnum idem praedicitur futurum indolis spiritualis et supernaturalis, utpote cujus sit promovere cognitionem cultumque veri Dei et hominum justitiam, pacem salutemve sempiternam, cujus regni fundamentum non sit simpliciter creatio, sed, hac supposita, redemptio peccatorum per Christum Deum hominemque efficienda. Quo pertinet illud Moysis *Deut* 18, 15—19: „Prophetam de gente tua et de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, ut petisti a Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Ultra non audiam vocem Domini Dei mei, et ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar. Et ait Dominus mihi: Bene omnia sunt

locuti, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, et ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quae praecepero illi. Qui autem verba ejus, quae loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existant4; tum *Ps* 21, 28. 29 coi. v. *2 ss;* 39, 7—11: ^Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei. Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna: ecce, labia mea non prohibebo: Domine, tu scisti. Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam a concilio multo·; *Ps* 71, 2ss; 109,4: «Juravit Dominus, et non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech"; *Is* 2, 2—4; 9, 6. 7; 11, 1—9; 40, 1—5. 8—11: ^Consolamini, consolamini, populе meus, dicit Deus vester, Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam, quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est . . Exsiccatum est foenum, et cecidit flos: verbum autem Domini nostri manet in aeternum. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta, noli timere. Dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, foetas ipse portabit“ ; *Is* 42, 1—l; >1,3—8. 11: «Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas ejus, et ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini. Gaudium et laetitia invenietur in ea, gratiarum actio, et vox laudis. Attendite ad me, populе meus, et tribus mea. me audite, quia lex a me exiet, et judicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est justus meus.

egressus est salvator meus, et brachia mea populos judicabunt: me insulae exspectabunt, et brachium meum sustinebunt. Levate in caelum oculos vestros, et videte sub terra deorsum, quia caeli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores ejus sicut haec interibunt: salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, et sicut lanam, sic devorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationes generationum . . Et nunc, qui redemti sunt a Domino, revertentur, et venient in Sion laudantes, et laetitia sempiterna super capita eorum: gaudium et laetitiam tenebunt, fugiet dolor et gemitus“; A 52, 1—3. 6—10. 15; 53, 4—6. 10—12: „Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super eum, et livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum . . Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur, in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est: et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit-; *Is* 54 13—15; 55, 3—5. 13: „Inclinate aurem vestram, et venite ad me: audite, et vivet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias David fideles. Ecce, testem populis dedi eum, ducem ac praeceptorem gentibus. Ecce, gentem, quam nesciebas, vocabis, et gentes, quae te non cognoverunt, ad te current propter Dominum Deum tuum et Sanctum Israel, quia glorificavit te . . Iro saliunca ascendet abies, et pro urtica crescet myrtus, et erit Dominus nominatus in signum aeternum, quod non auferetur ‘;

Is 56, 1—8: 59, 19—21; 60, 1. 2. 6. 7. 9. 13. 14. 17-21; 61. 1—3. 6—11 ; 62, 1—5. 8—12; 63, 1 ; 65, 1. 16 ss; 66, 18-24.

266 Consentanea habentur apud *Jer* 3, 15—17; 23, 5. 6; 30,9. 19—22; 31, 31 ss; 32, 38—41; 33, 15. 16: „In diebus illis et in tempore illo germinare faciam David germen justitiae, et faciet judicium et justitiam in terra. In diebus illis salvabitur Juda, et Jerusalem habitabit confidenter, et hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus justus noster (hebr. eam: Jahve justitia nostra)" ; *Ez* 11, 17—20; 34, 24. 30. 31; 36, 25-28: 37, 26—28: „Et percutiam illis foedus pacis: pactum sempiternum erit eis, et fundabo eos, et multiplicabo, et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis, et ero eis Deus, et ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia ego Dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum·; *Ez* 40-48; *Dan* 9, 24; *Os* 2, 16 ss; 3, 5; 14,5—9; 7^72,28.29.32; 3, 17 ss; *Am* 9, 11. 12; *Abd* 17. 21 ; *Mich* 4, 1—3: «Et erit, in novissimo dierum erit mons domus Domini praeparatus in vertice montium et sublimis super colles, et fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multae et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus, quia de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem. Et judicabit inter populos multos, et corripiet gentes fortes usque in longinquum, et concident gladios suos in vomeres, et hastas suas in ligones: non sumet gens adversus gentem gladium, et non discent ultra belligerare4: *Mich* I; 7, 18—20; *Soph* 3, 9—20; *Ag* 2, 7—10; *Zach* 2, 10.11: 3, 9; 6, 11—13: „Et sumes aurum et argentum, et facies coronas, et pones in capite Jesu filii Josedec sacerdotis magni, et loqueris ad eum, dicens: Haec ait Dominus exercituum, dicens: Ecce Vir Oriens nomen ejus (cf. 3, b): et subter eum orietur, et aedificabit templum Domino (cf. *Ez* 40 ss; *Dan* 9, 24 hebr.'. Et ipse exstruet templum Domino, et ipse portabit gloriam, et sedebit, et dominabitur super solio suo et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos: *Zach* 8, 3—8: „Haec dicit Dominus exercituum: Reversus sum ad Sion, et habitabo in medio Jerusalem et vocabitur Jerusalem, Civitas veritatis; et mons Domini exercituum, Mons sanctifieatus. Haec dicit Dominus exercituum: Adhuc habita-

bunt senes et anus in plateis Jerusalem, et viri baculus in manu ejus prae multitudine dierum. Et plateae civitatis complebuntur infantibus, et puellis ludentibus in plateis ejus. Haec dicit Dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi hujus in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum? Haec dicit Dominus exercituum: Ecce ego salvabo populum meum de terra orientis, et de terra occasus solis. Et adducam eos, et habitabunt in medio Jerusalem, et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum in veritate et in justitia"; *Zach* 9, 9. 10: „Exulta satis, filia Sion: jubila, filia Jerusalem, Ecce Rex tuus veniet tibi justus, et salvator: ipse pauper et ascendens super asinam, et super pullum filium asinae. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, et equum de Jerusalem, et dissipabitur arcus belli, et loquetur pacem gentibus, et potestas ejus a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines terrae"; *Zach* 12, 10; 13; 14, 8—11. 16—21; *Mali,* 10. 11; 3, 1- 6. Quibus accedit, quod legimus in limine testamenti novi *Mat.* 1,20—23: „Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ecce, virgo in utero habebit: et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscum Deus"; *Luc* Ï, 15—17.

d. Sed etiam regnum idem repraesentatur ut distinctum 267
tum ab ecclesia mosaica particulari tum ab ecclesia antiqua universali. Etenim ab illa utique discernitur, quando ecclesiae Israel, uti populo Dei tantummodo ad tempus uni peculiari cum pastoribus suis et cum sacerdotibus et his quidem ex tribu Levi constitutis, significatur succedere regnum messianum jam perpetuum omnium temporum, jam universale omnium nationum, idemque unum sub uno summo magistro, pastore, sacerdote secundum ordinem Melchisedech futuro Christo ex tribu Juda, a quo potestas regendi doctrina et imperio et faciendi sacra in homines ministros Christi eosque ex stirpe quavis et gentibus cunctis assumendos continenter derivetur, Quorum nihil non perspicuum erit consideratis locis pluribus

se invicem complentibus, i. e., *Gen* 49, 10: „Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium (hebr. donec veniat nl?'? Pacificator, vel potius nbc Expetitus, et ipsi oboedientia populorum)-; *2* 7, 12. 13. 16; Λ 2, 8; 21,28. 29; 39, 7—11; 44, 17. 18: „Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui in omni generatione et generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, et in saeculum saeculi·; Λ 71,5.7—11.17; 86, 4-6; 88,29. 30. 34.37.38; 109,4 ;*Is* 2,2-4; 9, 6. 7; 11, 1. 3. 4. 10. 12. 14 coi. *Deut* 23, 3; insuper *Is* 25,6-12; 40,5. 11; 42, 1. 4. 6. 7. 10—12; 49, 6. 7. 12. 17-23 coi. 19,24.25; 51,4—8. 11. 16. 22. 23; 52, 10. 15: „Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. . Iste (servus Domini) asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo, viderunt, et qui non audierunt, contemplati sunt-; *Is* 54, 1—5. 15: „Lauda sterilis, quae non paris: decanta laudem, et hinni, quae non pariebas, quoniam multi filii desertae magis quam ejus, quae habet virum, dicit Dominus. Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida. Ad dexteram enim, et ad laevam penetrabis, et semen tuum gentes hereditabit, et civitates desertas inhabitabit. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiae tuae oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuae non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui, qui fecit te: Dominus exercituum, nomen ejus, et redemtor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terrae vocabitur . . Ecce, accola veniet, qui non erat mecum, advena quondam tuus adjungetur tibi“; *Is* 55, 3—5. 13; 56, 3—8: „Et non dicat filius advenae, qui adhaeret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus a populo suo; et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia haec dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, et elegerint, quae ego volui, et tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios advenae. qui adhaerent Domino, ut colant eum, et diligant nomen ejus,

ut sint ei in servos: omnem custodientem sabbatum, ne polluat illud, et tenentem foedus meum, adducam eos in montem sanctum meum, et laetificabo cos in domo orationis meae: holocausta eorum et victimae eorum placebunt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel: Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus"; quibuscum cf. *Dcut* 23, 1 ss. Praeterea vide *Is* 59, 19—21: „Et timebunt, qui ab occidente, nomen Domini, et qui ab ortu solis, gloriam ejus, cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit, et venerit Sion redemtor, et eis, qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus. Hoc foedus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, et de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum^.

Eodem facit *Is* 60, ut v. 1—9: „Surge, illuminare, Jerusalem, 268
quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere surgent. Tunc videbis, et afflues, mirabitur et dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi: inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Eplia: omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabajoth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, et domum majestatis meae glorificabo. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas? Me enim insulae exspectant, et naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longe: argentum eorum, et aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, et sancto Israel, quia glorificavit te"; *Is* 61, 4—11; 62, 2. 4. 6. 7. 10—12; 65, 1. 15 ss; 66, 18—24: „Venio, ut congregem cum omnibus gentibus et linguis, et venient et videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, et mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, et Lydiam tendentes sagittam, in Italiam et Graeciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audi-

erunt de me, et non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino in equis, et in quadrigis et in lecticis, et in mulis et in carrucis ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus: quomodo si inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini. Et assumam ex eis in sacerdotes, et levitas, dicit Dominus: quia sicut caeli novi et terra nova, quae ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, et videbunt cadavera virorum, qui praevaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carni."

Similiter vaticinatur *Jer* 3, 15—17: „Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Cumque multiplicati fueritis, et creveritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet ultra. In tempore illo vocabunt Jerusalem Solium Domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabuntpostpravitatemcordissuipessimiu; ^r30,8.9.19—21; 3J, 31—40, ut v. 31—33: „Ecce, dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Juda foedus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: pactum, quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum"; *Jer* 32, 40; 33, 17—22; *Ez* 34, 23. 24; 37, 22—28; *Dan* 2, 35; 2, 44: rIn diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, et consumet universa regna haec, et ipsum stabit in aeternum·1; *Dan* 7, 27; 9, 24. 26. 27; *Os* 2, 19; *JoeL* 2, 28. 29. 32; 3, 20; *Am* 9, 11. 12; *Abd* 17; *Mich* 4, 1-3. 5. (. 13; 5, 2. 4—8; 7, 11—17: „Dies, ut aedificentur maceriae tuae; in die illa longe fiet lex. In die illa et usque ad te

veniet de Assur, et usque ad civitates munitas, et a civitatibus munitis usque ad flumen, et ad mare de mari, et ad montem de monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, et propter fructum cogitationum eorum. Pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuae, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli; pascentur Basan et Galaad juxta dies antiquos. Secundum dies egressionis tuae de terra Aegypti ostendam ei mirabilia. Videbunt gentes, et confundentur super omni fortitudine sua; ponent manum super os, aures eorum surdae erunt. Lingent pulverem sicut serpentes, velut reptilia terrae perturbabuntur in aedibus suis; Dominum Deum nostrum formidabunt, et timebunt te“; **Soph* 3, 9. 19. 20; *Ag* 2, 7. 8; *Zach* 2, 10. 11: „Lauda et laetare, filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur gentes multae ad Dominum in die illa, et erunt mihi in populum, et habitabo in medio tui: et scies, quia Dominus exercituum misit me ad teu; *Zack* 6, 11—13; 9, 9. 10; 12, 3. 4; 14, 8—11: rEterit in die illa, exibunt aquae vivae de Jerusalem: medium earum ad mare orientale, et medium earum ad mare novissimum: in aetate et in hieme erunt. Et erit Dominus rex super omnem terram: in die illa erit Dominus unus, et erit nomen ejus unum. Et revertetur omnis terra usque ad desertum, de colle Remmon ad austrum Jerusalem, et exaltabitur, et habitabit in loco suo a porta Benjamin usque ad locum portae prioris, et usque ad portam angulorum, et a turre Hananeel usque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea, et anathema non erit amplius, sed sedebit Jerusalem secura“; *Zach* 14, 16—21; *Mal* 1, 10. 11. — Quibus adjungitur in testamento novo *Luc* 1, 32. 33; 2, 30—32, vel parabola grani sinapis (*Mal* 13, 31. 32) vel fermenti (J/tz/ 13, 33) vel vineae (*Mal* 21, 33 ss coi. JZizrc 12, 1 ss et *Lue* 20, 9 ss) vel nuptiarum (*Mat* 22, 2 ss) vel cenae magnae {*Luc* 14, 16 ss) et haec sententia Domini *Jo* 10, 16: „Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor“.

e. Ab ecclesia vero primitiva seu vetere universali regnum messianum in prophetiis internoscitur eo ipso, quod tamquam domus Jacob, novus populus Israel vel Juda, legnum David, nova Sion, nova Jerusalem, mons templi, cum cultu

ISW

sionitico sublimiore, cum tiliis Levi praestantioribus exhibetut proindeque tamquam antitypum praefiguratum ecclesiaemosaicae typicae respondere atque specialem cum hac similitudinem in regimine cultuque uno exprimere indicatur. Ad rem est illud Domini ad David 2 16: „Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus jugiter"; Λ 2,6; 86; 88,30.38; 109,2; Λ 2, 1—3; 4,3.4;9,7; 11,9; 25,6. 7. 10; 40,1. 2; 49, 14-26; 51,3. 11. 16. 22. 23; 52,1-9: «Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion: induere vestimentis gloriae tuae, Jerusalem civitas Sancti, quia non adjiciet ultra, ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excutere de pulvere, consurge, sede, Jerusalenv solve vincula colli tui, captiva filia Sion. Ouia haec dicit Dominus: Gratis venundati estis, et sine argento redimemini. Quia haec dicit Dominus Deus: In Aegyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi, et Assur absque ulla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores ejus inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem: annuntiantis bonum, praedicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus. Vox speculatorum tuorum, levaverunt vocem, simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion. Gaudete, et laudate simul, deserta Jerusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem"; *Is* 54, ut v. 6—14. 17: „Quia ut mulierem derelictam et moerentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia abjectam, dixit Deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemtor tuus Dominus. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui juravi, ne inducerem aquas Noe ultra supra terram: sic juravi, ut non irascar tibi, et non increpem te. Montes enim commovebuntur, et colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet a te, et foedus pacis meae non movebitur, dixit miserator tuus Dominus. Paupercula, tempestate convulsa, absque ulla consolatione: Ecce ego sternam per ordinem lapides

tuos, et fundabo te in sapphiris, et ponam jaspidern propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos, et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Universos filios tuos doctos a Domino, et multitudinem pacis filiis tuis. Et in justitia fundaberis: recede procul a calumnia, quia non timebis, et a pavore, quia non appropinquabit tibi . . Omne vas, quod fictum est contra te, non dirigetur, et omnem linguam resistentem tibi in judicio, judicabis. Haec est hereditas servorum Domini, et justitia eorum apud me, dicit Dominus"; *Is* 55, 5; 56, 3—8.

Quibus adde *Is* 60, ut v. 14: „Et venient ad te curvi filii eorum, 271
qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, et vocabunt te civitatem Domini, Sion sancti Israel"; *Is* 61, 5 ss; 62, ut v. 1—4. 11. 12: „Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor Justus ejus, et Salvator ejus (hebr. justitia ejus et salus ejus) ut lampas accendatur. Et videbunt gentes justum tuum (hebr. justitiam tuam), et cuncti reges inclytum tuum (hebr. gloriam tuam), et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriae in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis ultra Derelicta, et terra tua non vocabitur amplius Desolata, sed vocaberis Voluntas mea in ea, et terra tua, Inhabitata (hebr. tibi dicetur: beneplacitum meum in ea, et terrae tuae: maritata), quia complacuit Domino in te, et terra tua inhabitabitur . . Ecce Dominus auditum fecit in extremis terrae, dicite filiae Sion: Ecce, Salvator tuus (hebr. salus tua) venit: ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo, Et vocabunt eos: Populus sanctus, redemti a Domino. Tu autem vocaberis: Quaesita civitas, et non Derelicta"; *Is* 65, 18. 19. 25; 66, 8—13: „Quis audivit unquam tale? et quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturivit et peperit Sion filios suos? Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus: si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? ait Dominus Deus tuus. Laetamini cum Jerusalem, et exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio universi, qui lugetis super eam, ut sugatis, et repleamini ab ubere consolationis ejus, ut mulgeatis, et deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Quia haec dicit Dominus: Ecce, ego declinabo super eam quasi

fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis: ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Quomodo, si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini*'; *Is* 66, 20—24.

His junge oracula 17; 23,3—8; 30,9.17—22; 31,14.22. 23. 38—10; 32, 37—41 ; 33, 14—26, ut v. 17—22: „Quia haec dicit Dominus: Xon interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel. Et de sacerdotibus et de levitis non interibit vir a facie mea, qui offerat holocautomata, et incendat sacrificium, et caedat victimas omnibus diebus. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens: Haec dicit Dominus: Si irritum potest fieri pactum meum cum die, et pactum meum cum nocte, ut non sit dies et nox in tempore suo, et pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filius, qui regnet in throno ejus, et levitae et sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari non possunt stellae caeli, et metiri arena maris, sic multiplicabo semen David servi mei, et levitas ministros meos0; *£z* 11, 17—20; 34,23. 24.26.30 ; 36, 28. 37.38; 37, 22—28; 40-48; *Os* 2, 16—24; -3, 5; 14, 5-9; *Joel* 2, 32; 3, 16—21; *Am* 9, 11.12; *AM* 17; *Mich* 4, 1—8. 13; 5, 2. 5—8; 7, 11—15; *Soph* 3,11-20; *Zach* 2, 10. 11; 8, 3-8; 9, 9. 10; 12, 3. 4; 13, 1—6; 14, 8-11; 14, 16—21: „Et omnes, qui reliqui fuerint de universis gentibus, quae venerunt contra Jerusalem, ascendent ab anno in annum, ut adorent regem, Dominum exercituum, et celebrent festivitatem tabernaculorum. Et erit: qui non ascenderit de familiis terrae ad Jerusalem, ut adoret regem, Dominum exercituum, non erit super eos imber. Quod et si familia Aegypti non ascenderit, et non venerit, nec super eos erit, sed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quae non ascenderint ad celebrandam festivitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum Aegypti, et hoc peccatum omnium gentium, quae non ascenderint ad celebrandam festivitatem tabernaculorum. In die illa erit, quod super frenum equi est, sanctum Domino; et erunt lebetes in domo Domini quasi phialae coram altari. Et erit omnis lebes in Jerusalem et in Juda sanctificatus Domino exercituum; et venient omnes immolantes, et sument ex eis, et coquent in eis: et non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illo"; *Mal* 3, 1—4: „Ecce, ego mitto angelum meum: et praeparabit viam ante faciem meam. Et

jtatim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quaeritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: et quis poterit cogitare diem adventus ejus, et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem sicut dies saeculi, et sicut anni antiqui". — Adde *Luc* 1, 32. 54. 55.

Atqui praenuntiatis illis omnibus, quae exposuimus, momentis palam est praedici ipsius Jesu Christi ecclesiam constituendam constitutione essentialiter differente ab omni antiquiore ita, ut ea potius quam cum vetere universali liberiore jam cum ejus parte pressiore, i. e., ecclesia mosaica conveniat.

5. Et re vera inveniuntur elementa plura, quae, cum ec- 273
clesiae vetustiori toti defuissent, ecclesiae quidem suae essentialia esse Acerbum incarnatum pro suprema sua potestate voluit. Ita certe elementum jam ecclesiae ex Christi voluntate essentiale apparet magisterium infallibile in fidei et morum deposito eoque absoluto; qua infallibilitatis dote caruisse ipsum magisterium ordinarium sacerdotii levitici videtur demonstrari ex Messia vero sollemniter repudiato {*Mat* 26, 63-66; 27, 1; *Marc* 14, 53. 61—64; *Luc* 22, 66—71; *Jo* 19, 6. 7. 15). Item essentiale est sacrificium eucharisticum omni loco offerendum, et essentialia sacramenta, sunt, quae tamquam verae causae interiorem gratiam sanctificantem ex operato opere producant. Ium essentiale est ecclesiae, quod est perpetuo una in catholicitate saltem juris, i. e., quod est per Domini decretum ex gentibus cunctis colligenda simulque ad consummationem usque saeculi regenda ab uno summo universali visibili pastore mirae plenissimaeque potestatis et pastoribus sub illo inferioribus ecclesiarum particularium, qui peraeque, serie nunquam interrupta, ex natione qualicumque, via propagandi spirituali, desumendi sint. Quae omnia compendio enuntiari possunt affirmando, Christum ipsum instituisse tamquam ecclesiae deinde essentialem potestatem apostolicam, i. e., potestatem evangelii completi infallibiliter docendi, potestatem sacrificandi et sanctificandi, excelsioris ordinis et efficacitatis, potestatem denique regendi ecclesiam tamquam regnum veri nominis unum ex

hominibus omnibus componendum, ita quidem, ut eadem potestas conterretur apostolis sub s. Petro capite pro ecclesiae ipsius perpetuitate perpetuo in successores ex quacumque gente arcessitos transfundenda. Cf. th. II (n. 32 ss).

Atqui exinde innotescit modus ipse, quo formam essentialem propriam minus certe solutam a Verbo incarnato ecclesia sibi habeat.

m 6. Hinc quid jam egit Christus? Coetum religiosum ipse sic constituit, ut pleraque oeconomiae veteri essentialia seponeret, ad perfectionem adducendo alia essentialiter expleret. Atqui hoc idem est ac pristinam ecclesiam simpliciter auferre et statum essentialiter dissidentem conjunctiorem substituendo excitare, unde appareat Dominus vere auctor ecclesiae illius, quae per excellentiam Jesu Christi dicitur.

275 *Propositio major* hisce commonstratur: a. Oeconomia vetus universa, et manifestius quidem synagoga, ex indole sua propria, divinitus disposita, erat generatim typus, figura, umbra, paedagogus, exemplar perfectiorum futurorum, prophetia scilicet vel promissio, nedum verbalis, sed realis; cui opus Christi seu ecclesia novi testamenti responderet ut antitypum, res praefigurata, corpus, servitutis finis, praeparationis terminus in melioribus, evangelium ipsum tum verbale tum reale mysteriorum, quae praesignificata erant, impletorum vel bonorum olim promissorum jam praesentium. Ita erant typica eademque in se vacua oeconomiae veteris speciatim sacramenta et imprimis circumcisio, ut quae ex se sanctitatem tantummodo legalem conferendo portenderent futura sacramenta novi testamenti a Christo posita ut signa gratiae theologicae per se efficientia; similiter erant typica et exilia sacrificia antiqua et in his levitica ad sacrificium novum pretii infiniti unum, sive cruentum sive, quo jam maxime cultus cotidianus exhibetur, incruentum; pariter sicut infirma et egena, ita etiam typica ad cultum vel populum novi testamenti erant instituta synagogae quidem alia, saltem simul sumpta, i. e., tum sacra, sacramentis atque sacrificiis pro peculiari forma cultus exterioris juncta, ut loci sacri vel instrumenta vel tempora, tum observantiae, ut spectantes ad munditiam legalem vel ciborum vestiumque distinctionem et populum Israel a gentibus ceteris separantes; porro cum his utique erat typicum atque imperfectum ipsum priscum sacerdotium, nominatim

etaaronicum, ad sacerdotium excellentius foederis novi, et item typicum prae jurisdictione sacra ad docendum et regendum nova erat magisterium et imperium vetustum, quatenus in moderandis rebus sacris typicis istud versabatur. Vide de hisZàwz 9, 30—10, 4, ubi postremum dicitur: „Fini.s *(τεΙο)*“, h. e., scopus et exitus .enim legis, Christus, ad justitiam omni credenti"; *1 Cor* 10, 6. 11 : .*Haec* autem", quae nempe historia de israelitis egressis ex Aegypto narrat, „in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt . . Haec autem omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt"; *Gal* 3, 23—27: „Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae revelanda erat. Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo *(ει Χριστόν),* ut ex fide justificemur. At ubi venit fides, jam non sumus sub paedagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Jesu. Quicumque enim in Christo *(ει Χριστόν)* baptizati estis, Christum induistis"; *Gal* 4, 1—5. 9. 10: „Dico autem: Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus et actoribus est usque ad praefinitum tempus a patre: ita et nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus . . Nunc autem, cum cognoveritis Deum, immo cogniti sitis a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis et menses, et tempora et annos"; *Gal* 5, 1. 2: „State, et nolite iterum jugo servitutis contineri. Ecce, ego Paulus dico vobis: Quoniam, si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit"; *Coi* 2, 8. 11. 12. 16. 17. 20—23: „\ridete, ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum . . in quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi: consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei. qui suscitavit illum a mortuis . . Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neo-

meniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum; corpus autem Christi . . Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis, quae sunt omnia in interitum ipso usu, secundum praecepta et doctrinas hominum; quae sunt rationem quidem habentia sapientiae in superstitione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnisu; *Hebl.* ut v. 11 — 19: „Si ergo consummatio *(τελείωσι)* per sacerdotium leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit): quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est, ut et legis translatio fiat. In quo enim haec dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari praesto fuit. Manifestum est enim, quod ex Juda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exsurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitae insolubilis. Contestatur enim : Quoniam tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem fit praecedentis mandati, propter infirmitatem ejus et inutilitatem; nihil enim ad perfectum adduxit lex, introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum“; *Heb* 8, 2. 4—7; 9, ut v. 8—14. 22—24; „Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum; quae parabola est temporis instantis, juxta quam munera et hostiae offeruntur, quae non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis et in potibus, et variis baptismatibus et justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Christus autem, assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum. id est-, non hujus creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, aeterna redemtione inventa. Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emun-

dabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi? . . Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, et sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo, exemplaria quidem caelestium his mundari, ipsa autem caelestia melioribus hostiis quam istis. Non enim in manufacta Sancta Jesus introivit exemplaria verorum, sed in ipsum caelum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis"; AW 10,1—29, ut v. 1. 8. 9: „Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere . . Superius dicens: Quia hostias et oblationes, et holocautomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quae secundum legem offeruntur, tunc dixi: Ecce venio; ut faciam, Deus, voluntatem tuam; aufert primum, ut sequens statuat." Cf. *Jo* 19, 36.

Atqui quae sunt futurorum perfectiorum typica et praepara- 276
toria ex se inefficacia, exsistunt temporaria ita, ut per antitypi reique praeparatae adventum et praesentiam ipsam sua sponte excludantur. Quae ratio etiam ab apostolo profertur locis recitatis vel ubi oeconomia prior, ut evacuanda, antiquanda, mobilis, ordinari ad hanc alteram nostram indicatur, quae tamquam manens nova et immobilis pro perfectione sua ultimum divinae manifestationis statum in mortali condicione hominum constituat; vide2G?/3, 7—14; *Heb§,* 7—13; 12, 25—28: „Videte, ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de caelis loquentem nobis avertimus; cujus vox movit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel et ego movebo non solum terram, sed et caelum. Quod autem, Adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem tamquam factorum, ut maneant ea, quae sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus, placentes Deo, cum metu et reverential

I). Synagogae quidem praeter limitationem temporis erat 277
essentialis limitatio loci; nam sicut circumcisio, quae erat tamquam fundamentum et introductio ad cetera opera legis *(Ga/*5,3), ita dignitas populi Dei peculiaris pertinebat ad solos posteros Abraham, qui filii forent promissionis, eorumque familiares vel ex nationibus aliis, quamvis non omnibus, sine obligatione sua illismet adjunctos, qua separatione populus Dei particularis a communi

gentium alienarum corruptione illibatus servaretur *(Gen* 17, 7 ss: *Ex* 12, 43ss; 19, 5; *Deui* 7, (›; 14, 2; *23, 3ss;* 7?r79,9ss; Zrf›, 1 ss; *Ram* 3, 1. 2; 9, 4. 5; cf. s. *Thomae* S. theol. 1. 2. q. 98. a. 5*).* Atqui etiam hae angustiae ethnographicae per Christum jam ablatae sunt, immo pro populo Israel infideli, secundum ipsa prophetarum vaticinia reprobato, ex gentibus reliquis potissimum populus Domini congregatus est. Vide JZz/28, 19; *Mare* 16,15; *Lue* 24, 47; *Aci* 1, 8; 11, 4 ss; *Roni 4,* 9—13. 16. 17: „Beatitudo ergo haec in circumcisione tantum manet, an etiam in praeputio? Dicimus enim, quia reputata est Abrahae fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in praeputio? λ'on in circumcisione, sed in praeputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiae fidei, quae est in praeputio, ut sit pater omnium credentium per praeputium, ut reputetur et illis ad justitiam ; et sit pater circumcisionis non iis tantum, qui sunt ex circumcisione, sed et iis, qui sectantur vestigia fidei, quae est in praeputio patris nostri Abrahae. Non enim per legem promissio Abrahae, aut semini ejus, ut heres esset mundi; sed per justitiam fidei . . Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei. qui ex lege est solum, sed et ei, qui ex fide est Abrahae, qui pater est omnium nostrum (sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt"; *Rom* 9, 24—26: „Quos et vocavit nos non solum ex judaeis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: et non dilectam, dilectam: et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit: In loco, ubi dictum est eis: Non plebs mea vos; ibi vocabuntur filii Dei vivi"; cf. *Os 2,* 23. 24; 1, 10; *1 Pei 2,* 10; *Eph* 2, 11 ss: „Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini praeputium ab ea, quae dicitur circumcisio in carne, manu facta, quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione (rrc *πολιτεία)* Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvens, inimicitias in carne sua; legem

mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corporc, Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites et advenae: sed estis cives *(συνπολῖται)* sanctorum et domestici Dei . . " — Tum vero vide *Dan* 9, 26. 27: -,Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est (hebr. simpliciter et non ei). Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio (hebr. et finis ejus in inundatione et usque ad finem bellum, decisae, i. e., firmiter deefetae vastationes). Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium, et erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio (hebr. et usque ad consummationem et eam decisam effundetur super vastitatem)4'. Ad hoc resume parabolam vineae locatae *Mat* 21, 33 ss cum parallelis *Slarc* 12, 1 ss et *Lue* 20, 9 ss; cf. etiam v. g. *Jer* 2, 21; 12, 10; *Ez* 19, 10 ss; insuper cf. *Heb.* 13, 12}; unde illud Jesu est ad principes synagogae *Mat* 21, 43: „Ideo dico vobis: Quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus- (cf. *Mat* 8, 11. 12); recole quoque parabolam nuptiarum *t.lat* 22, 2 ss vel cenae magnae *Luc* 14, 16 ss; praeterea legas *Rom* 9, 6—8. 27—33: „Non autem quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes, qui ex Israel sunt, ii sunt israelitae, neque qui semen sunt Abrahae, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen : id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis, aestimantur in semine . . Isaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tam quam arena maris, reliquiae salvae fient. Verbum enim consummans, et abbrevians in aequitate, quia verbum breviatum faciet Dominus super terram. Et sicut praedixit Isaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Ouod gentes, quae non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam ; justitiam autem, quae ex fide est. Israel

vero sectando legem justitiae, in legem justitiae non pervenit. Quare? Quia non ex tide, sed quasi ex operibus; offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali; et omnis, qui credit in eum, non confundetur·'; cf. */s* 10, 22. 23; 1, 9; 28, Ili cum 8, 14. 15.

278 c. Videlicet in oeconomia vetere, nominatim synagogae, sunt distinguenda essentialia tria, primum spiritualia vel theologica ac moralia, i. e., spectantia ad fidem, spem, caritatem, mores bonos, salutem sempiternam, quae s. Augustinus mox citandus praecepta vitae agendae nominat, deinde determinata illa caeremonialia vel liturgica, ad extremum iudicialia vel politica, quae cum caeremonialibus a s. Augustino praecepta vitae significandae appellantur (cf. s. *Thomae* S. theol. 1. 2. q. 99. a. 4). Atqui a Christo saltem caeremonialia et judicialia sublata sunt; quae abrogatio est orta ultro tum ex abolito sacerdotio, ut subjecto caeremoniaiium et judicialium praecipuo (cf. *Heb* 7, 12), tum vero proxime ex obtento eorundem scopo, cum caeremoniaiium finis, prae re nova quidem, esset significare Christum cum opere suo etiamtunc venturum, iudicialia autem saltem mediate ad eundem finem derigerentur. continendo scilicet in unitate civili sua populum illum, in quo praeparationes ad Messiam et ecclesiam variae conservarentur vel magis etiam magisque explicarentur.

(1, Manserunt certe spiritualia, ut quae pertineant ad condicionem hominis praesentem supernaturalem vel etiam sint ipsius legis naturalis immutabilis (cf. s. *Thomae* S. theol. 1.2. q. 98. a. 5; *Catechismi romani* p. 3. c. 4. n. 4); sed spiritualia eadem a Verbo incarnato, nec solum accidentaliter, vaticiniis perductis ad eventum, consummata sunt, sive in obiecto fidei materiali vel doctrina salutari theoretica et practica complenda, sive in gratia interna ad majorem morum sanctitatem uberiore rite largienda. Et illud quidem constat ex *'Jo* 16,12—15: „Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur, et quae ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis. Omnia, quaecumque habet Pater. mea sunt. Propterea dixi: Quia de

meo accipiet, et annuntiabit vobis"; cf. *Mal* 28, 19. 20 vel \/*hrc* U», 15; *Heb* 1, 1. 2: „Multifariam, multisque modis *(IIo-* /uuçôs *no/χι(lôrcdtç;)* olim Deus loquens patribus in prophetis: novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula"; eodem spectat sermo montanus *Mal* 5 ss, ut 5, 21. 22: „Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo: Raca; reus erit concilio. Qui autem dixerit: Fatue; reus erit gehennae ignis"; tum *Mat* 19, 8—12. 21. 29: „Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: Quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur: et qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. . Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni, sequere me. . Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit/ Porro ad gratiam internam abundantiorem communicandam tendunt media statuta illa plura, partim omnibus necessaria, per quae hic ipse fructus redemptionis, in temporis plenitudine jam peractae, jam etiam efficacius ex opere operato idemque intensive et «extensive copiosius applicetur.

Minor quoque argumenti (n. 274) prolati liquet. Et sane 28t a. ablato vel uno elemento essentiali aufertur ipsa res. Ergo caeremonialibus vel judicialibus sublatis oeconomia vel ecclesia vetusta simpliciter sublata est.

I). Quocirca non obsistit, quod bona spiritualia, nempe 281 sola, ideoque ecclesia antiqua secundum aliquid sui, pro quo ea poterat ecclesia Christi nominari, post Christum perstiterunt. Idque eo minus obstat, quod haec bona ipsa, et in revelatione

et in gratiae obtinendae modis, etiam essentialiter a Domino perfecta sunt, ad ecclesiam Christi pleniore sensu vocis conformandam. Accedit, quod praecise caeremonialia et judicialia, i. e., typica illa ad ecclesiam Christi, non spiritualia Christi ecclesiae communia, rationem propriam synagogae formaliter ut talis, temporariae et particularis, proindeque, servata proportione, antiquae rei universae, ut erat suo modo caeremonialis, constituebant. Nam dona interna supernaturalia obtinebantur non vi pacti veteris plane peculiaris, initi a Deo cum uno populo Israel, nec rerum hujus pacti propriarum, sed vi foederis novi et aeterni, initi a Deo cum Christo hominum prorsus omnium capite et mediatore promisso ante legem et per Christum cum hominibus (videsis *Ileb* 9, 13—15; *s.Augushm* contra duas ep. pelag. l. 1. c. 7. n. 12; **J/** 44, 555. 556). Et ita spiritualia a gentibus quoque reliquis olim habebantur vel haberi saltem poterant. Hinc spiritualia eadem, sicut et secundum ea homines ipsi omnium ab exordio mundi saeculorum, testamento novo accenseri solent, quod conferebantur illa intuitu meritorum Christi (vide s. *Augustini* contra duas ep. pelag. 1.3. c. 4. n. 6—9; **J/** 44, 591—594), et quod perfectio spiritualium pro stadio praesenti mortalitatis absoluta, considerato quidem statu, non hoc illove homine, character novi testamenti est (cf. *Jo* 1, 14. 16. 17; 7, 38. 39; verba *Leonis* J/. vel *auctoris operis de vocat, omnium gent.,* supra n. 255; s. *Thomai* S. theol. 1. 2. q. 107. a. 1. ad 2 et 3). Et re vera lex vel pactum vetus, aliter ac novum, ex paginis sacris bona tantum temporalia per se respiciebat (legesis *Ex* 23, 22 ss; *Lev* 26; *Deutar. Jos* 23; 24; *Heb* 8, 6; cf. s. *Augustini* de gestis Pelagii c. 5. a. 6). Quodsi supernaturalia quoque bona israelitis promittuntur, non tamquam membris synagogae vel pro operibus legis ut talibus, sive ex opere operato sive ex opere operantis ea exigentibus, sed tamquam membris ecclesiae Christi, tunc quadantenus anticipatae, promittuntur (cf. s. *Thomae* S. theol. 1. 2. q. 103. a. 2; q. 107. a. 1. ad 2. 3); id quod iam contigit Jacobo et Isaaco (*Gen* 28, 14; 26, 4) ipsique Abraham *(yen* 22, 16 18; 12, 2. 3), ut patri non carnali solum populi Israel, verum spirituali fidelium gentium omnium *(Rom* 4,11—IS; 9, 6—8; *Gal* 3, ‹—9. 16›. Adoptio autem, quae prae reliquis

gentibus vindicatur passim israelitis (ut *Rovi* 9, 4; *Ex 4, 22. 23; Dcut* 14, 1. 2; 32, 6; *Os* 11, 1), intellegitur electio in populum Dei specialem, pro speciali quadam populi totius protectione continua externa, non sensu proprio facta per gratiam sanctificantem singulis infusam (vide *Jo* 1, 17; *Rom* 2, 28. 29; *Gal* 3, 11. 12. 23—27; 4, 3—7. 24—26). Utique finis ultimus ecclesiae etiam mosaicae erat salus supernaturalis; at hic finis erat synagogae, cum ecclesia novi testamenti comparatae, tantum mediatus (cf. s. *Thomae* S. theol. 1. 2. q. 107. a. 1), quod ordinabatur illa proxime sive ad iustitiam legalem conferendam *[Heb* 9, 13) eoque ipso typum rituum efficientium theologicae justitiae effingendum sive ad formandum populum Dei unum peculiarem. Quamquam ritus sacros veteres etiam absolute vel per se considerare licet; sub qua ratione debebant procedere ex animo pio (cf. *Is* 1, 11 ss; 29, 13) vel consentiente gratiae etiam ante Christum operantibus donatae, et ita poterant esse vitae salutaris cultusque interioris supernaturalis, ut fidei, spei, caritatis, initii rei novae, non minus alimentum aliquod exterius quam manifestatio jam ex se aliquatenus, saltem m genere, requisita; neque enim religio ulla sine cultu Dei externo, ut sacrificiorum, esse potest (cf. s. *Thomae* S. theol. 1. 2. q. 99. a. 3; q. 101. a. 1. 2; q. 102. a. 2. 3).

c. Unde s. Petrus sollemni definitione legem ideoque ec- 282
clesiam mosaicam abolitam jam esse in ipso concilio hierosolymitano declaravit dicens *Act* 15, 7: „Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum evang'elii, et credere. 8. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut et nobis: 9. et nihil discrevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum. 10. Nunc ergo, quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? 11. Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi/ Porro hoc decretum, quamvis directe non nisi conversos ex gentibus respiciat, pro cunctis tamen valet, ut vel videtur eo indicari, quod generatim discipuli nominantur (v. 10) et quod iugum legis mosaicae pro ipsis fidelibus iudaeis per verbum „potuimus“ tamquam res praeterita inducitur (ib.); idemque noscitur ex eo, quod ratio decreti reddita (v. 9. 11)

vim propriam aequaliter pro omnibus exercet. Vide et *Mat* 11, 11—13; *Luc* 16, 16; „Lex et Prophetae usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evangelizatur"; *Gal* 3, 19.

283 d. Ad haec patet, statum ecclesiae a Christo ut ab auctore vero impertitum cum essentialiter diversum esse ab oeconomia vetere tum vinculis artioribus contineri sive prae ecclesia, quae potuerit esse, omnium gentium ante Christum universali sive prae ecclesia Israel particulari, quatenus quidem haec non magnam partem ex line etiam principe suo typica, sed ipsa jam quodammodo ecclesia Christi fuerit.

7. His congruit doctrina Patrum affirmantium, relicta synagoga ecclesiam ex Christi latere formatam esse, ecclesiam fuisse a Christo aedificandam eamque fundatam esse super Petrum, adventum regni Dei, i. e., ecclesiae ab apostolis nuntiatum esse, ecclesiam Christi sine ministerio apostolorum, nominatim Petri, vel successionis apostolicae iam non esse. Revisantur testimonia eiusmodi complura in hoc tractatu sparsa et ea Patrum etiam veterrimorum, ut *Clementis roinani, Ignatii, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Ft-nniliani* (n. 27. 47. 48. 68—72. 87. 103 etc).

Eodem fere *Justini* cum 1 ryphone judaeo dialogus refertur, ubi inter alia legimus (n. 11. 29. 42. 43; *M* 6, 498 s. 538. 566 sj „Quae in Oreb promulgata lex est, vetus jam et vestra solum est; haec autem omnium prorsus est; lex autem adversus legem posita priorem abrogat; similiter testamentum posterius superiori finem imponit, ac aeterna nobis et novissima lex Christus datus est, et testamentum fidele, post quod non lex, non praeceptum, non mandatum. An tu ea non legisti, quae dicit Isaias: ‚Audite me, audite.me, populus meus, et reges auscultate mihi; quoniam lex a me exibit et judicium meum in lucem gentium. Appropinquat celeriter justitia mea. et egredietur salutare meum, ct in brachium meum gentes sperabunt (Is 51, 4. 5). Et per Jeremiam de hoc ipso testamento sic loquitur: ‚Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et testabor domui Israel et domui Juda testamentum novum; non quod testatus sum patribus eorum in die qua apprehendi manum ipsorum, ut educerem eos de terra Aegypti' 'Jer 3-)· er£° novum testamentum Deus institutum iri praedicavit, illudque in lucem genti videmus au(em „

persuasum habemus per nomen ipsius crucifixi Jesu Christi, a simulacris et ab alia nequitia homines ad Deum accedere, ac ne morte quidem proposita a confessione et pietate discedere, cum ex operibus, tum ex consequentibus miraculis licet omnibus intelligere hunc esse novam legem, et novum testamentum et exspectationem eorum qui ex omnibus gentibus a Deo bona exspectant. Verum enim israeliticum, spiritale, et Judae genus, et Jacob et Isaac et Abraham, cujus in praeputio fidem testimonio suo comprobavit Deus, eique benedixit, ac patrem multarum gentium vocavit, nos, inquam, hoc genus sumus, qui ad Deum per hunc crucifixum Christum perducti sumus . . Glorificemus Deum una congregatae gentes, quod nos quoque inviserit. Glorificemus eum per regem gloriae, per Dominum virtutum. Beneplacitum est enim illi etiam super gentes, ac victimas a nobis accipit libentius, quam a vobis. Quid igitur mihi adhuc opus est circumcisione, qui Dei testimonio comprobatus sum? Quis usus hujus baptismatis, qui Spiritu sancto baptizatus sum? Videor mihi haec edisserens iis etiam, qui parum intelligentia praediti sunt, persuasurus. Neque enim haec verba a me composita sunt, aut humana arte exornata; sed ea David psallendo cecinit, Isaias evangelizavit, Zacharias promulgavit, Moyses scripsit. Agnoscis ea, Trypho? Consignata sunt litteris vestris, vel potius non vestris, sed nostris. Nos enim iis adhaeremus; vos autem legendo sententiam non perspicitis . . Ac cetera quidem prorsus omnia, o viri, a Moyse instituta enumerans demonstrare possum, ajebam, imagines et signa et praenuntiationes fuisse tum eorum quae Christo eventura erant, tum eorum qui in eum crediturі praenoscebantur, tum eorum etiam similiter, quae Christus ipse facturus erat . . Quemadmodum igitur ab Abrahamo circumcisio, a Moyse autem sabbatum et victimae et munera et feriae incoeperant, atque, ut demonstratum est, ob duritiam cordis populi vestri instituta fuerant, ita ea desinere oportebat in eum, qui secundum voluntatem Patris, ex Virgine generis Abrahae, tribus Juda et stirpis David, genitus est, Filium Dei Christum; qui et lex aeterna et novum testamentum universo mundo praedicabatur adventurus, ut jam allata oracula demonstrant. Ac nos quidem, qui per eum ad Deum accessimus, non istam carnis circumcisionem accepimus, sed spiritualem,

quam Enoch ejusque similes custodierunt; atque hanc per baptismum, quia in peccatis fueramus, misericordia Dei consecuti sumus; licetque omnibus similiter consequi?

288 Quibus illud *Augustini* addimus (contra Faustum l. 10. c. 2; **J/** 42, 243): nJudaeo autem dicenti mihi: cur tenes vetus testamentum, cuius praecepta non servas? respondeo, servari a Christianis etiam ex ipsis libris (veteris testamenti: praecepta vitae agendae; praecepta vero vitae significandae tunc recte observata, cum praenuntiabantur ista, quae nunc revelata snnt. Quapropter etiam ipsa sic non observo ad religionem, ut teneam tamen ad testificationem: sicut et promissa carnalia, quae ibi continentur, unde proprie vetus dicitur testamentum. Quamvis enim mihi aeterna speranda revelata sint, et illa tamen attestantia lego, quae ‚in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obvenit' (1 Cor 10, 11)? Et illud (de civ. Dei l. 10. c. 20; **J/** 41, 298): „Verus ille Mediator, in quantum formam servi accipiens mediator effectus est Dei et hominum homo Christus Jesus, cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo et unus Deus est, tamen in forma servi sacrificium maluit esse quam sumere, ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturae. Per hoc et sacerdos est, ipse offerens, ipse et oblatio. Cujus rei sacramentum quotidianum esse voluit ecclesiae sacrificium: quae cum ipsius capitis corpus sit, se ipsam per ipsum discit offerre (al. cum ipsius corporis ipse sit caput, et ipsius capitis ipsa sit corpus, tam ipsa per ipsum, quam ipse per ipsam suetus offerri). Hujus veri sacrificii multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veroque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt? Vel (ib. l. 17. c. 20. n. 2; **J/** 41,556): „In . . libro, qui vocatur Ecclesiastes, ubi ait ‚non est bonum homini, nisi quod manducabit et bibet' ¡Eccl 8, 15), quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensae hujus pertinet, quam sacerdos ipse Mediator testamenti novi exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore et sanguine suo? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris testamenti, quae immolabantur in umbra futuri:

propter quod etiam vocem illam in psalmo tricesimo et nono ejusdem Mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus: .Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mih? (Ps 39, 7). Quia pro illis omnibus sacrificiis et oblationibus corpus ejus offertur, et participantibus ministratur.“ — Magnifice e more *Leo M.* (serm. 59. al. 57. c. 7; **J/** 54, 341): .Traxisti, Domine, omnia ad te, quoniam scisso templi velo, sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt: ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem, et lex in evangelium verteretur. Traxisti, Domine, omnia ad te, ut quod in uno Judaeae templo obumbratis significationibus agebatur, pleno apertoque sacramento, universarum ubique nationum devotio celebraret. Nunc etenim et ordo clarior levitarum, et dignitas amplior seniorum, et sacratior est unctio sacerdotum . . Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum, una corporis et sanguinis tui implet oblatio . . et ita in te universa perficis mysteria, ut sicut unum est pro omni victima sacrificium, ita unum de omni gente sit regnum.“ Idem (serm. 66. al. 62. c. 2; *M* 54, 365. 366) hoc modo loquitur: „Sic congruebat illos populos erudiri, ut quae revelata non caperent, obumbrata susciperent, et maior evangelii esset auctoritas, cui tot signis totque mysteriis, veteris testamenti paginae deservissent; de quibus Dominus profitebatur, quod non venerat legem solvere, sed adimplere Mat 5, 17). Ne itaque aestimet sibi prodesse judaeus, quod in litterae carnaliter superficie demoratur, et iis scripturis convincitur repugnare, quae apud nos veram sui obtinent dignitatem, dum et erudimur praedictis, et ditamur impletis. Dicente enim Domino: ‚Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me' (Jo 12, 32), nihil legalium institutionum, nihil propheticarum resedit figurarum, quod non totum in Christi sacramenta transierit. Nobiscum est signaculum circumcisionis, sanctificatio chrismatum, consecratio sacerdotum; nobiscum puritas sacrificii, baptismi veritas, honor templi, ut merito cessarint nuntii, postquam nuntiata venerunt; nec vacuatur reverentia promissionum, quia plenitudo manifestata est gratiarum/| — Et *Gregarius* J/. (in evang. hom. 32. n. 6; **J/** 76, 1236 s): „Quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore victuri erant, ut ecclesiam Dei constructam conspicerent, et contra mundi, huius

gloriam erectam, consolatoria promissione nunc dicitur: ‚Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei' (Luc 9, 27).u

287 Demum huc omnes illi loci majorum pertinent, quibus ecclesiam novi testamenti praesignificatam et adumbratam agnoverunt sive oeconomia vetere generatim sive typis specialibus, ut opificii sex dierum, formationis Hevae, paradisi, arcae Noe. vocationis Abraham, uxorum quoque patriarcharum vel mulierum insigniorum antiqui testamenti (cf, *Gal* 4, 22 ss), domuum populi Israel in Aegypto (cf. *Ex* 10, 23; 12, 7—13; *Safi* 18,1), eorum, quae populo in promissam terram contendenti evenerunt, tabernaculi mosaici (cf. *Ex* 26, 1 ss), domus Rahab, velleris Gedeon, civitatis Jerusalem etc. Cui argumento, quatenus repetitur ex persuasione Patrum de indole typica temporis praecedentis Christum, vis sua tota manet, etsi rebus lapsu hominis prioribus ratio veri typi pro ecclesia Christi denegatur. Ita v. g. *Origencs* (in Gen. hom. 2. n. 3; **J/** 12, 167. 168): „Sicut . . tunc dictum est ad illum Noe, ut faceret arcam, et introduceret in eam secum non solum filios, et proximos suos, verum etiam diversi generis animalia, ita etiam ad nostrum Noe, qui vere solus justus et solus perfectus est, Dominum Jesum Christum in consummatione saeculorum dictum est a Patre, ut faceret sibi arcam ex lignis quadratis, et mensuras ei daret coelestibus sacramentis repletas. Hoc enim designatur in Psalmo ubi dicit: ‚Pete a me; et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae' (Ps 2, 8). Construit ergo arcam, et facit in ea nidos, id est, promptuaria quaedam quibus diversi generis animalia recipiantur. De quibus et propheta dicit: .Perge, populus meus, intra in promptuaria tua, absconde te parumper donec transeat furor irae meae' (Is 26,20). Confertur ergo populus hic qui salvatur in ecclesia, illis omnibus, sive hominibus, sive animalibus, quae salvata sunt in arca. Verum quoniam non est omnium unum meritum, nec unus in fide profectus, idcirco et arca illa non unam praebet omnibus mansionem, sed bicamerata sunt inferiora, et tricamerata superiora, et nidi distinguuntur in ea, ut ostendat quia et in ecclesia licet omnes intra unam fidem contineantur, atque uno baptismate diluantur, non tamen unus omnibus atque **idem profectus est, sed unusquisque in suo ordine. Hi** quidem,

qui per rationabilem scientiam vivunt et idonei sunt non solum semetipsos. regere, sed et alios docere, quoniam valde pauci inveniuntur, paucorum qui cum ipso Noe salvantur, et proxima ei propinquitate junguntur, tenent figuram, sicut et Dominus noster verus Noe Christus Jesus paucos habet proximos, paucos filios et propinquos, qui verbi ejus participes sint, et sapientiae capaces. Et ii sunt, qui in summo gradu positi sunt, et in summitate arcae collocantur. Ceterum multitudo irrationalium animalium, vel etiam bestiarum in inferioribus locis habetur, et eorum maxime, quorum feritatis saevitiam nec fidei dulcedo mollivit. Superiores vero aliquantulo ab his sunt, qui licet minus rationis, plurimum tamen simplicitatis, innocentiaeque custodiunt. Et sic per singulos habitationum gradus ascendentibus pervenitur ad ipsum Noe, qui interpretatur requies, vel justus, qui est Jesus Christus.“ — *Cyprianus* vero scribit (libri ad Demetrian. n. *22; M* 4, 561): „Quod ad passionem et sanguinem Christi pertineat hoc signum“, quo qui signati fuerint, evadere possint, „et ille salvus atque incolumis reservetur quisquis in hoc signo invenitur, item Dei testimonio comprobatur dicentis: ‚Et erit sanguis in signo vobis super domos in quibus vos eritis; et videbo sanguinem, et protegam vos, et non erit in vobis plaga diminutionis cum percutiam terram Aegypti' (Ex 12, 13). Quod ante occiso agno praecedit in imagine, impletur in Christo, secuta postmodum veritate. Ut illic, percussa Aegypto, judaicus populus evadere non nisi sanguine et signo agni potuit, ita et, cum vastari coeperit mundus et percuti, quisquis in sanguine et signo Christi inventus fuerit, solus evadet.“

Ambrosius loquitur hunc in modum (in Ps 38. n. *25; 288* **J/**14, 1051): „Primum . . umbra praecessit, secuta est imago, erit veritas. Umbra in lege, imago vero in evangelio, veritas in coelestibus. Umbra evangelii et ecclesiae congregationis in lege, imago futurae veritatis in evangelio, veritas in iudicio Dei. Ergo quae nunc colebrantur in ecclesia, eorum umbra erat in sermonibus prophetarum: umbra in diluvio, umbra in rubro mari, quando baptizati sunt patres nostri in nube, et in mari: umbra in petra, quae aquam fluxit, et populum sequebatur. Nonne illud in umbra erat sacrosancti hujus mysterii sacramentum? Nonne in umbra erat aqua de petra,

quasi sanguis ex Christo . . ? Sed iam discessit umbra noctis et caliginis iudaeorum, dies appropinquavit ecclesiae. Videmus nunc per imaginem bona, et tenemus imaginis bona? — Si militer *Augustinus* (in Ps 103. serm. 3. n. 2; **J/** 37, 1358): rIn arca Noe, qua nemo nostrum dubitat ecclesiam esse praefiguratam. non includerentur omnia genera animalium, nisi in illa unitate compaginis omnes gentes significarentur: nisi forte putamus, si omnia talia penitus diluvio delerentur, defuturam fuisse Deo potestatem jubendi ut terra ea produceret, sicut primo verbo ejus produxerat. Non ergo frustra, non temere, non aliqua indigentia Dei vel inopia potestatis jussa sunt animalia illa in arca includi/·' Vel (de unitate ecclesiae c. 5. n. 9. 10; ***M*** 43, 397. 398): „Nulli nostrum dubium est, per arcam Noe, salva rerum gestarum fide, ut deletis peccatoribus domus justi a diluvio liberaretur, etiam ecclesiam fuisse figuratam. Quae forte humani ingenii conjectura videretur, nisi hoc Petrus apostolus in epistola sua diceret (1 Pet 3, 20. 21) . . Scriptum est in libro judicum: ‚Et dixit Gedeon ad Dominum: Quoniam tu salvum facies Israel in manu mea, quemadmodum locutus es; ecce ego pono vellus lanae in area, et si factus fuerit ros in vellere, in omnem vero terram siccitas, sciam quoniam salvum facis in manu mea Israel, sicut locutus es. Et factum est sic: et diluculo vigilavit Gedeon in crastinum, et expressit vellus; et decucurrit ros de vellere plena pelvis aquae. Et dixit Gedeon ad Dominum: Non irascatur furor tuus in me, Domine, et loquar adhuc semel, et tentabo adhuc semel in vellere. Fiat siccitas in vellere tantum, in omnem autem terram fiat ros. Et fecit Deus sic in nocte illa, et facta est siccitas in vellere tantum, super omnem autem terram ros‘ (Jud 6, 36—40). Non video quid hic aliud figuratum et praenuntiatum sit, nisi ut aream intelligamus orbem terrarum, locum autem velleris populum Israel. Novimus enim illam quondam gentem divini sacramenti gratia tanquam coelesti rore perfusam; cujus muneris per omnes in circuitu gentes, quia eo carebant, tanquam siccitas erat. Erat autem apud illum populum hoc munus in vellere, id est in velamine et quasi in nube secreti, quia nondum fuerat revelatum. Nunc autem sidemus orbem terrarum jam revelato rore saginari per esangelium Domini nostri Jesu Christi, quod tunc in illo

tegmine figurabatur: illam vero gentem amisso sacerdotio quod habebat, quia in scripturis non intelligit Christum, tanquam in sicco vellere remansisse.“ Vel etiam (de civ. Dei l.7. c. 32; **J/** 41, 221): „Mysterium vitae aeternae jam inde ab exordio generis humani per quaedam signa et sacramenta temporibus congrua, quibus oportuit, per angelos praedicatum est. Deinde populus hebraeus in unam quamdam rempublicam, quae hoc sacramentum ageret, congregatus est; ubi per quosdam scientes, per quosdam nescientes, id quod ex adventu Christi usque nunc et deinceps agitur, praenuntiaretur esse venturum: sparsa etiam postea eadem gente per gentes propter testimonium scripturarum, quibus aeterna salus in Christo futura praedicta est. Omnes enim non solum prophetiae, quae in verbis sunt, nec tantum praecepta vitae, quae mores pietatemque conformant, atque illis litteris continentur, verum etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum, sive templum, altaria, sacrificia, cerimoniae, dies festi, et quidquid aliud ad eam servitutem pertinet, quae Deo debetur, et graece proprie *λατρεία* dicitur, ea significaverunt et praenuntiaverunt quae, propter aeternam vitam fidelium in Christo et impleta credimus, et impleri cernimus, et implenda confidimusu.

Deinde *Anastasiiissinaita* (in hexaem. l. 7; **J/**89, 961 s. 969 s): 289
Λeteres . . ecclesiarum interpretes, Philo, inquam, philosophus et tempore aequalis apostolis, et celebris Papias hierapolitanus, Joannis evangelistae discipulus, et Irenaeus lugdunensis, et Justinus martyr et philosophus, et Pantaenus alexandrinus, et Clemens stromateus, et eorum asseclae spiritualiter sunt contemplati de Christi ecclesia ea quae scripta sunt de paradiso. Ex quibus sunt duo in rebus omnibus doctissimi cappadoces Gregorii. Ii omnes quibusdam de causis dicebant esse etiam aliquem paradisum spiritualem . . Paternam sententiam et de paradiso sensili traditionem recipimus, suscipimus, et amplectimur, In hoc enim opere nos praemunientes saepe diximus quod divinae scripturae historiam quae litterae convenit non dissolvimus, neque sanctorum Patrum nostrorum sententias evertimus. Et tamen quoniam audimus divum Paulum omnia quae sunt in lege mystice ad Christum referentem: nempe tabernaculum, arcam, urnam, templum, agnum, cibos, potiones, ligna, animalia, volucres, aurum, smaragdos, carbunculos,

aquas, et reliqua omnia quae tunc quidem facta sunt mystice, comenienter litterae, nunc autem in ecclesia vere cernuntur spiritualiter considerandum est num haec quoque quae nunc de sensili paradiso *a* Mose corporaliter scripta sunt, ad Christum et ecclesiam relata typice prius descripta sint, siquidem omnino per Christum facta sunt, praesignificantia ejus carnis susceptionem . . Convenit diligenter quaerere quid sit ortus, qui graece est (.'rcrroZ?. et quid ortus qui est *ïξανατολή*. . Dilucide admodum et apposite dictum est prophetice de ecclesia: ‚Exoriri fecit adhuc Dominus Deus e terra omne lignum pulchrum ad videndum et bonum ad comedendum' (Gen 2, 9). Nam orta quidem est in initio ecclesia quando facta fuit viridis et bene germinans, densasque habens suas arbores, exsiccata autem fuit ab aestu maligni solis qui transfiguratur in angelum lucis, cum in eam per os sibilasset serpens et eam exsiccasset per idololatriam. Cum ergo venisset coelestis fluvius Deus Verbum, et eam irrigasset per aquam et fluvium, exorta est et rursum germinavit, et iterum vivificavit ratione praedita ejus ligna, de quibus dictum est: ‚Et exoriri fecit adhuc Dominus Deus e terra·'; hoc est, postquam mortua et exsiccata esset, adhuc secundo ordine rursus germinavit ratione praedita Christi terra ‚omne lignum pulchrum ad videndum et bonum ad comedendum'.4* — Et *Bruno asiensis* (hom. 34; *M* 165, 790. 791) respiciens tria tabernacula memorata ab apostolo (Heb 9, 2. 3. 11) profert ista: „Primum igitur tabernaculum est synagoga, secundum ecclesia, tertium coelum . . Primum in umbra fuit et figura; secundum in figura est, et veritate; tertium in veritatis aula (al. in veritate sola). In primo ostenditur vita; in secundo datur; in tertio possidetur. Non enim sacramenta ecclesiae, ut sacramenta synagogae medicinam docent et ostendunt; sed ipsa potius sunt medicina et remissio peccatorum." Idem auctor scripsit sententiarum librum primum de ecclesiae figuris: cujus ipse hic est prologus (*M* 165, 875. 876): „Cum sint multa et pene innumerabilia in divinis voluminibus quae sponsam Christi s. ecclesiam significant, quaedam tamen sunt, in quibus ejus laudes et majora sacramenta manifestius et plenius contineri videntur. Ut v. g. paradisus cum arboribus tluminibusque suis, sicut et arca quam ex bei praecepto Noe fabricavit. Similiter autem

tabernaculum quod Moyses construxit. Similiter et templum quod aedificavit Salomon. Per mulierem quoque figuratur ecclesia, quod cantica canticorum manifeste demonstrant. Civitas quoque s. Jerusalem et basilicae quae nunc ab episcopis ubique dedicantur ecclesiam Dei aperte significant. De his igitur secundum ordinem quo posita sunt non omnia quidem, sed quae tempori materiae quid conveniant, Domino adjuvante, in sequentibus exponemus.“ — Praeterea legesis *Justini* dial, cum Tryphone n. 119. 134. 138 (JZ 6, 754. 786 s. 794), *Irenaci* l.5. c. 20. n. 2 (JZ 7, 1178), *Cypriani* ep. 73. ad Jubajan. n. 10 (JZ 3, 1116), de unitate ecclesiae n. 6. 8 (JZ 4, 503. 506), *Eusebii* demonstr. evang. l. 4. n. 17 (JZ 22, 326 ss), *Hieronymi* l. 3. in Eph 5, 31 (JZ 26, 535), ep. 52. ad Nepotian. n. 3 (JZ 22, 530), *Augustini* contra Faustum l. 22. c. 38 ss (JZ 42, 424 ss), de civ. Dei l. 13. c. 21 (*M* 41, 394. 395), l. 15. c. 26 (ib. 472. 473), l.17. c. 3. 4. c. 16. n. 2 (ib. 525 ss. 549 s), *Cyrilli alex,* glaph. in Gen, ut sparsim l. 2. 3. 4 (JZ 69, 50 ss), *EtUgentii* de rem. pecc. l. l. c. 20 (JZ 65, 543. 544), *Anastasii sinaitac* in hexaem. vel ipsam praefationem (JZ 89, 854 ss), *Gregorii Ai.* in evang. hom. 22. n. 7 (JZ 76, 1177. 1178), moral. l. 28. c. 7. n. 17. 18 (ib. 457. 458).

8. Et in universum prosit cum hac parte thesis conferre th. I. p. II (n. 24 ss), ubi ecclesiae nomen ipsum coetui a Christo prodeunti adhaesisse velut proprium vidimus.

Demonstratio p. **III,** qua exsulare hac ecclesia a Christo 291
constituta idem jam esse dicimus atque esse extra ecclesiam omnem Dei.

1. Aedificavit ipse Christus, \rerbum incarnatum, ecclesiam, quam appellavit suam (*Alat* 16, 18) proindeque ut jam nominis hujus unicam a quovis coetu religioso alio discrevit. Atqui in praesenti ordine providentiae ecclesia Dei vera minime potest esse, quae non sit Jesu Christi; etenim ex satisfactione et meritis beatis Restitutoris generis humani, in Adam primo lapsi, jam pendet illa tota (vide v. g. *Act* 4, 12), neque potest esse ecclesia legitima contra sive praeter voluntatem ejus, cujus est potestas omnis in caelo et in terra (ex *Mdt* 28, 18). Ergo homines quicumque non pertinent post Christum ad ecclesiam illius formae specialis a Domino fundatam, sunt ab ecclesia Dei simpliciter extorres.

2. Et sane ex parte thesis praecedente ecclesia oeconomiae' veteris non simul cum ecclesia testamenti novi perdurare debuit, verum potius desinere, sive per typorum praesignantium exitum, in ipsis quidem rebus typorum promittentium veritatem commonstrantibus, sive per transitum incohati et imperfecti in consummatum et perfectum, ut per pleniorem documentorum salutarium explicationem, uberioris gratiae pro praeceptis observandis statam donationem, auctoritatis ipsius Christi Jesu vel legatorum ejus latissimam interpositionem. Quo pertinet illud Domini *Ifat 5,* 17: „Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere^ ; eodem applicare licet dictum hoc apostoli *l Cor* 13, 10: „Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.· Nimirum quatenus ecclesia antiqua formaliter erat typica, desiit omnino substitutis jam antitypis ordinis altioris; quatenus vero tamquam Dei et Christi ecclesia et ipsa continebat elementa spiritualia, ut fidei professionem cultusque supernaturalis exercitium vel disciplinam religiosam, desiit substituto statu ejusdem quidem ordinis, sed essentialiter per voluntatem Christi perfectiore, videlicet in veritate salutari tota ab ore magisterii infallibilis per gentes hominesque omnes accipienda, in ritibus efficacibus a ministerio sacratiore peragendis, quorum primus baptismus, instar januae ecclesiae, jam omnibus necessarius exsisteret, in legibus actionum ab imperio uno potentiore novo civibus regni Christi universalis imponendis. Atqui hoc ipso idem est non pertinere ad ecclesiam Dei Christique Jesu novam ac pertinere ad ecclesiam nullam.

3. Doctrina eadem non minus esse dogma fidei pernoscitur, quam est ex verbo Dei scripto traditoque dogma, super unum ministerium apostolicum sub Petro capite ecclesiam Christi totam aedificatam esse (th. II—VII). >mBH

294 4. Restat, ut pars ista thesis cum superiore solutis dubiis confirmetur: a. Sicut ecclesia antiqua saltem particularis, quo adventus Christi erat propior, eo facta est perfectior, accedente quidem forma per legem scriptam determinata novarumque semper revelationum incremento, ita ecclesia Christiana novae legis secundum suavem Dei providentiam non uno quasi ictu constituta est, sed paulatim ad ultimam suam et perpetuo duraturam turmam seu perfectionem est adducta. Namque non

statim Christus veterem ecclesiam abolevit, verum prius auctoritatem propriam divinam argumentis variis demonstravit. Interim vero fundamentalia quaedam ecclesiae suae elementa jacere coepit, quatenus jam ante passionem suam instituit sacramenta praecipua baptismi (*Jo* 3, 22. 26; 4, 1. 2 col. 1, 26. 31. 33) et eucharistiae cum sacrificio et sacerdotio {*Lite* 22, 19. 20·; / *Cor* 11, 23—26; *concilii trid.* s. XXII c. 1. cn. 2; *D* 816. 826); unde etiam regnum Dei, iam praesens scilicet et incohatum, evangelizavit (*Lite* 16, 16). Porro post mortem demum et resurrectionem suam ideoque post pretium ecclesiae acquirendae persolutum (cf. *Lue* 22, 20 cum *1 Cor* 11, 25; *Act* 20, 28; /M9,15 ss) Dominus aedificium ecclesiae inceptum, extremam velut manum imponendo, penitus absolvit, institutis sacramentis reliquis (*Jo* 20, 22. 23; *Aci* 1, 3), hierarchia novi ejusdemque nobilioris ordinis perpetua (*Jo* 20, 21 ; *Mat* 28, 18—20; *Marc* 16, 15. 16), nominatim autem supremo et visibili principio ac centro unitatis (77? 21, 15—17 col. *Mat* 16, 18); ridesis th. II (η. 32 ss).

Hinc non est mirum, si Jesus ante passionem suam et primatus institutionem in synagoga, nondum abrogata vel ecclesiae opere permutata, comitantibus discipulis conversatus esse legitur.

1), Ceterum Jesus Christus commercium cum synagoga 295
utique retinuit, quin immo templi legisque sanctitatem praxi et doctrina sua comprobavit (*Jo* 2, 13—17 vel *Mal* 21, 12. 13; > 5, 45-47; 18, 20; *Mai* 23, 2. 3. 17—21. 23; 26, 18), et ad solum populum Israel, certe personaliter vel proxime, se missum attestatus est (zl/rz/ 15, 24); sed simul legis mosaicae seu ecclesiae veteris particularis antiquationem et ecclesiae novae universalis in locum eius successionem iam praenun* tiavit verbis, factis variis praeformavit. Ad illa quidem pertinet ex *Mat* 8, 10 — 12: „Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Anien, dico vobis: non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraham, et Isaac et Jacob in regno caelorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentiumu; *Mat* 21,43; 2.3, 37. 38: „Jerusalem, Jerusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub

alas: et noluisti? Ecce, relinquetur vobis domus vestra de serta ·; JAz/ 24, 2. 14—16: „Ipse autem respondens dixit illis λ idetis haec omnia? Amen, dico vobis: Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur . . Et praedicabitur hoc evangelium regni in universo orbe, in testimonium om nibus gentibus: et tunc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele pro pheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Judaea sunt, fugiant ad montes4*; *Luc* 21, 5. 6. 20 ss; 22,20; *Jo* 3, 16. 17; 4, 21-24; 10, 16. In numero factorum prae formantium est vocatio magorum, qui sunt primitiae gentium (JAz/ 2, 1- 12), praeconium et benevolentia Jesu erga centu· rionem in urbe Capharnaum (JAz/ 8, 5 ss), erga mulierem chananaeam JAz/ 15, 26—28), erga leprosum Samaritanum *Lue* 17, 15—19), erga mulierem Samaritanam et hujus populares (*Jo* 4, 4 ss), erga adulteram vi legis mosaicae lapidandam .*Jo* 8, 3 11; cf. JAz/ 12, 6. 8), receptio caecigeni ejecti e synagoga *(Jo* 9, 22. 35—39; cf. 16, 2), admissio gentilium volentium videre Jesum *(Jo* 12. 20—32); quibus licet addere inscriptionem crucis linguis variis factam *(Jo* 19, 19. 20) et confessionem centurionis ac militum custodientium Jesum crucifixum. (JAz/ 27, 541. Similiter Servator, adhuc mortalis, per intervalla quidem, discipulis suis potestatem solum circumscriptam angustis terminis locorum dedit (JAz/ 10, 5 ss; cf. *Luc* 9, 1—10; 10, 1—17), ita tamen, ut futuram ad gentes omne.' missionem jam tunc indicaret per dictum illud *Mai* 10, 18: .et ad praesides et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus'·*. Neque obstat, quod adicitur *Mat* 10, 23: „Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen, dico vobis: non consummabitis civitates Israel, donec veniat Filius hominis*·' ; hoc, inquam, non officit, sive puta; agi de adventu altero Christi, ad quem, plenitudine gentium credente, israelitae reliqui convertendi reserventur (cf. *Hilarii* in Mat c 10. n. 14; *M* 9, 971. 972), sive potius intellegis adventum Christi eum, qui sit in ecclesiae firma per mundum constitutione (cf. omnino *Mat* 16, 28; *Marc* 8) 39; *Luc* 9, 27; *Grcgorii M.* in evang. hom. 32. n. 6; **J/** 76, 1236. 1237).

-,M' c" Cum synagogam per Moysen famulum suum Deus ordinaret, ecclesiam instituit etiam ipse per se nobis loquens

Dei Filius incarnatus (cf. *Heb* 1, 1. 2; 3, 1. 5. 6; *Gal* 3, 19; *Duil i),* 5). Instituit autem vere eo, quod voluntate valida ipse definivit ecclesiae suae finem, propediem quidem accuratius contemplandum, media, rationem unitatis, verbo elementa vel principia essentialia; etsi, ut fert ordinarius cursus rerum, tempore demum procedente vim suam illa evolutura erant. Cf. illud s. *Thomae* (S. theol. 3. q. 64. a. 2. Sed contra): „Ille instituit aliquid qui dat ei robur et virtutem, sicut patet de institutoribus legum." Ceterum simulatque primatus Petro attributus est, ecclesia Christi exstitit, quatenus homines omnes jam prius baptizati, apostoli cum discipulis aliis, Petro statim subditi sunt.

d. Ecclesia ante Christum potest dici eadem ac quae est 297
post Christum, secundum aliqua quidem, i. e., spectato fine, principio formali profitendae fidei, principio unitatis efficiente per merita sua Christo et Deo invisibili vel solum aliquatenus conspicuo. At vero simpliciter ecclesiae memoratae differunt, quod illa, considerata saltem non collecta in coetibus particularibus, praecipue mosaico, sed prout ex se erat universalis, tamquam societas minoris unitatis, Christo futuro capiti et Deo adhaerebat immediate et quod prorsus erat angustioris potestatis, haec vero nostra ut societas perfectioris unitatis et mirae plane efficacitatis a Christo ipso inditae immediate ministerio apostolico visibili, vi supernatural! magna praedito, et per idem Christo atque Deo jungitur. Qui status alius ecclesiae Christi jam ita essentialis est, ut coetus consimilis ecclesiae priori ecclesia, nedum a Christo condita, sed utcumque Christi minime foret, quia Christus Dominus pro tempore testamenti novi ecclesiam solum talem vult non amplius esse neque ad eam homines pacto ullo evocat. Pro quo statu novo perfectiore ecclesiam Jesu Christi ab aetate Christi incepisse recte affirmatur.

e. Porro non est verum, quod obiciunt, fideles in coetum 298
separatum a iudaeis non convenisse ab initio, donec persecutione contra illos orta vel conversis etiam hominibus gentilibus iugi mosaici impatientibus apostoli ecclesiam proprio regimine, ad exemplar quidem synagogarum, subornarent. At enim de separatione statim facta ecclesiae ut coetus sacri ex synaefoga avocati per se cohaerentis constat ex *Act* 1, 13 1;>;

2. 1 40—17 n. 43); 4, 4. 31—35; *ô,* 12 14: rPer manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se conjungere illis; sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum4 ; *Aci* 6, 1—7; 8, 1: „Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia, quae erat Jerosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones Judaeae et Samariae, praeter apostolos.“ Qui loci describentes ecclesiae statum omnium primum non minus sunt perspicui quam qui nobis referunt condicionem subsequentem, ut *Act* 9, 26—32: 11. 17-30; 26, 28. 29; *Gal* 1, 22; *Heb* 13, 10-^14; *l Pel* 4, Ili. Itaque non persecutio exstitit occasio separationis, sed ex contrario sejunctio fuit ansa vexationis, ut etiam est colligere ex iniusta illa accusatione s. Stephani . *Id* 6, 13. 14: „Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum et legem. Audivimus enim eum dicentem: Quoniam Jesus Nazarenus hic' destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses.·'*' Neque apostoli regimen ullum excogitarunt. sed formam regiminis ab ipso Domino statutam simpliciter' exsecuti sunt. Quae gubernandi ratio si' cum constitutione synagogae similitudinem quandam habuit, mirum esse id non debet, quandoquidem antitypuni respondet typo.

Vel ex his ipsis figmentum merum apparet decantatum illud, formula petrina ecclesiae iudaicae et particularis praevaluisse temporis progressu phasim Pauli stabilientis ecclesiam universalem. Qui error insuper refellitur ex sententia de legalibus ab ipso Petro dicta *Ad* 15, 7 ss *(cf. Gal* 2, 12. 14). Nec bene provocarint ad modum, quo se Petrus gessit in visione lintei caelitus demissi *Ad* 10, 9 ss; unde Petrum (col. J/fl/28,19: *Mare* 16, 15; *Ad* 1, 8) non de jure officiove praedicationis evangelii ad gentes aliquando extendendae, sed de tempore solo jam instante vel ratione procedendi haesisse dubium intellegimus.

Satis superque confutata est per disputationem nostram etiam imaginatio illa, qua dicitur ecclesia aliquanto post Jesum Christum orta esse,, desumptis formulis dogmaticis a philosophia graeca. elementis socialibus a romana civitate. Cujusmodi hypothesis male fulciretur eo, quod ecclesia in se con-

tinet momenta rebus graecis vel romanis laudabilibus affinia; nam sicut universe veri atque boni, ita et praecipue institutionis ipsius Jesu Christi cum vero reliquo et bono quaedam necessitudo tandem erit.1)

*) Cum adversarii ipsi rccenliores alii aliter sentiant (error enim multiplex, veritas est una), ecclesiae originem ita nuper explicat e. c. *Kùstlin* (Real-Encykbpâdie für protest. Theol. Aufl. 2, Bd 7, 687. 688): ..Man liat dariiber gestritten- (ipcd protestantes scilicet, ante vel praeter quos cum paucis seris prodromis id aeao dubitavit), rob Jesus die Absicht gehabt habe, eine Kirche, d. Ii. eine besosdere, organisirte Gemeinde seiner Jiinger, irn Unterschied speziell von der îsneKtischen À'olksgemeinde, zu gründen. Jesus kundigte die Nahc des Himmelrtichs an und erklarte sodann, dass es auch schon gegenwartig sei. Wesentlich roa diesem Reich und den Bedingungen der Teilnahme daran und an dem dirin zu geniessenden Heil handeln seine Reden. Die Frage ist so, ob zu derjenigen von Gott und dem Himmel stammenden, himmlisch (vgl. Matth. 6, 10) gearteten, durch gôttliche Krafte herzustellenden Ûrdnung der Dinge, welche er nil diesem Reich meinte, auch jene Gemeindebildung gehoien sollte . . Aber tatsachlich waren ja doch die Jiinger, indem sie an Jesus sich anschlossen, auch enter sich schon verbunden. Sie bildeten seine Heerde (Luk. 12, 32; Job. 10, 1 IT). L5 verstand sich von selbst, dass sie in ihrem Wirken für seine Sache und sein Reich auch nach seinem Weggang untereinander zusammenhalten mussten. Inner- !:ch bildeten sie ja onedies ein Ganzes; demi sie und nur sic waren Genossen oder Sône des Gottesreichs, das jetzt inmitten Israels und der Menschheit erschienen war. λ ollends machte es der scharfe Gegcnsatz, Widerspruch und Hass, Jen Jesus bei der Welt und dem jüdischen Volke fand und seinen Jungern in Aussicht stellte, schlechthin notwendig, dass sie fur ihr gemeinsames Wirken als Jfessiasgeineîndc und für die gemeinsame und wcchselseitige Pflege ihres sittlich religiôsen Lebens sich auch ausserlich untcr einander zusammentaten und hierin Ton ihren bisherigen Volks- und K.ultusgenossen sich sonderten. Es hat so durchins nichts Befremdliches, wenn Jesus, wie er an zwei Stellen des Matthaus-Evangeliums tut, von ciner eigeucn Gemeinde, die er anfbauen werde, redet. Auffallen konnte nur, dass wir keine weiteren und eingehendere Reden hieruber wn ihm besitzen. Wir miissen es daraus crklaren, dass er erwartete und wollte,' die von ihm und urn ihn her versammelten Jfinger sollten ebon als solche iin Bewusstsein und Drang innerer Gcmeinschaft und im Streben, sein Reich zu behaepten und fur dasselbe weiter zu wirken, von selbst, one ausdrucklichc Gesetze and Gemeinschaftsordnungen von ihm empfangen zu haben, die nôtige gemeindliche Gestaltung annehmenj4 O temerariam levitatem, qua gravissima illa plura, quae supra consideravimus, Domini pronuntiata obiter transilire audent, immo et locordiam plane intolerandam, quam divino ipsi architecto in ecclesia sua aedificanda iffingere sat aperte non verentur! Ceteinm quasi jam devictam exhibet hypothesim idem *KCstlin* pugnae secutacque conjunctionis, quae fuerit systematis petrini et paulini, nbstituta theoria sua non minus quidem caduca, ubi scribit (1, c. 69f. 694. 695): „Die hnrsche Schule (vgl. besonders Schweglcr, Das nachapostolische Zeitaltcr, 1846) iutdas katholischc Kirchcntum hervorgehen aiiS dcr endliclien Einignng zwischen

301 f. Ut denique reiciatur objectatio, quae ex legalibus in ipso testamento novo et per apostolos adhibitis depromitur, quadruplicem mosaicae legis observantiam distinguimus.

Petrinismus oder Judaismus, der das Moment der Einheil, und Paulinismus, der das ihm gegenüberstchende Moment der Allgemeinheit beigebracht habe. Aber es ist nirgends tatsâchlich zu begrunden» dass der Aufbau einer streng einhtitlichen kirchlichen Ordnung auf dem Boden der von Paulus begriindeten oder überhaupt heidenchristlichen Gemeinden durch Rücksichtnahme auf Judaisten oder Judenchristen herbeigefürt worden und nicht vielmehr cinem ihnen selbst inwonenden Bedurfnis und Trieb entsprungen ware, wie denn auch zur Zeit der Durchfurung des Episkopats der Drang nach. solcher Ordnung bei jenen keioeswegs starker ais bei ihnen warzunehmcn ist (auch nicht in den von der Baurscben Schule immer vorgeschobenen Pseudoclementinen, warend die gewonlichen Ebioniten jener Zeit sich durch organisatorische Bestrebungen gar nicht hervortaten). Die neue Gesetzlichkeit überhaupt und die Auflassung des Christentums ais necea Gesetzes trat gerade in Gegensatz gegen das Hàngen der Judaisten am alien mosaischen Gcsetz und verband sich mit einer Unduldsamkeit gegen diese, von der ein Paulus noch nichts wusste. Neigung zu Gesetzlichkeit im allgemeinen ist ferner gar nicht bloss der jüdischen, sondern auch heidnischen, namentlich mischen Religiositât eigen, warend dann einer neuen gesetzlichen Richtung innerhalb des Christentums ais Formen unter allen Umstanden zunâchst die alitestamentlichen vennôge des auch von Paulinern und Heidenchristen anerkanntei Offenbarungscharakters des Alien Bundes sich darbieten mussten . . Wârend wir unter ‚Amt* besummter solche Funktionen zu verstehen pflegen, die einem arc: in bestimmter Form und mit festem, gesetzlich geregeltem und abgegrenztem Inhalt von seiten der burgerlichen oder kirchlichen Gemeînschaft übergeben sine, hat fur Aemter in diesem bestimmteren Sinn das N. Test, keinen besonderen Ausdruck. Sache des Amtes in diesem Sinn ist seiner Natur nach das aussere Leiten der Gemeinde und ihrer allgemeinen Angelcgenheiten, sofern dies ebe: seiner Natur nach fester Ordnung nnd fôrmlich anerkannter und eingesetzter Vorsteher bedarf. So stehen dort an der Spitze der Gemeinden die Aeltesten oder Ιπισχοποι, und mit der Fiirsorge für materielle Bedürfnisse speziell der Arme: werden Diakonen beauftragt . . Fur diese Aemter findet formliche Bestellnn'. Wai, ordentliche Einsetzung statt, und zwar solcher Personen, bei denen mi2 besondere, von Gott verliehene Begabung hiefür erkennt (one Zweifel durch gemeindegriindende apostolische Manner im Einvcrstandnis mit den neugegriindettn Gemeinden und auch durch Gemeinden fur sich··. Ein besonderes Gesetz, dass also geschehen solite, gibt die neutestamentliche Offenbarung nirgends. Ganz vos selbst musste darauf das sittliche Bedurfnis der Ordnung fiiren; *so* in der jensalemischen Muttergemeinde, ais dic von Jesus selbst an die Spitze der gani« Jüngerschaft gestellten Apostel erst den Geschaften der Armenpflege und dial wol auch, vermôge ihrer weitergehenden Aufgabcn und Abwescnheit von Jcr.· salem, der regelmassigen Leitung der doitigen Gemeinde überhaupt nicht mebr gentigen konnten (Presbyter zuerst erwant Apostelgeschichte 11. 30)· Furii. Form mogen die doitigen Christen Synagogencinrichtungen vor Augen gehaU

Prima ilia est, qua observentur instituta caeremonialia et judicialia veteris legis formaliter ut typi praemonstrantes Chri-

cum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi4; cf. *Luc* 10, 16: rOui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me“. Adde illud apostoli *1 Cor* 4 „Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei4: *2 Cor 5,* 17—20: „Si qua ergo in Christo nova creatura *(iiott* ii *τι ft- Votari·/, xairi; zrioiA, vetera* transierunt: ecce, facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis; quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo: Reconciliamini Deo"; *Eph* 6, 20; *1 Tini 2,* 1—*7*: „Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus, et omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemtionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis, in quo positus sum ego praedicator et apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide et veritate44. — Audias et *Chrysostonium.* interpretem apostoli (hom. 11. n. 3. in 2 Cor 5, 20; **J/** 61, 477. 478): „Pater Filium misit, qui ipsius nomine exhortaretur, atque apud hominum genus legationis munus susciperet: sed quoniam ille necatus abscessit, nos legationi illi successimus, atque et illius et Patris nomine vos exhortamur. Tanto nimirum in pretio est apud eum hominum genus ut et Filium dederit, idque cum eum mactatum iri sciret, et vestra causa nos apostolos crearit . . Non enim per Filium tantum suum, sed et per nos quoque, qui ipsius muneri successimus, exhortatur. Quamobrem ne existimetis vos a nobis rogari: Christus ipse vos rogat. Pater ipse per nos vos orat. Ecquid est quod cum tam eximia benignitate conferri possitJ Ipse enim post innumera sua beneficia contumeliis affectus, non modo nullas poenas sumpsit, verum etiam Filium suum dedit, ut ipsi reconciliemur. Oui

autem eum acceperunt, adeo in gratiam reduci non curarunt, ut etiam eum morte affecerint. Rursum alios deprecatores *ı.Mı)* misit, iisque missis, ipse est qui rogat. Quid autem rogat? ‚Reconciliamini Deo··'4

Nimirum cum sit duplex opus, alterum redemptionis per- 312 liciendae, alterum consequens ejusdem per documenta, praecepta, instrumenta salutifera applicandae, prius illud satisfactione completa et merito absoluto in sacrificio crucis a Domino est peractum, quando (ex *Hcb* 10, 14) «una . . oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos *(τον ἁγιdioutroυ*)“, alterum vero opus, a Christo ipso magistro, rege, sacerdote coeptum, per legatos vel ministros Christi, eius nomine agentes et vicaria potestate auctos, erga singulos omnium saeculorum homines est prosequendum.— Quae continuatio etiam indicatur, quotiens ecclesia exhibetur facta per incarnationem et redemptionem corpus Christi mysticum vel Christi sponsa,, cujus ipse Christus caput sit et sponsus in societate vitae vel operum vitae individua; qua de re vide *Eph* 4, 11—16; 5, 22—33. — Sensu eodem in fontibus revelationis describitur vis sacramentorum ecclesiae tamquam profluens ex meritis Christi per passionem consummatis vel inducitur Christus etiamnum operans in sacris ecclesiae ministris ad merita completa hominibus singulis applicanda. Legas v. g. *Eph* 5, 25. 26. Tum etiam accipe illud *Augustini* (in Jo tr. 11. n. 4; **J/** 35, 1477): «Significabat mare illud rubrum baptismum Christi Unde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine consecratus?“, vel illud (contra litteras Petiliani l. 3. c. 49. n. 59; *M* 43, 379): „Nec . . jam baptizare cessavit (Christus); sed adhuc id agit, non ministerio corporis, sed invisibili opere majestatis4·', vel et illud (in Jo tr. 6. n. 7; .1/35, 1428): «Petrus baptizet, hic (Christus) est qui baptizat: Paulus baptizet, hic est qui baptizat; Judas baptizet, hic est qui baptizat/' Itaque merito *concilium Vaticanum* declaravit s. IV; *D* 1667): „Pastor aeternus et episcopus animarum noerarum, ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam aedificare ecclesiam decrevit.4l . ,

Minor argumenti (n. 310) propositi liquet v. g. ex dicto 313 angeli ad Joseph de Maria *Mal* 1, 21 : «Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum . Accedunt verba Domini

Afai 20, 28 vel *Aiare* 10, 45; *Luc* 19, 10: „Venit enim Filius hominis quaerere, et salvum facere, quod perierat“; *Jo* 3. 14-17: „Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deseito, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum“; *Jo* 6, 33. 38—40: „Panis enim Dei est, qui de caelo descendit, et dat vitam mundo . . quia descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Haec est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris: Ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Haec est autem voluntas Patris mei, qui misit me: Ut omnis, qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo dieu; *Jo* 10, 10: „Fur non venit nisi ut furetur, et mactet et perdat. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant^; *Jo* 12, 31. 47. 49. 50; 17, 17—20. 24: „Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me . . Pater, quos dedisti mihi, volo, ut, ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti meante constitutionem mundi“; *Jo* 20, 21—23. Quibus etiam junge 2 *Cor* 5, 17—21; *Eph* 1, 3—7: „Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni bene dictione spirituali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in caritate. Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo. In quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiae ejus"; *Eph* 5, 23. 25—27: „quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiae. ipse salxator corporis ejus . . Viri, diligite uxores

vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata"; *1 Tim* 2, 3—6; *Tit* 2, 14: „qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum"; //W2, 10. 11. 13—18; 5, 9; 9, 14. 15. 23. 26. 28; 10, 10. 12. 14. 19. 20. 29; 13, 12; *1 'Jo* 4, 9. 10. 14: „In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. . Et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi"; *1 Jo b,* 11: „Et hoc est testimonium, quoniam vitam aeternam dedit nobis Deus. Et haec vita in Filio ejus est." Hinc et in symbolo de Filio Dei unigenito profitemur: „Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis." Cf. tract, de Verbo incarnato.

2. Finis ecclesiae est censendum bonum illud, quod ex actione propria ecclesiae sponte sua prodit. Atqui bonum hoc est sanctitas supernaturalis hominum seu salus prima, quam usque ad terminum mortalis hujus vitae fideliter retentam corona sanctitatis vel salus secunda et aeterna sequitur. 314

Prob. min. Actio ecclesiae hinc quidem docendi, ministrandi sacra, regendi functione continetur, illinc vero debito obsequio. Atqui functione prima et obsequio juncto, ut oportet, excitatur fides, quae fundamentum est et radix vel pars quaedam praecipua iustitiae supernaturalis; per alteram infunditur vel augetur ipsa gratia sanctificans; per tertiam, adjuvante Deo, actus moresque sancti et meritorii salutis copiosioris continuo promoventur. De quo effectu sanctificationis per operam ecclesiae obtinendo inter alia conferri possunt verba Domini *Mare* 16, 15. 16: „Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur"; quibuscum considerentur illa *Jo* 3, 3. 5: „nisi quis 310

renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei . . nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei··. Tum audias *Jo* 6, 54: „nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis'·; et hanc sententiam compares cum *Lue* 22, 19: ..Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis. dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facile in meam commemorationem.“ Adde effatum Jesu illud *Jo* 17, 20; 20, 22. 23: ,,Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt”. Praeterea legas *Act* 8, 14—17: „Cum autem audissem apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem; qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum·'; *Rom* 10, 11—18: ..Dicit enim scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio judaei et graeci; nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt/ Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona^ Sed non omnes obediunt evangelio; Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico : Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum4; 2 *Cor* 5, 18—20; *Eph* 4, 11—13. 16: „Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum pertectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi . . ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem .in mensuram unius-

cujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritatew; *Eph* o, 26; / 77/r.v 4, 1—4. 7. 8: „De cetero ergo, fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu, ut
i quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare, et placere Deo, sic et ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim, quae praecepta dederim vobis per Dominum Jesum. Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore . . Non enim Vocavit
I nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui haec spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit
l Spiritum suum sanctum in nobis"; *l Tim* 4, 14—1'6: „Noli neg-
l ligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae: insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos, qui te audiunt"; 2 *Tim* 1,6: „admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum"; *Tit* 3, 4—7: „Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitae aeternae"; *Jac* 5, 14. 15: „Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio
| fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in
| peccatis sit, remittentur ei."

Exinde autem simul distinctius illud patet, tum per ecclebig siam tum in ecclesia sanctitatis salutisque finem consequendum esse. Et sane

a. finis hic communis, utpote vocatis ;,in una spe vocationis" *{Eph* 4, 4) omnibus et singulis propositus, obtinetur per concordem operationem ministrorum, qui sunt in gradibus variis a Christo instituti, publicorum et per respondentem cooperationem ceterorum in fidei professione etiam exteriore publica, in cultu sacro etiam publico, in communione denique cum ministris moderantibus et inter sese religiosa publica.

Atqui mutua tali utrorumque conspiratione, exterius saltem rite tacta, ecclesia primo vigens perfecte constituitur et porro continetur (ct. n. 40), ipsa tamquam columna et firmamentum veritatis, templum vel domus magna illa Dei, regnum Jesu Christi; est nempe triplex conspiratio ejusmodi nihil aliud nisi societas ipsa ecclesiastica, jam quidem agens, i. e., in secundo actu posita. Ergo per ecclesiam est finis sanctitatis et salutis procurandus. Unde et intellegas, ecclesiae sub respectu eo, quo in praesenti stadio militiae terrestris sit conjunctio ovium cum pastoribus divinitus legatis, convenire meram qualitatem medii ad finem coniunctionis cum ipso Deo nunc et perpetuo obtinendae, quod medium desiturum sit, fine satis procurato.

317 b. Insuper ad finem indicatum eo pervenitur, quod homines ministerio per Christum constituto constanter se subiciunt. Atqui hoc obsequio ipso, quatenus quidem est exterius, homines in ecclesia sunt illoque perseverante ecclesiae membra manent. Ergo etiam in ecclesia est sanctitas et salus assequenda. Cf. *Eph* 5, 25—27.

318 3. Ipsis vaticiniis veteris testamenti (n. 263—272) vidimus praenuntiatum id Messiae regnum verum super terram continenter exstaturum, cujus bonum proprium esset in hominum justitia vel salute sempiterna obtinenda. Ita resumantur *Ps* 39, 7—11; 71 3. 7: 86, 7; *Is* 2, 2. 3; 4, 3. 4; 9, 6. i: 40, 1-5; 42, 1-4 51, 3—8. 11: 52, 1—3. 6—10. 15; 53,4-6. 10—12; 54, 5. 13—15; 55, 3 —5 56, 1—8; 59, 19—21; 60,17 -21; 61, 1—3. 6-11; 62, 1—5. 8-12; 63, 1; 65, 16 ss; 66, 20; *Jcr* 3, 17; 23, 5. 6: 30, 19—22; 31, 31 ss; 32, 38-41 ; 33, 15. 16: *Ez* 11, 17-20; 34, 24. 30. 31: 36, 25—28; 37, 26 -28; *Dan* 9.24: *Os* 14, 5—9; 2, 32; 3, 17 ss; *Ahd* 17. 21 ; *Midi* 7, 18-20; *Soph* 3, 17: *Zach* 3, 9; 8, 3-8; 13.

4. Accedit sententia traditionis. Enimvero fidem hominum salutarem tum per ecclesiam tum in ecclesiae membris obtineri idque ex fine proprio ecclesiae velut uxoris Domini, perbelle *Hieronymus* explicat (l. 3. in Eph 5, 31 ; *M* 26, 535): Quomodo de Adam et uxore ejus omne hominum nascitur genus: sic de Christo et ecclesia omnis credentium multitudo generata est. Quae unum ecclesiae corpus effecta, rursum in latere Ihristi pomtur. et costae locum replet, et unum viri corpus

efficitur." Pariter *Augustinus* ecclesiam, nobilem matrem nostram |cf. *Gal* 4, 21-31), ex meritis expletis Servatoris conjugem formatam Christo, Patri scilicet futuri saeculi (cf. *h* 9, Ii), ad regenerandos filios per gratiam adoptionis spirituales his describit (in Jo tr. 120. n. 2; *M* 35, 1953): „Vigilanti verbo evangelista usus est (Jo 19, 34), ut non diceret: latus ejus (Jesu unus militum) percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed: ‚aperuit'; ut illic quodammodo vitae ostium panderetur, unde sacramenta ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam quae vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum; haec et lavacrum praestat, et potum. Hoc praenuntiabat quod Noe in latere arcae ostium facere jussus est Gen 6, 16), qua intrarent animalia quae non erant diluvio peritura, quibus praefigurabatur ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis (ib. 2, 22), et appellata est vita materque vivorum (ib. 3, 20). Magnum quippe significavit bonum, ante magnum praevaricationis malum. Hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quod de latere dormientis effluxit. O mors unde mortui reviviscunt! Quid isto sanguine mundius? quid vulnere isto salubrius?·' — Cf. verba *Cypriani* supra (n. 129) recitata. — Eandem, quam tuemur, veritatem incolumitatis per ecclesiam et in ecclesia adipiscendae illis testimoniis Patrum vel jam allatis (ut n. 287—289) vel infra afferendis continetur, quibus ecclesia tamquam salutis locus, arca, domus praedicatur.

Praeclara dogmatis asserti confirmatio est haec doctrina *iconisXIII*(encycl.„Immortale Dei"; *D* 1704): „Sicut Jesus Christus in terras venit, ‚ut' homines ‚vitam habeant et abundantius habeant'(Jo 10, 10), eodem modo ecclesia propositum habet tam quam finem salutem animorum sempiternam". Vide quod sequitur (2)1707). Denuo Pontifex idem isto pacto loquitur (encycl. de unirate ecclesiae, 29. jun. 1896): „Etsi Deus, quaecumque a naturis creatis efficiuntur, omnia ipse efficere sua solius virtute potest, nihilominus tamen ad juvandos homines ipsis uti hominibus, ex benigno providentiae consilio, maluit: et quemadmodum in rerum venere naturalium perfectionem debitam, ita in iis, quae modum naturae transiliunt, sanctitatem homini ac salutem non nisi ho-

minum opera ministerioque impertire consuevit. Sed perspicuum est, nihil inter homines communicari, nisi per externas res quae sensibus percipiantur, posse. Hac de caussa humanam naturam assumpsit Dei Filius . . atque ita, in terris agens, doctrinam suam suarumque praecepta legum hominibus, colloquendo, tradidit. Cum divinum munus ejus perenne ac perpetuum esse oporteret, idcirco nonnullos ille sibi adjunxit alumnos disciplinae suae, fecitque potestatis suae participes: cumque Spiritum veritatis in eos devocasset e caelo, praecepit, peragrarent orbem terrarum, quodque ipse docuerat quodque jusserat, id omne fideliter universitati gentium praedicarent: hoc quidem proposito, ut ejus et professione doctrinae et obtemperatione legibus posset hominum genus sanctitatem in terris, felicitatem adipisci in caelo sempiternam . . Hoc igitur sine ulla dubitatione est officium ecclesiae, Christianam doctrinam tueri eamque propagare integram atque incorruptam. Sed nequaquam in isto sunt omnia: imo ne finis quidem, cujus caussa est ecclesia instituta, officio isto concluditur. Quandoquidem, ut Jesus Christus pro salute humani generis se ipse devovit, atque huc, quae docuisset quaeque praecepisset, omnia retulit, sic jussit ecclesiam quaerere in veritate doctrinae, quo homines cum sanctos efficeret, tum salvos. Verum tanti magnitudinem atque excellentiam propositi consequi sola fides nullo modo potest: adhiberi necesse est cum Dei cultum justum ac pium, qui maxime sacrificio divino et sacramentorum communicatione continetur, tum etiam sanctitatem legum ac disciplinae. Ista igitur omnia inesse in ecclesia oportet, quippe quae Servatoris munia in aevum persequitur: religionem, quam in ea velut incorporari ille voluit, mortalium generi omni ex parte absolutam sola praestat: itemque ea, quae ex ordinario providentiae consilio sunt instrumenta salutis, sola suppeditat . . Quapropter mortales Jesus Christus, quotquot essent, et quotquot essent futuri, universos advocavit, ut ducem se eumdemque servatorem sequerentur, non tantum seorsum singuli, sed etiam consociati atque invicem re animisque juncti, ut ex multitudin*| populus existeret jure sociatus; fidei, finis, rerum ad finem idonearum communione unus, uni eidemque subjectus potestati. Quo ipse tacto principia naturae, quae in hominibus societatem sponte gignunt, perfectionem naturae consentaneam adepturis.

omnia in ecclesia posuit, nimirum ut in ea, quotquot filii Dei esse adoptione volunt, perfectionem dignitati suae congruentem assequi et retinere ad salutem possent.“

Demonstratio p. Π, i. e., ecclesiae finem ulteriorem esse 321 gloriam Christi atque Dei.

I. Ex litteris sacris a. finis propior ecclesiae cum ipso ordine supposito naturali ita est salus hominum, ut fidelium coetus vel ecclesia deinceps ordinetur ad celebrandum Jesum Christum, redemptorem suum, sanctificatorem, caput, quod quidem caput, Christus homo, cum corpore ecclesia sit totum Dei, utique glorificandi. Concurrunt ad id exprimendum fo 12, 27. 28; 17, 4—10; *Rom* 14, 6—9: „Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat, gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur"; *Rom* 15, 16: „ut sim minister Christi Jesu in gentibus: sanctificans *(Ιερουργόϋντα)* evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu sancto"; quocum cf. *Phil* 2, 17: „Sed et si immolor supra Sacrificium, et obsequium fidei vestrae, gaudeo, et congratulor omnibus vobis"; his junge *1 Cor* 1, 30. 31: „Ex ipso Deo) autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo et justitia, et sanctificatio et redemtio, ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur"; *1 Cor* 3, 22. 23: „Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura: omnia enim vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei"; *1 Cor* 6, 19. 20: „An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? Emti enim estis pretio magno. Glorificate, et portate Deum in corpore vestro"; 2 *Cor 5,* 15: „et pro omnibus mortuus est Christus, ut, et qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit"; *2 Cor* 11, 2. ›: „aemulor enim vos Dei aemulatione. Despondi enim vos, uni viro virginem castam exhibere Christo. limeo autem, ne, sicut serpens

fitranb. T>p

Hevam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quae est in Christo *(ει τον χοιστόή"*: *Ej>Ji* 1, 3—7; *Col* 1, 18—20: „Et ipse est caput corporis ec clesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt"; / *Pel* 1, 17—19: „Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat secundum unius-cujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini. Scientes, quod non corruptibilibus, auro vel argento, redemti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati·'·; / *Pet* 2, 9: ..Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum"; cf. *Phil* 2, 5—11: „Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deu? exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris".

b. Quin et ecclesia ipsa exsistens in institutis suis et donis cunctis est ex verbo Dei scripto manifestatio obiectiva eminentiae Jesu Christi, causae scilicet suae per passionem et mortem meritoriae, per institutionem efficientis, per rationem sponsi et capitis quodammodo formalis, per rationem subsistentis in natura bumana visibili et divina invisibili vel secundum vitam mortalem et gloriosam exemplaris, ideoque ecclesia est manifestatio objectiva ipsius gloriae Dei Vide v. g. *Jo* 12, 23—25: „Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. /Imen, amen dico vobis: nisi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert"; *Jo* 17, 1. 2. 9. 10. 19. 22. 23: _.„Haec locutus est Jesus, et sublevatis oculis in caelum dixit: Pater.

venit hora: clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam . . tui sunt: et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis . . Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate . . Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis . . Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum“; *Rom* 6, 4: „Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut, quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus" ; *Rom* 8, 16. 17. 29: „Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, ut et conglorificemur . . Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus" ; *Eph* 1, 10—14. 17—23: „in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in caelis, et quae in terra sunt, in ipso; in quo etiam et nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum ejus; qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae, ut simus in laudem gloriae ejus nos, qui ante speravimus in Christo: in quo et vos, cum audissetis verbum veritatis (evangelium salutis vestrae), in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae, in redemtionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius . . ut Deus, Domini nostri Jesu Christi Pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae et revelationis in agnitione ejus: illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis, quae sit spes vocationis ejus, et quae divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiae virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen , quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus; et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur "; *Eph* 3, 8—11 : Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec: In gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi.

et illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti abscon diti a saeculis in Deo, qui omnia creavit: ut innotescat prin- cipatibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam, multi- formis sapientia Dei, secundum praefinitionem saeculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro"; *Col* 1, 26. 2Î: „mysterium, quod absconditum fuit a saeculis et generationi- bus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriae"; *Coi* 3, 1—3: „Igitur, si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt, quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum sunt, sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo·'·; *Heb* 2, 10 ss.

C. Praeterea, scriptura teste, ecclesia adhuc militans con- tinuo progressu fertur in statum versus triumphi finalis in altero adventu Jesu Christi adducendum, ubi sit futura reve- latio filiorum Dei proindeque glorificatio Jesu Christi hominis atque Dei plena. Huc pertinet *Rom* 8, 15—30, ut v. 18—25: _Existimo enim, quod non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Nam exspectatio creaturae revelationem filiorum Dei exspectat. Va- nitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum. qui subjecit eam in spe ; quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc. Xon solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemtionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quae videtur, non est spes, nam quod videt quis, quid sperat? Si autem, quod non videmus speramus, per patien- tiam exspectamus"; *l Cor* 1, 5. 7: rquod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni scientia . . ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi"; Z *Cor* 15, 24—28: Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum, et potestatem et virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. No- missima autem inimica destruetur mors; omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat: Omnia subjecta sunt ei:

sine dubio praeter eum, qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia: tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus"; /^// 5,25—27; *Phil* 3, 20. 21: „Nostra autem conversatio in caelis est, unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae, secundum operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia"; *Coi* 3, 3. 4: „Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria"; 2 *Thes* 1, 5—12: „in exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini. Si tamen justum est apud Deum retribuere tribulationem jis, qui vos tribulant, et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de caelo cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, et qui non obediunt evangelio Domini nostri Jesu Christi; qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi"; *Tit* 2, 11—13: „Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et juste, et pie vivamus in hoc saeculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi"; *Apocb*\21 ; 22. Nimirum ut ecclesia antiqua adventum Servatoris primum gratiosum, ita ecclesia novae legis gloriosum ejus reditum suspirat. Cogita v. g. illud *Is* 45, 8: ..Rorate caeli desuper, et nubes pluant justum (hebr. justitiam): aperiatur terra, et germinet salvatorem (hebr. salutem)"; idemque cf. cum *Apoc* 22, 16. 17. 20: .Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis haec in ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: et qui vult, accipiat aquam

vitae gratis. . Dicit, qui testimonium perhibet istorum: Etiam venio cito: Arnen. Veni, Domine Jesu".

Atqui haec omnia illud, quod in parte thesis altera de fine gloriae praestituto enuntiamus, diserte et usque quaque attestantur.

324 2. Et re vera, cum Christi et Dei gloria exterior, qua de hic loquimur, distingui duplex possit, formalis et objectiva, ecclesia in utramque tendit, Et gloria formalis quidem, tamquam finis, isque supremus, ad quem omnis alius finis referatur, et ultimus qui sit obtinendus, ecclesiae conspicitur praestituta, quatenus ipsa agit, obiectiva vero, quatenus vel solum esi Etenim

a. ex parte thesis praecedente finis per ecclesiam elin ecclesia procurandus est hominum salus, quae ut actualis quidem in statu viae continetur cognitione Christi et Dei vel divinorum per fidem supernatural! cum consentaneo amore, cultu, laude, in statu autem termini consistit in ipsa visione Dei et consequente amore fruitionis et gaudio cultuque inamissibilis jam et in laudibus indefessae caritatis (cf. *Jfo* 17, 3). Atqui cognitio, amor, cultus, laus, a creaturis intellegentibus Deo Domino exhibita, est ipsa gloria Dei externa et formalis, et si quidem cognitio illamet et amor sit supernaturalis, gloria quoque ordinis altioris erit.

1). Gloria Christi hominis et Dei externa obiectiva sita est in operum ipsius excellentia, quatenus haec per sese ordinatur ad perfectionem causae suae creaturis intellegentibus manifestandam proindeque amorem, honorem, laudem ipsi conciliandam; quo sensu caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum {*Ps* 18, 2 ss; *Job* 38 ss : unde quo praestantia effectuum est maior, eo externa illa gloria est sublimior. Atqui nullum Christi est et Dei opus, in quo divinae perfectiones, superna potentia, sapientia, bonitas vividius resplendeant, quam in ecclesia, eius miraculis, charismatis supernaturalibus, donis sanctificantibus, eius propagatione et catholicitate in ipsa unitate, eius immota firmitate, eius doctrina et legibus, eius vita omni interna et externa; videlicet gloria Dei resultans ex ecclesia, tamquam mundo redempto, sanctificato salvatoque, gloriam ex mundo simpliciter creato, per se quidem, provenientem tanto superat.

quanto supernaturalia naturalibus, naturali proinde notitiae et amori, antecellunt.

3. Jam oraculis veteris testamenti (cf. n. 263—272) prae- 326
dictum est regnum ecclesiae admirabile, quod gloriae maximae futurum esset Messiae et Deo. Huc spectant *Ps* 21, 28. 29; 39,7—11; 71, 17: „Sit nomen ejus (filii regis) benedictum in saecula: ante solem permanet nomen ejus. Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae: omnes gentes magnificabunt eum“; Λ 86, 3: nGloriosa dicta sunt de te, civitas Dei"; *Is* 2, 2. 3; 4, 2: „In die illa erit germen Domini in magnificentia, et gloria, et fructus terrae sublimis, et exultatio bis, qui salvati fuerint de Israel" ; *Is* 6, 3 ; 28, 5 : „In die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, et sertum exultationis residuo populi sui"; Zf 40, 5: „Et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est"; *Is* 51, 3. 11; 52, 15; 53, 10-12; 54, 5. 11 — 17; 55, 5. 13; 59, 19; 60; 61, 3. 10. 11: .ut ponerem lugentibus Sion, et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu moeroris, et vocabuntur in ea fortes justitiae, plantatio Domini ad glorificandum . . Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, et indumento justitiae circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam, et laudem coram universis gentibus"; *Is* 62, 1—9 ut v. 3: „Et eris corona gloriae in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui"; *Is* 65, 15—25; 66,5—24; *Jer* 30, 19—22: „Et egredietur de eis laus, voxque ludentium, et multiplicabo eos, et non minuentur, et glorificabo eos, et non attenuabuntur. Et erunt filii ejus sicut a principio, et coetus ejus coram me permanebit, et visitabo adversum omnes, qui tribulant eum. Et erit dux ejus ex eo, et princeps de medio ejus producetur, et applicabo eum, et accedet ad me: quis enim iste est, qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi? ait Dominus. Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum"; *Jer* 31, 31 ss; 32, 38 – 41; *Ez* 11, 19. 20: 34, 30. 31 ; 36, 28; 37, 27. 28; 43, 4—7; *Os* 14, 6—9; *Mich* 5, 4: „Et stabit, et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui, et convertentur, quia nunc magnifica-

bitur usque ad terminos terrae-; **J**/47/ 7, 15—17; *Soph* 3, 19. 20; *Zach* 6, 13; *Mal* 1, 10. 11; 3, 3. 4.

327 4. In re per fidem et rationem theologicam satis explorata unius alteriusve Patris dictum accipere sufficiat. Ita loquitur *Chrysostomus* (in Jo hom. 81. al. 80. n. 1. 2; **J**/59, 439): „Et clarificatus sum in eis' (Jo 17, 10); id est, vel potestatem in eos habeo, vel glorificabunt me, cum et tibi credent et mihi, similiterque glorificabunt. Quod si non similiter glorificatus est in eis, non iam sua sunt quae illius sunt. Nemo enim glorificatur in quibus potestatem non habet. Quomodo autem similiter glorificatus est? Omnes pro eo, ut pro Patre moriuntur, et perinde atque Patrem illum praedicant: et ut omnia in eius nomine fieri dicunt, sic et in nomine Filii? — Et *Augustinus* (in Ps 9. n. 12; **J**/ 36, 122): „Etiam ipsam, quae nunc est, ecclesiam nisi Dominus inhabitaret, iret in errorem quamlibet studiossima speculatio: et huic ecclesiae dictum est: ‚Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos' (1 Cor 3, 17); et: ‚In interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris' (Eph 3, 16. 17). Praecipitur ergo nobis ut psallamus Domino, qui habitat in Sion, ut concorditer Dominum ecclesiae inhabitatorem laudemus. ‚Annuntiate inter gentes mirabilia ejus* iPs 9, 12): et factum est, et non desinet fieri? – Et *Thtodoretus* (in Eph 1, 12; *M* 82, 514): „Omnes enim ad nos respicientes, qui in Dominum credidimus, Christum horum bonorum auctorem laudant?

5. Insuper ecclesia, licet ut finem suum directe bonum spirituale et aeternum prosequatur, per consequentiam tamen quandam seu redundantiam (cf. *Mat* 6, 31 ss) ad temporalem quoque hominum felicitatem confert, idque tam prospero successu, vix ut producere plura emolumenta talia posset, si hunc in finem proprie condita foret. Animo reputentur commoda hujus vitae per ecclesiam allata hominibus per se singulis, junctis matrimonio, praesertim autem feminis, dominis, famulis, mancipiis, pauperibus, miseris quibuslibet, principibus, subditis, domesticae civilique societati, societatibus in relatione mutua spectatis, nationibus aliquando barbaris, disciplinis variis, artibus tam liberalibus quam mechanicis; fructus scilicet multimodi et pretiosi pro ipso stadio hoc mortali utiles ex Christiana fide, justitia, caritate, ex genere humano ad meliorem

(undicionem virtutumque exercitium evecto sponte sua enascuntur. Et generating quae in apologetica religionis christianae de benefica eiusdem religionis vi in cultum humanum ac civilem disputari solent, ad rem praesentem quoque convertenda sunt; est enim religio Christiana in concreto ecclesia ipsa Jesu Christi. Ita certe *Augustinus* ecclesiam alloquitur (de moribus ecclesiae catholicae c. 30. n. 62. 63; **J/**32, 1336. 1337): ..Merito, ecclesia catholicci mater Christianorum verissima, non solum ipsum Deum, cujus adeptio vita est beatissima, purissime atque castissime colendum praedicas, nullam nobis adorandam creaturam inducens, cui servire jubeamur, et ab illa incorrupta et inviolabili aeternitate, cui soli homo subjiciendus est, cui soli rationalis anima cohaerendo non misera est, excludens omne quod factum est, quod obnoxium commutationi, quod subditum tempori, neque confundens quod aeternitas, quod veritas, quod denique pax ipsa distinguit, nec rursum separans quod majestas una conjungit, sed etiam proximi dilectionem atque caritatem ita complecteris, ut variorum morborum, quibus pro peccatis suis animae aegrotant, omnis apud te medicina praepolleat. Iu pueriliter pueros, fortiter juvenes, quiete senes, prout cujusque non corporis tantum, sed et animi aetas est, exerces ac doces. Iu feminas viris suis, non ad explendam libidinem, sed ad propagandam prolem, et ad rei familiaris societatem, casta et fideli obedientia subjicis. Tu viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliorem sexum, sed sinceri amoris legibus praeficis. Iu parentibus filios libera quadam servitute subjungis, parentes filiis pia dominatione praeponis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis nectis. Tu omnem generis propinquitatem et affinitatis necessitudinem, servatis naturae voluntatisque nexibus, mutua caritate constringis. Tu dominis servos, non tam condicionis necessitate, quam officii delectatione doces adhaerere. Tu dominos servis, summi Dei communis Domini consideratione placabiles, et ad consulendum quam coercendum propensiores lacis. Iu cives civibus, gentes g*entibus, et prorsus homines primorum parentum recordatione non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate conjungis, Doces reges prospicere populis; mones populos se subdere regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus quibus reverentia, quibus timor, quibus con-

solatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus objurgatio, quibus supplicium, sedulo doces, ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas, et nulli debeatur injuria." Unde etiam adversarios idem hisce provocat (ep. 138. al. 5. c. 2. n. 15; **J/** 33, 532): „Qui doctrinam Christi adversam dicunt esse reipublicae, dent exercitum talem quales doctrina Christi esse milites jussit; dent tales provinciales, tales maritos, tales conjuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales judices, tales denique debitorum ipsius fisci redditores et exactores, quales esse praecepit doctrina Christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae; imo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicae." — Cf. etiam epist. encycl. *Leonis XIII* de matrimonio, 10. febr. 1880, vel ejusdem encycl. 1. nov. 1885 (72 1693. 1709—1711. 1729.1730), vel syllabi *Pii IX* damnatam prop. 40 *{D* 1588).

Atqui valde planum est, bona illa temporalia, per ecclesiam parta, dein valere modo suo rursus ad promovendum finem proprium ecclesiae, i. e., salutem hominum et gloriam Christi atque Dei (cf. *1 Tim 2,* 2).

6. Denique pro thesi contra dubitationes amplius munienda etiam haec notentur: a. Sicut salus animae est reapse idem ac sanctitas vel moralis, rectitudo proindeque conjunctio cum Deo, ita salus et sanctitas actualis quidem simpliciter et re non differt a gloria externa Dei, sed actus salutares et sancti tali pacto sunt iidem, quibus Dei gloria continetur, sive incohata in hac vita sive consummata in vita altera. Nihilominus sanctitatis vel salutis finem merito subicimus fini gloriae Dei, tum quod hic alter, utpote quodammodo ab ipsis perituris agnoscentibus justitiam divinam obtinendus, est quadantenus universalior, tum quod, rationis distinctione facta, in sanctis et beatis finis gloriae Dei pro dignitate sua insita est et habetur ab his ipsis ultimus primarius prae fine salutis solum secundario, tum quod gloria Dei magis proprie dicta vel formalis in actibus consistit, quibus ut principium habituale supponitur per se gratia sanctificans cum virtutibus et donis supernaturalibus, gloria tantum objectiva, et ipsa per ecclesiam et in ecclesia consequenda, vel etiam supponitur lumen inditum gloriae. Certe ille status, quo homines adulti per

actus quosdam sanctos ad gratiam habitualem primum recipiendam disponuntur, satis abnormis est censendus, cum ex consilio Domini jam diu gentes omnes debeant esse Christianae, unde infantes ipsi omnes baptizentur ideoque sanctitas vel salus prima omnium concedatur habitualis, sane per ecclesiam et in ecclesia, quatenus formaliter ritu baptismi ipso, cujus fructus demum est character spiritualis et gratia sanctificans, homines ecclesiae adjunguntur. Et tali quidem ordini statuto inter finem salutis humanae et divinae gloriae audivimus congruentes locutiones sacras.

b. Nonnemo opinatur, finem ecclesiae saltem proximum 330
dicendum esse exercitium religionis Christianae. At sententia ista probari nobis nequit. Etenim religio aut strictius intellegitur illa una de virtutibus moralibus disponens hominem ad cultum Deo exhibendum ut debitum vel congruum, aut, ex consuetudine latissime diffusa (cf. *Jac* 1, 26. 27), generatim intellegitur conjunctio pii hominis cum Deo, aut intellegitur summa eorum omnium, quae Dominus servanda hominibus instituit. Atqui modo primo utique non fas est religionem nunc accipere, ut vel ex eo liquet, quod nemo affirmaverit, ecclesiae finem exercitio unius cujuspiam virtutis moralis circumscribi. Porro pacto altero religio cum sanctitate idem est, proinde religionis exercitium est idem ac sanctitas actualis; quae quidem finis est ecclesiae, sed perperam depingitur ut finis adaequatus, cum finis etiam et imprimis sit sanctitas habitualis. Postremo si intellegas religionem ea, quae Christus exercenda statuit, haec partim sunt opera, quae vocant, operantium eorumque singulorum, partim sunt sacramenta, sacrificium, professio fidei facienda per ecclesiam, disciplina, ordinata a Domino ipso saltem indirecte et in genere, vel conversatio publica. Jam vero priora illa vel actus sancti, ut ipsius fidei, ex dictis minime continent ecclesiae finem plenum; quamobrem opinio controversa eatenus sustineri posset, quatenus addito exercitio institutorum reliquorum finis ecclesiae compleretur; verum hoc non fit, quoniam illa alia, i. e., sacramenta, sacrificium, professio fidei, disciplina vel conversatio, potius quam finis, sunt instrumenta, adjumenta, media, quibus interim adhibitis ecclesia ad finem perennem suum tendit: qualia si ipsa appellanda forent finis, quae tandem media ec-

clesiae superessent? An ecclesia habet finem solum, media nulla? Enimvero inedia pertinent ad essentiam societatis, quandoquidem in societatem homines ideo conveniunt, ut per cooperationem mediam idoneam consequantur finem eum, quem singuli seorsum operando obtinere non valerent.

331 Frustra autem opponeretur, ecclesiae ut societatis aspectabilis finem proximum in re pariter exterius aspectabili, non in sanctitate interiore verti; at enim finis societatis aspectabilis non est necessario ipse in se aspectabilis; ita finis societatis hominum litteratorum, scientia promovenda, in se ipso quidem neutiquam est conspicuus; tamen uti iste, sic finis ecclesiae, sanctitas interna, significatus fit conspicuus satis per causas efficientes et effectus. Utique licet dicere, ecclesiae finem esse in continuando opere Christi; sed hoc ipsum erat in hominum salute per vias aptas adducenda. Item dicere licet, finem ecclesiae regentis esse in actibus respondentibus ecclesiae audientis; at vero de fine ecclesiae simpliciter vel integrae, posito ex dictis in omnium salute (cf. v. g. *1 Tim* 4, 16), non de fine partis, quamvis principalis, agitur. Praeterea recte affirmatur, finem ecclesiae totius, ut est conjunctio solum habitualis, nempe constituta hinc manente potestate, illinc congruente obligatione et inclinatione, esse conspirationem membrorum religiosam actualem, quemadmodum actus primi finis est secundus; verumtamen non finis istiusmodi exquiritur, cum quaestio est de fine societatis alicujus; quippe investigatur bonum illud, quod singulis difficile vel inaccessum, plures communi actione assequantur. Quare sententia, qua ponitur ecclesiae finis in exercitio religionis Christianae, parum consentanea est rationi considerandi et loquendi usitatae theologicae; eademque supra n. 320) a *Leone XIII* et neglegitur et excluditur. |

Thesis X. *Ecclesia Christi est societas ex ipsa essentia sua supernaturalis.*

Declaratio. Supernaturale illud intellegitur, quod naturae vires et postulationem penitus excedit. Porro thesi praesenti doctrinam catholicam exploratam pronuntiari ex dicendis patefiet.

Demonstratio. Societas ea est ex ipsa essentia sua 333
supernaturalis, cujus non origo tantum, verum etiam finis jupernaturalis est proindeque media sunt supernaturalia. Atqui ecciesiae Christi non origo tantum supernaturalis est, quatenus est institutionis positivae Dei, immo Filii Dei supernaturaliter incarnati, sed et ipse finis et media supernaturalia sunt.

Major manifesta est, dummodo memineris, essentiam societatum ex fine proprio vel ordine sibi essentiali ad finem suum determinari.

Quod ad *minorem* attinet, ecclesiae finis est (ex th. IX) hominum sanctitas, quae continetur gratia adoptionis, et visio tandem beatifica; quae quidem bona esse supernaturalia, in alio tractatu ostendendum est Porro media cum fine proportionem habent. Nimirum potestas, ecclesiae essentialis, docendi infallibiliter supernaturalis est; eademque potestas essentialis docendi vel regendi vel conficiendi sacra, cum sit sanctitatis supernaturalis sive principium qualecumque sive causa ministerialis vel instrumentalis, considerata saltem secundum esse quodpiam morale, et ipsa in se certe est supernaturalis.

2. In litteris sacris ecclesia repraesentatur tamquam cor- 334
pus Christi, cujus sit Christus caput. Atqui hoc est idem, ut ecclesiam describere societatem essentialiter supernaturalem.

Major patet ex */ Cor* G, 15: ^Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit·'; *1 Cor* 12, 13 ss, ut v. 13—20. 26. 27 : „Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive judaei, sive gentiles, sive servi, sive liberi: et omnes in uno Spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus: ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Xunc autem multa quidem membra, unum autem corpus . . Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra:

sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro (*pth* .ϰ uf'ootç); A/Λ 1, 22. 23; 4, 11—16: „Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut, jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo («$ *αντόν)* per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate·; 5, 22—33; *Col* 1. 18.24: „Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens., nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea, quae desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore ejus, quod est ecclesia*; *Coi* 2, 18—20: -Nemo vos seducat. . non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis?*

Prob. min. Cum Christus dicitur ecclesiae caput, haud dubie relatio Domini ad hoc corpus, in se quidem morale et Christi mysticum, significatur similis per analogiam proportionis, ac quae est inter hominis caput et corpus ejus physicum. Atqui relatio haec in eo est, ut caput sit in corpore humano primum et summum ordine, praecipuum perfectione pro sede omnium sensuum, exteriorum et interiorum, exercens virtutem in membra reliqua, exterius ea derigendo, interius participando sensum et motum, unde sit vita eadem capitis ac corporis cohaerentis; quibus supponitur, caput conforme esse et ejusdem velut condicionis cum corpore organico vivente, quod ad unum aliquod efficiendum capiti suo intima et essentiali sibi unione conjungatur. Ergo etiam Christus ideo ecclesiae caput metaphorice vocatur, quod ab ipso eminente secundum ordinem

I (ct 6WI, 18) et perfectionem (cf. *Jo* 1, 14; iλZ 1, 19) descendit insubjectum corpus virtus, apertius quidem in actionibus exterioribus per praefectos suos gubernandis, occultius in charismatis vel gratiis interioribus ex thesauro satisfactionum et meritorum suorum communicandis (cf. *Jo* 1, 16); unde continuatur vita Christi in ecclesia et Christus ut homo est velut homogenous et aliquatenus ejusdem condicionis cum ecclesia (cf. *Rom* 8, 29) et ecclesia Christo ad unum quoddam efficiendum intima et essentiali sibi unione jungitur. Atqui Christus homo pertinet ad ordinem supernaturalem hujusque ordinis est fastigium. Ergo ecclesia quoque ipsa est societas essentialiter supernaturalis. Cf. *Jo* 8, 23 cum 15, 19; 17, 14—16; 18, 36. 37.

3. Praeterea per verbum Dei scriptum ecclesia exhibetur tamquam sponsa Christi Domini dilecta. Ita *Eph* 5, 22—33: .Mulieres viris suis subditae sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiae : ipse salvator corporis ejus. Sed sicut ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Xemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, et fovet eam, sicut et Christus ecclesiam; quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae; et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in ecclesia (ezg *Χρίστον y.at tiç κ/./.ληβίία').* Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.“ Vide et 2 *Cor* 11, 2: „aemulor enim vos Dei aemulatione. Despondi enim vos, uni viro virginem castam exhibere Christo" ; *Gal* 4, 22 ss; *Mat* 9, 15: „Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt» ; Afc/ 22, 2: .Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo»; *Jo* 3, 29:

fcî M

„Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat, et audit eum. gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium . . impletum estu; *Apoc* 19, 7—9: ^Gaudeamus et exultemus, et demus gloriam ei, quia venerunt nuptiae Agni, et uxor ejus praeparavit se. Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti et candido. Byssinum enim justificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi: Scribe: Beati, qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt; et dixit mihi: Haec verba Dei vera sunt-; *Apoc'lG* 2. 9: „Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam, descendentem de caelo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo . . Et venit unus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis, et locutus est mecum, dicens: Veni, et ostendam tibi sponsam, uxorem Agni.-. — Accedunt vaticinia veteris testamenti. In his est *Ps* 44, ut v. 10—12: „Astitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum“; eodem spectat liber *Gant; Is* 54, 5. 6 (hebr.); 02, 4 (hebr.); *Os* 2, 16—24: „Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me: Vir meus, et non vocabit me ultra, Baali. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, et non recordabitur ultra nominis eorum. Et percutiam cum eis foedus in die illa, cum bestia agri, et cum volucre caeli et cum reptili terrae, et arcum et gladium, et bellum conteram de terra, et dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te. mihi in justitia et judicio, et in misericordia et in miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide: et scies, quia ego Dominus, Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam caelos, et illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum, et vinum et oleum, et haec exaudient Jezrahel. Et seminabo eam mihi in terra, et miserebor ejus, quae fuit Absque misericordia. Et dicam Non populo meo: Populus meus es tu, et ipse dicet: Deus meus es tu“.

Porro sponsa Domini dilecta utique est similis Christi et participat divitias ac dignitatem Christi. Atqui non potest ecclesia esse similis Christi nec participare Christi bona seu dignitatem, qum, sicut Chnstus ipse, ad supernaturalem ordinem referatur.

4, Quibuscum cohaeret, quod in scripturis ecclesia indu- 338
citur etiam ut plenitudo Christi, immo ut Christus ipse, pro-
indeque ecclesia unum aliquod, persona moralis quidem una,
unum subjectum juris cum ipso Christo esse indicatur. Vide
Efh 1, 22. 23: „Et omnia subjecit sub pedibus ejus; et ipsum
dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, et
plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur"; *Eph* 4, 13. 15;
Gj/ 4, 19: „Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur
Christus in vobis“ ; *1 Cor* 12, 12: „Sicut enim corpus unum est,
et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum
sint multa, unum tamen corpus sunt, ita et Christus"; *Æ/9*, 1—5:
.Saulus autem, adhuc spirans minarum et caedis in discipulos
Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epi-
stolas in Damascum ad synagogas, ut, si quos invenisset hujus
viae viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et
cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco; et subito
circumfulsit eum lux de caelo. Et cadens in terram audivit
vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui
dixit: Quis es, Domine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu
persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare."

5. Ex Patribus audiatur v. g. *Ignatius* dicens (ad trallianos 339
n. 11; ***I*** 1, 209 ss): „Fugite . . malas propagines, quae gig-
nunt mortiferum fructum, quem si quis gustarit, statim moritur.
Isti enim non sunt plantatio patris (cf. Mat 15, 13). Si enim
essent, apparerent rami crucis et esset fructus eorum incor-
ruptibilis. Per hanc crucem Christus in passione sua invitat
vos, qui estis membra ejus. Non potest igitur caput seorsum
nasci sine membris, unionem promittente Deo, qui ipse est
unio.- — Similiter *Irenaeus* ecclesiam appellat rmagnum et
gloriosum corpus Christi" (1. 4. c. 33. n. 7; ***M*** 7, 1076). — Ita
supernaturalem indolem ecclesiae significat *Origcnes* (contra
Celsum 1. 6. n. 48; ***M*** 11, 1374): „Dicimus ex divinis scripturis
totam Dei ecclesiam esse Christi corpus a Dei Filio animatum,
membra autem illius corporis, ut totius, eos esse omnes qui
credunt, quoniam, sicut anima vitam et motum impertit corpori,
quod a seipso natura moveri vitaliter non potest, ita Verbum
totum corpus seu ecclesiam ad ea quae opus sunt, movens et
agens, etiam singula membra eorum qui ad ecclesiam pertinent,
movet, ita ut nihil sine Acerbo faciant. *Athanasius* quoque

supernaturalem ecclesiae rationem verbis aequivalentibus hisce praedicat (de incarnatione et contra arianos n. 21 ; **J/**26,1022). rEt cum Petrus dicat: ‚Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum, et Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis' (Act 2, 36), non de divinitate ejus dicit, quod Dominum ipsum et Christum fecerit, sed de humanitate ejus, quae est universa ecclesia, quae in ipso dominatur et regnat, postquam ipse crucifixus est, et quae ungitur ad regnum coelorum, ut cum illo regnet, qui seipsum pro illa exinanivit, et qui, induta servili forma, ipsam assumpsit/

340 Pariter *Gregorius naz.* (or. *2.* al. 1. n. 3; ***M*** 35, 410): rQuemadmodum in corpore aliud principatum tenet, ac velut praesidet, aliud subest et regitur, ad eumdem quoque modum Deus, vel aequitatis lege, quae meritum cujusque perpendit, vel etiam providentiae, per quam omnia inter se velut devinxit, hoc in ecclesiis constituit, ut alii pascantur et pareant, quibus videlicet id utilius est, ac tum sermone, tum opere, ad officium dirigantur: alii autem ad ‚ecclesiae perfectionem pastores ac magistri sint·'(Eph 4, 11. 12), nimirum qui virtute, conjunctione- que et familiaritate apud Deum, vulgo sublimiores sunt, rationem animae ad corpus, aut mentis ad animam obtinentes, ut haec duo, hoc est et id, quod deficit, et id quod redundat, inter se, velut in membris, composita et compacta, spiritusque compage connexa et colligata, unum corpus, omni ex parte perfectum, atque ipso Christo, qui caput nostrum est, omnino dignum *(ὁντω αξιον)* exsistant." Et (or. 32. al. 26. n. 11; **J/** 36, 186): „Omnes enim corpus unum in Christo sumus, singuli autem Christi, atque alii aliorum membra iRom 12, 5). Alii enim dominantur et praesunt: alii parent ac reguntur. Et quamvis non eadem sit utrorumque actio, siquidem imperare, et imperio regi, non est idem, fiunt tamen utraque unum in unum Christum, ab eodem Spiritu constructa atque compacta/ — Atque *Ambrosius* (ep. 76. n. 12. 13; ¡**M*** 16, 1262. 1263): „Quis autem vir perfectus est, nisi ille qui absolutus infantia puerilis ingenii, atque adolescendae incerto ac lubrico, et immoderato juventutis calore, in viri perfecti firmitatem successerit, atque ad illam morum maturitatem adoleverit, ut non facile devii disputatoris alloquio flectatur, et quasi quadam doctrinae irrationabilis turbidiore in scopulos jactetur procella, ad erroris remedia se

I ;onferens: et qui veritatem non solum in sermone, sed etiam
I in operibus sequatur suis, et aedificationem caritatis in se susci-
I piat, ut in unitate fidei et agnitionis occurrat, et quasi mem-
I brum non desit capiti suo, id est Christo, qui est caput omnium,
i ex quo totum corpus fidelium et sapientium per harmoniam
I rationabilem \rerbi, hoc est enim *συναρμολογοΐμενον, αρμονία τον*
I *ίήον ôtôaii'i'ov* (Eph 4, 16), id est, harmonia Verbi compagi-
natum et compactum atque connexum, per omnem juncturam
! ministrationis, in mensuram uniuscujusque partis augmentum
corporis facit, in aedificationem sui, in caritate, ut assurgat
unum templum Dei in omnibus, et unum domicilii coelestis
habitaculum in spiritu universorum. In quo non solum sanctorum
hominum, sed omnium credentium, omnium etiam superiorum
rationabilium Virtutum ac Potestatum, connexionem fidei, spi-
ritusque accipiendam arbitror, ut per harmoniam quamdam
virtutum ac ministeriorum, corpus unum ex omnibus rationa-
bilis naturae spiritibus adhaereat capiti suo Christo, ita aedi-
ficationis compage connexa, ut ne tactu quidem junctura sin-
gulorum adhaerentium discrepare videatur.“ — Vel *Chrysostomus*
in I Cor 12, 12 hom. 30. n. 1; **J/** 61, 250): „Ita et Christus'.
Et cum oportuisset dicere: ita et ecclesia, hoc enim consequens
erat, hoc quidem non dixit, sed illius loco Christum ponit, in
altum extollens orationem, et auditorem magis pudore afficiens.
Hoc autem vult significare: ita et Chriti corpus, quod est ec-
clesia. Sicut enim et corpus et caput unus sunt homo, ita et
ecclesiam et Christum unum esse dixit. Ideo Christum pro
ecclesia posuit, corpus ejus sic vocans.“ — Vel *Hieronymus*
1.1. in Eph 1, 23; *M* 26, 464): „Sicut . . adimpletur imperator,
si quotidie ejus augeatur exercitus, et fiant novae provinciae,
et populorum multitudo succrescat: ita et Dominus noster Jesus
Christus in eo quod sibi credunt omnia, et per dies singulos
ad fidem ejus veniunt, ipse adimpletur in omnibus: sic tamen
ut omnia adimpleatur in omnibus, id est, ut qui in eum cre-
dunt, cunctis virtutibus pleni sint, et juxta evangelium faciant
eum proficere aetate, sapientia et gratia, non solum apud Deum,
sed et apud homines (Luc 2, 52).“

Praecinue vero in supernatural! ecclesiae dignitate efte- 341
renda *Augustinus* est; cujus sunt e. c. verba haec (enar. 2. .in
Ps 18 n 10; **J/** 36, 161): „Quod tunc faciebat unus homo

accepto Spiritu sancto, ut unus homo linguis omnium loqueretur, hoc modo ipsa unitas facit, linguis omnibus loquitur. Et modo unus homo in omnibus gentibus linguis omnibus loquitur, unus homo caput et corpus, unus homo Christus et ecclesia, vir perfectus, ille sponsus, illa sponsa: sed ‚erunt·, inquit, ‚duo in carne una* (Gen 2, 24).“ Et iterum docet (enar. 2. in Ps 30. serm. 1. n. 3. 4; JZ 36, 231. 232): „Totus Christus caput et corpus. Caput ille salvator corporis (Eph 0,23), qui jam ascendit in coelum; corpus autem ecclesia, quae laborat in terra. Hoc autem corpus nisi connexione caritatis adhaereret capiti suo, ut unus fieret ex capite et corpore, non de coelo quemdam persecutorem corripiens diceret: ‚Saule, Saule, quid me persequeris?' (Act 9, 4) quando eum jam in coelo sedentem nullus homo tangebat, quomodo eum Saulus in terra saeviens adversus Christianos aliquo modo injuria percellebat? Non ait: Quid sanctos meos, quid servos meos? sed: ‚quid me persequeris', hoc est: quid membra mea? caput pro membris clamabat, et membra in se caput transfigurabat. Vocem namque pedis suscipit lingua . . Fit ergo tanquam ex duobus una quaedam persona, ex capite et corpore, ex sponso et sponsa.. Si duo in carne una, cur non duo in voce una? Loquatur ergo Christus, quia in Christo loquitur ecclesia, et in ecclesia loquitur Christus; et corpus in capite, et caput in corpore. Audi apostolum hoc ipsum evidentius exprimentem : ‚Sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, sic et Christus' (1 Cor 12, 12). Loquens de membris Christi, hoc est de fidelibus, non ait: sic et membra Christi, sed totum hoc quod dixit, Christum appellavit." Et (ib. serm. 2. n. 1; *Al* 36, 239): rQuomodo sit accipiendus Christus totus cum capite et corpore, non tacueram: testimoniis etiam scripturarum, quantum mihi videtur, satis idoneis luculentisque firmaveram, ita ut omnino dubitari non posset Christum esse caput et corpus, sponsum et sponsam, Filium Dei et ecclesiam, Filium Dei factum filium hominis propter nos, ut filios hominum faceret filios Dei, atque ita essent duo in carne una in sacramento magno, qui agnoscuntur in Prophetis duo in voce una." Et (in Ps 44. n. 23. 26; *M* 36, 509. 510): Filiae regum delectaverunt te in honore tuo· . . Ecce Roma, ecce Carthago, ecce aliae et

aliae civitates filiae regum sunt; et delectaverunt regem suum inhonore ipsius; et ex omnibus fit una quaedam regina . . .Uuoniam concupivit rex speciem tuami Quam speciem, nisi quam ipse fecit? . . Quis rex? ‚Quia ipse est Dominus Deus tuus*. . Deus tuus est, rex tuus est. Rex tuus, et ipse est sponsus tuus. Regi nubis Deo, ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab illo sanata. Quidquid habes unde illi placeas, ab illo habes.“ Et (in Ps 140. n. 3; *M* 37, 1817): .Siergo ille caput, nos corpus, unus homo loquitur; sive caput loquatur, sive membra, unus Christus loquitur. Et capitis est proprium loqui etiam in persona membrorum. Ipsam nostram consuetudinem advertite . . In angusto tibi pedem aliquis calcat: Calcas me, dicit caput. Vulneravit tibi aliquis manum: Vulnerasti me, dicit caput. Caput tuum nullus tetigit, sed loquitur unitas compaginis corporis tui. Omnium membrorum tuorum personam illa, quae in capite est, lingua suscepit, ipsa pro omnibus verbo fungitur. Sic ergo audiamus Christum loquentem; sed unusquisque agnoscat ibi vocem suam, tanquam haerens in Christi corpore.u Vel (in Ps 142. n. 3; J/37,1846.1847): .Ipse Dominus Jesus Christus caput et corpus: voluit enim etiam loqui in nobis, qui dignatus est mori pro nobis; membra sua nos fecit. Aliquando itaque ex persona membrorum suorum loquitur, aliquando ex persona sua, tanquam capitis nostri. Habet aliquid ille quod dicat sine nobis; nos sine illo nihil possumus (licere. Apostolus dicit: ‚ut suppleam quae desunt pressurarum Christi, in carne mea' (Col 1, 24). ‚Ut suppleam', inquit, ‚quae desunt pressurarum', non mearum, sed ‚Christi; in carne', non jam Christi, sed ‚mea'. Patitur, inquit, adhuc Christus pressuram, non in carne sua, in qua ascendit in coelum, sed in carne mea, quae adhuc laborat in terra . . Nisi enim Christus et in membris suis, hoc est fidelibus suis, pressuram ipse pateretur, Saulus in terra Christum in coelo sedentem non persequeretur. Denique aperte hoc exponens quodam loco: ‚Sicut enim corpus unum est', inquit, ‚et membra multa habet, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus: ita et Christus' (1 Cor 12, 12). Non ait: ita et Christus et corpus; sed: .corpus unum membra multa, ita et Christus', lotum ergo Christus Non ergo miremur in Psalmis: multa enim dicit ex persona capitis, multa ex persona membrorum; et

hoc totum tanquam una persona sit, ita loquitur. Nec mireris quia cluo in voce una, si cluo in carne una.“ Vel etiam (de dono persev. c. 7. n. 14; **J/** 45, 1001): „Christus enim totus cum membris suis est, propter ecclesiam, quae est corpus ejus, plenitudo ejus.“ Praeterea videsis enar. in Ps 138. n. 2 (**J/** 37, 1784. 1785); ep. 140. al. 120. ad Honoratum c. 6. n. 18 **J/** 33, 545); de doctrina christ. 1. 1. c. 16. n. 15 (**J/** 34, 25); de Genesi contra manich. 1. 2. c. 24. n. 37 (**J/** 34, 215. 216); in Jo tr. 26. n. 13 (**J/** 35, 1612. 1613); in 1 Jo tr. 1. n. 2 (**J/** 35, 1979); serm. 267. al. de temp. 186. c. 4 (**J/**38, 1231 ; de diversis quaest., q. 69. n. 10 (**J/** 40. 79); de civ. Dei 1.22, c. 15 (**J/** 41, 777); de unitate eccl. c, 2. n. 2. c. 19. n. 49 (*M* 43, 392. 429).

Accedit *Leo M.* dicens (serm. 63. c. 3; **J/** 54, 355): „Non ergo est dubium, dilectissimi, naturam humanam in tantam connexionem a Filio Dei esse susceptam, ut non solum in illo homine qui est primogenitus totius creaturae (Col 1, 15), sed etiam in omnibus sanctis suis unus idemque sit Christus, et sicut a membris caput, ita a capite membra dividi non possint. Quamvis enim non istius vitae sit, sed aeternae, ut sit Deus omnia in omnibus (1 Cor 15, 28), tamen etiam modo templi sui, quod est ecclesia, indivisus habitator est, secundum quod ipse promisit, dicens: ‚Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi' (Mat 28, 20). Quibus apostolus consonans ait: .Ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, et per eum reconciliari omnia in ipso' (Col 1,18—20)." – Et *Gregorius M.* (in Ps poenit. 5. n. 1; *M* 79, 602): „Nec mirandum si ea quae nobis solummodo congruunt, quasi sint sua Christus pronuntiat. Unum quippe corpus est tota sancta universalis ecclesia, sub Christo Jesu. suo videlicet capite, constituta. Unde ait apostolus: ‚Ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis' (Col 1, 18). Ipsa est enim quae per prophetam jucundatur, et dicit: .Nunc exaltavit caput meum super inimicos meos' (Ps 26, 6). Pater enim Filium, qui est caput ecclesiae, super inimicos ejus exaltavit, cum destructo mortis imperio, in suae illum majestatis aequalitate constituit, cui et dixit: ‚Sede a dextris meis, donet

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (Ps 109, 1). Christus itaque cum tota sua ecclesia, sive quae adhuc versatur in terris, sive quae cum eo jam regnat in coelis, una persona est. Et sicut est una anima quae diversa corporis membra vivificat, ita totam simul ecclesiam unus Spiritus sanctus vegetat et illustrat. Sicut namque Christus, qui est caput ecclesiae, de Spiritu sancto conceptus est, sic sancta ecclesia quae corpus ejus est, eodem Spiritu sancto repletur ut vivat; ejus virtute firmatur, ut in unius fidei et caritatis compage subsistat. Unde dicit apostolus: ‚Ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei' (Coi 2, 19). Istud est corpus, extra quod non vivificat spiritus. Unde dicit beatus Augustinus: ‚Si vis vivere de spiritu Christi, esto in corpore Christi' (in Jo tr. 26. n. 13). De hoc spiritu non vivit haereticus, non vivit schismaticus, non vivit excommunicatus; non enim sunt de corpore. Ecclesia autem spiritum vivificantem habet, quia capiti suo Christo inseparabiliter adhaeret. Scriptum est enim: ‚0ui adhaeret Domino, unus spiritus est cum eo' (1 Cor 6, 17). Pro membris itaque orat caput . . ut corporis sui orationem Deus Pater exaudiat, et ut ejus clamor ad divinae majestatis aures ascendat."

Ad haec accipiatur dilucida doctrina, qua explicat essen- 343
tialem illam supernaturalem ecclesiae habitudinem ad Christum s. *Thomas* (S. theol. 3. q. 8. a. 1): „Sicut tota ecclesia dicitur unum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundum diversa membra habet diversos actus, ut apostolus docet Rom 12 et 1 Cor 12, ita Christus dicitur caput ecclesiae secundum similitudinem humani capitis: in quo tria possumus considerare, scilicet ordinem, perfectionem et virtutem. Ordinem quidem, quia caput est prima pars hominis incipiendo a superiori: et inde est quod omne principium consuevit vocari caput, secundum illud Ez 16, 25: ‚Ad omne caput viae aedificasti signum prostitutionis tuae'. Perfectionem autem, quia in capite vigent omnes sensus et interiores et exteriores, cum in ceteris membris sit solus tactus: et inde est quod dicitur Is 9, 15: ‚Senex et honorabilis ipse est caput'. Virtutem vero, quia virtus et motus ceterorum membrorum, et io eorum in suis actibus est a capite, propter vim

to

sensitivam et motivant ibi dominantem: unde et rector dicitur caput populi, secundum illud 1 Reg- 15, 17: ‚Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?' Haec autem tria competunt Christo spiritualiter. Primo enim secundum propinquitatem ad Deum gratia ejus altior est et prior, etsi non tempore, quia omnes alii acceperunt gratiam per respectum ad gratiam ipsius, secundum illud Rom 8, 29: ‚Quos praescivit, hos et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus'. Secundo vero perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum, secundum illud Jo 1, 14: ‚Vidimus eum plenum gratiae et veritatis' . . Tertio, virtutem habet influendi gratiam in omnia membra ecclesiae, secundum illud Jo 1, 16: ‚De plenitudine ejus nos omnes accepimus'. Et sic patet quod Christus convenienter dicitur ecclesiae caput." Quibus adde (ib. ad 1. 3): „Dare gratiam aut Spiritum sanctum convenit Christo secundum quod est Deus, auctoritative; sed instrumentaliter convenit etiam ei, secundum quod est homo, inquantum scilicet ejus humanitas instrumentum fuit divinitatis ejus; et ita actiones ipsius ex virtute divinitatis fuerunt nobis salutiferae, utpote gratiam in nobis causantes, et per meritum, et per efficaciam quamdam . . Caput habet manifestam eminentiam respectu ceterorum exteriorum membrorum; sed cor habet quamdam influentiam occultam. Et ideo cordi comparatur Spiritus sanctus, qui invisibiliter ecclesiam vivificat et unit; capiti autem comparatur ipse Christus secundum visibilem naturam, secundum quam homo hominibus praefertur? Ceterum juverit complere haec ex illis (ib. a. 6): „Caput in alia membra influit dupliciter: uno modo quodam intrinseco influxu, prout scilicet virtus motiva et sensitiva a capite derivatur ad cetera membra: alio modo secundum quamdam exteriorem gubernationem, prout scilicet secundum visum et alios sensus qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiae non est ab aliquo nisi a solo Christo; cujus humanitas ex hoc quod est divinitati conjuncta, habet virtutem justificandi; sed influxus in membra ecclesiae quantum ad exteriorem gubernationem potest aliis convenire: et secundum hoc aliqui alii possunt dici capita ecclesiae, secundum illud Am 6, 1; ‚Optimates capita populorum', diffe-

renter tamen a Christo. Primo quidem quantum ad hoc quod Christus est caput omnium eorum qui ad ecclesiam pertinent secundum omnem locum, et tempus, et statum; alii autem homines dicuntur capita secundum quaedam specialia loca, sicut episcopi suarum ecclesiarum, vel etiam secundum determinatum tempus, sicut papa est caput totius ecclesiae, scilicet tempore sui pontificatus, et secundum determinatum statum, prout scilicet sunt in statu viatoris. Alio modo, quia Christus est caput ecclesiae propria virtute et auctoritate, alii vero dicuntur capita, in quantum vicem gerunt Christi, secundum illud 2 Cor 2,10: ‚Xam et ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi', et secundum illud 2 Cor 5, 20: ‚Pro Christo legatione fungimur, tamqüam Deo exhortante per nos'." Idem Aquinas in Eph c. 1. lect. 8. profert ista: „Quaerenti . . cur in corpore naturali sint tot membra, scilicet manus, pedes, os et hujusmodi, respondetur, hoc esse ideo ut deserviant diversis operibus animae, quorum ipsa potest esse causa et principium, et quae sunt virtute in ipsa: nam corpus est factum propter animam, et non e converso: unde secundum hoc, corpus naturale est quaedam plenitudo animae. Nisi enim essent membra cum corpore completa, non posset anima suas operationes plene exercere. Similiter itaque est hoc de Christo, et de ecclesia: et quia ecclesia est instituta propter Christum, dicitur quod ecclesia est plenitudo ejus, scilicet Christi, idest ut omnia quae virtute sunt in Christo, quasi quodammodo in membris ipsius ecclesiae impleantur, dum scilicet omnes sensus spirituales et dona, et quidquid potest esse in ecclesia, quae omnia superabundanter sunt in Christo, ab ipso deriventur in membra ecclesiae, et perficiantur in eis."

Tandem est diserta de supernatural! indole ecclesiae sen- 344
tentia *Leonis XIII* (encycl. „Immortale Dei" „*Haec* societas, quamvis ex hominibus constet, non secus ac civilis communitas, tamen propter finem sibi constitutum, atque instrumenta, quibus ad finem contendit, supernaturalis est et spiritualis atque idcirco distinguitur ac differt a societate civili." Atque iterum docet (encycl. de unitate ecclesiae, 29. jun. 1896): .Non est ecclesia intermortuum quiddam, sed corpus Christi vita supernaturali praeditum. Sicut Christus, caput et exemplar, non omnis est. si in eo vel humana dumtaxat spectetur natura

Visibilis, quod photiniani ac nestoriani faciunt, vel divina tantummodo natura invisibilis, quod solent monophysitae: sed unus est ex utraque et in utraque natura cum visibili tum invisibili, sic corpus ejus mysticum non vera ecclesia est nisi propter eam rem. quod ejus partes conspicuae vim vitamque ducunt ex donis supernaturalibus rebusque ceteris, unde propria ipsarum ratio ac natura efflorescit . . Deus perfecit, ut ecclesia esset omnium societatum longe praestantissima: nam quod petit ipsa tanquam finem, tanto nobilius est quam quod ceterae petunt societates, quanto natura gratia divina, rebusque caducis immortalia sunt praestabiliora bona. Ergo ecclesia societas est ortu divina: fine, rebusque fini proxime admoventibus, supernaturalis: quod vero coalescit hominibus, humana communitas est.*

Thesis XI. *Ecclesia omnibus hominibus necessitate medii et, adultis quidem. praecepti ita necessaria est, ut quotquot hinc migrantes nullo ad ecclesiam Christi linculo referuntur, salutis sempiternae similiter expertes judicandi sint.*

Declaratio. In ecclesia discernuntur elementa classis geminae, i. e., quae sunt per se invisibilia, et quae sunt visibilia. Priora continentur gratiis interioribus receptis gratum facientibus, ut gratiae sanctificantis, fidei, spei, caritatis cum conexis reliquis virtutibus et donis Spiritus sancti. Alterius classis elementa constituuntur potius exterioribus, ut pastorum ministerio et obsequio ceterorum, fidei professione, sacramentorum communicatione, vel etiam donis gratis datis interioribus, utpote ad ministerium spectantibus (cf. *1 Cor* 12, 27. 28). Invisibilia illa, in tali quidem oppositione, ecclesiae spiritus vel anima vocari solent, visibilia haec, prae illis certe, ecclesiae corpus: quem loquendi modum praeformaverunt catholici contra donatistas ecclesiam comparando homini interiori et exteriori uni (cf. *Augustini* brevic. collât, cum donat, coli, diei 3. c. 10. n. 20; **J/** 43, 635). Jam vero aliunde constat, neminem salvari, qui moriens sit gratia sanctificante destitutus proindeque non saltem animae ecclesiae vel secundum quid ipsi ecclesiae conjunctus. At aliquam cum corpore ecclesiae conjunctionem et ipsam pro salute sempiterna necessariam esse hac thesi affirmamus.

Porro necessarium aliquid esse potest necessitate duplici, 346
medii et praecepti. Necessarium necessitate medii illud definitur, quo vel inculpabiliter omisso finis obtineri nequit. Est scilicet necessitas haec causae vel saltem condicionis requisitae praeviae, cujus vim vel indolem agentis sive ignorantia sire impotentia neutiquam supplere valet. Quae medii necessitas ex fonte vario provenire potest. Praecepti vero necessitate illud necessarium est, quo non servato culpa aliqua admittitur impediens finis ultimi adeptionem. Unde quidquid excusat a peccato, ut defectus scientiae vel libertatis, ab hac praecepti necessitate pariter excusat. Quae proinde ad adultos solos pertinere potest. Dicimus autem conjunctionem cum ecclesia necessariam esse necessitate medii eademque orta ex institutione Dei positiva pro hominibus omnibus; insuper docemus necessarium esse necessitate praecepti pro adultis, expetere eandem conjunctionem. Sub quo respectu quidem ecclesia societas non voluntaria, sed necessaria profitenda est.

Verum quae exteriora ad salutem necessaria sunt, praestari ab adultis possunt tum et re ipsa, tum saltem voto, i. e., sincero animi desiderio, eoque vel explicito vel solum implicito, in alio scilicet actu, qui utique reapse et explicite exsistat. Hinc necessaria illa dici solent aut re aut voto; quod tamen non est idem, ac votum per se sumptum vel meram voluntatem aliquando media exteriora suscipiendi, sine actu alio interno perfectiore, ut caritatis vel contritionis, ad finem justificationis et salutis obtinendum vel interim jam sufficere. Et quatenus quidem medium exterius necessarium in voto applicare satis est, necessitas eiusdem re ipsa capessendi est sane latius dicta. At non ideo putari debet illamet necessitas praecepti simplex, cum altera haec a necessitate medii, de quo agimus, externi, considerata indole sive rei necessariae sive necessitatis ejus, differre inveniatur. Sane res praecepta est ex se semper actio subjectiva, conficienda scilicet ab eo ipso, cui eadem praecipitur; et necessaria exsistit per se solum ex praecepto, et ad gratiam salutis, peccati novi obice vitato, solum non prohibendam vel solum remotius positive vel quodammodo per accidens vel certe nunquam instar causae condignae primum adducendam. Res vero necessaria necessitate medii exterioris est aliquid per se objectivum, ab eo recipiendum, pio quo res

illa necessaria dicitur; cujus in desiderio certe serio habendae et in proposito tirmo exquirendae necessitas oritur ex eo, quod est instituta tamquam medium unicum, quamvis non simpliciter, saltem primarium, ad gratiam justificationis, exclusa jam praesenti culpa, etiam immediate, per se vel ex fine suo proprio, instar causae stricte dictae, instrumentalis quidem, producendam. Licet autem etiam medium mere internum secundarium, supplens vel vicarium exstet, tale tamen condicione tantum ea ut ad finem praestitutum ducens a Deo acceptatur vel ab homine cum salutis fructu adhibetur, ut interior actus bonus ordinem quendam vel subjectionem animi explicitam vel implicitam ad usum medii exterioris primarii, solius scilicet independent's vel absoluti, referat; i. e., debet actus praesens internus esse saltem ita comparatus, ut idem virtute sibi insita, dummodo externum medium necessarium cognosceretur et actu ipso cogitaretur, ad illud explicite volendum se extenderet. Quippe haec voluntas bona a Domino pro facto reputatur, manente sane obligatione medii exterioris dein pro opportunitate re ipsa suscipiendi. Ceterum data opera de necessitate medii et praecepti alibi agendum est.

i

348 Jam vero medium ejusmodi exterius hominibus ad salutem necessarium est ecclesia. Nimirum ecclesia esse quidem medium idoneum salutis ex supra (th. IX) dictis scitur, eademque et excellere in ratione medii percipitur tum generatim pro salutarium praesidiorum abundantia tum nominatim pro sacramentis suis, ut quae vim justificandi positivam non qualemcumque, remotam, solum congruam, sed proximam et condignam teneant. Nunc autem medium idem per se efficax, non ut unum aliquod ex pluribus, sed absolutum unicum. etiam necessarium esse ponimus ita, ut oporteat pro salute consequenda modo, si non perfectiore, certe indicato bonae voluntatis ingredi ecclesiam et ad finem vitae in ea perseverare, vel in voto saltem medium externum illud applicare, quo quis actualiter visibili ecclesiae conjungatur. Unde vinculum quidem aliquod cum corpore ecclesiae, Deo Domino et curiae beatorum cognitum, pro salute sempiterna postulari intellegitur. Quo pacto etiam mors ex religionis odio illata vices propioris cum ecclesia communionis sustinere queat, paulo interius aperiemus.

Adversantur thesi plures illi recentiores, qui contendunt, 349
nihil interesse ad salutem, cui demum formae vel societati religionis Christianae homo sit addictus; multoque magis opponuntur illi nimis multi, qui jam simpliciter omnes religiones eodem loco habent (cf. *Act. concit, rec. collect, lac.* 7, 588—594). Est vero altera pars thesis, qua statuitur necessitas praecepti se adjungendi ad ecclesiam, ipsum dogma fidei; immo fas sit dicere, priorem quoque partem, ubi vinculum aliquod habendum cum ecclesia necessitate medii necessarium asseritur, si rem quidem enuntiatam, non modum enuntiandi, spectes, non tantum sententiam theologice certam esse, sed ad fidem pertinere.

Demonstratio p. I. 1. Sepositis nunc parvulis martyribus, 350
est omnibus hominibus necessitate medii ad salutem sempiternam necessarium baptisma, suscipiendum aut re ipsa, ut infantibus, aut certe voto implicito, ut adultis. Atqui baptisma ex se vel ex consilio Christi institutoris etiam ad hoc ordinatur, ut homines suscipientes corpori ecclesiae tamquam membra perpetua cum perpetuo charactere inserat; idemque receptum exsistit salutiferum iis solis, qui in voto saltem inseruntur et inserti ante obitum habentur; quin est baptisma ipsum unum ex elementis visibilibus ad corpus ecclesiae pertinentibus proindeque ex se cum hoc corpore formaliter nectentibus. Ergo, praetermisso saltem casu penitus insolito, ecclesia, i. e., conjunctio aliqua cum ipso corpore ecclesiae, hominibus necessitate medii ad salutem necessaria est.

Prob. maj. ex verbis Domini factis Nicodemo *Jo* 3, 3. 5: 351
.Amen, amen, dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei . . Amen, amen, dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.u Enimvero inde necessitas baptismatis regenerantis ad vitam supernaturalem et salutarem in regno Dei militante incohandam, in regno triumphante consummandam similis colligitur, ac quae sit generationis ad vitam naturalem hominum vivendam. Atqui haec est necessitas medii. Tum etiam sententia citata Servatoris necessitas, directe quidem, eadem pro omnibus, infantibus non minus quam adultis, enun tiatur. Atqui infantibus necessitas nisi medii obtingere non potest. Et minima certe, quam liceat edictam affirmare, est necessitas baptismi capessendi per implicitum voluntatis votum;

qua ratione utique ab adultis solis medium baptismi adhiberi potest; unde infantes sine actuali usu sacramenti, saltem ordinarie, neutiquam salvi fiunt. Cf. et *1 Pet* 3, 20-22, Argumento petito ex scriptura traditio accedit, qua necessitas baptismi etiam pro parvulis, praecepti adhuc incapacibus, et ex Jo 3 ipso, definita est; vide v. g. *concilii plenarii cartha^* a. 418. cn. 2. 3 (Z> 65. 66), vel *tridentini* s. V. cn, 3. 4 (*P*> 672. 673); videsis et s. *Thomae* S. theol. 3. q. 84. a. 5. 6.

352 Itaque independenter a baptismate in testamento novo salus nulla est; aliunde vero constat, cum supernatural! et perfecta dispositione voluntatis, qualis habetur per actum perfectae caritatis et comprehensae ea contritionis, justificationem etiam in lege nova immediate junctam esse. Quae duo capita doctrinae in concordiam rediguntur statuendo, caritatem vel contritionem hominis nondum baptizati pro justificatione proindeque salute consequenda eatenus sufficere, quatenus votum baptismi suscipiendi saltem virtualiter inclusum sibi habeat. Quod votum continetur ceteroqui quovis actu verae perfectaeque caritatis, ut quae non sit sine firma voluntate, sicut servandi universe praecepta graviter obligantia, ita, quantum fieri queat, mediis utendi pro salute requisitis. Hinc quamvis actus caritatis in se idem sit, ac qui in testamento vetere fuit, mutata tamen oeconomia exteriore vel accedentibus praeceptis novis mediisque aliis jam pro salute necessariis a Deo institutis, actus ille, licet sit hominis tale nil scientis vel non cogitantis, necessario ad haec quoque alia relationem induit.

353 Quare sufficere baptisma aquae vel fluminis receptum in voto perfectae voluntatis, quod et baptisma flaminis vocant, theologi pronuntiant, Patribus quidem praeeuntibus ipsoque concilio tridentino comprobante. Ita jam *auctor libri de n-baptismate* aequalis Cypriano (n. 5; *Al* 3, 1189): „Ut non ignoratis, credentibus hominibus invenitur Spiritus sanctus a Domino datus sine baptismate aquae, sicut Actis apostolorum continetur . . (Act 10, -14—48). Sicut etiam . . Petrus . . docuit nos dicens: .Et nihil discrevit inter nos et ipsos, fide emundatis cordibus eorum· (Actio, 9). Atque hoc non erit dubium in Spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari, sicut animadvertis baptizatos hos prius quam aqua baptizarentur..

quandoquidem et sine manus impositione apostolorum et sine lavacro, quod postea adepti sunt, gratiam repromissionis acceperint: et sic paulo ante emundatis cordibus eorum, Deus per fidem ipsorum etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit.“ — Et *Ambrosius* (de obitu Valentiniani n. 51. 53; J/16, 1374. 1375): „Sed audio vos dolere, quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut et antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit; et ideo prae ceteris causis me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit: non habet quam poposcit? Certe quia poposcit, accepit . . Aut si quia solemniter non sunt celebrata mysteria, hoc movet, ergo nec martyres, si catechumeni fuerint, coronentur; non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sanguine, et hunc sua pietas abluit et voluntas." — Et *Augustinus* (de baptismo contra donatistas l. 4. c. 22. n. 29; J/ 43, 173): „Invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest.“ — Similiter *Bernardus* (ad Hugonem de s. \rictore de baptismo c. 2. n. 8; *M* 182, 1037): „.Pro certo, cum non aliunde martyrium, nisi ex fidei merito illam obtinuerit praerogativam, ut singulariter vice baptismi secure suscipiatur: non video cur non ipsa aeque et sine martyrio apud Deum tantumdem possit, cui et sine martyrii probamento procul dubio innotescit . . Quid planius, quod voluntas pro facto reputetur, ubi factum excludit necessitas? . . Quomodo is qui alieno debito se teneri forte in extremis positus recolit, si desit unde persolvat, sola nihilominus poenitentia et cordis contritione obtinere veniam creditur, ne jam pro eo damnetur: sic sola fides et mentis ad Deum conversio, sine effusione sanguinis, et sine perfusione aquae, salutem sine dubio operatur volenti, sed non valenti, prohibente mortis articulo, baptizari.— Videsis etiam s. *Thomac* S. theol. 3. q. 66. a. 11; q. 68. a. 2; Supplem. q. 6. a. 1. — Et sane ex doctrina *concilii Iridcntini* sicut justificatio proindeque salus peccatoris baptizati tribuenda est aut ipsi sacramento paenitentiae aut saltem contritioni, quae includat \isibilis sacramenti

votum (s. VI. c. 14 et s. XIV. c. 4; *D* 690. 778; cf. s. *Tlumat* S. theol. 3. q. 86. a. b), ita justificatio hominis nondum baptizati «post evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, aut eius voto, fieri non potestu (s. VI. c. 4; cf. s. VII. cn. 4 de sacr. in gen.; s. XIV. c. 2 de poenit.; *D* 678. 729.775).

354 *Prob. prima pars minoris* argumenti supra (n. 350) positi ex / *Cor* 12, 13: «Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive judaei, sive gentiles, sive servi, sive liberi-; *Rom* 6, 3: «An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu *(ει* Aozoror Υζσοὐξ), in morte *(εἴξ* rw *ὕάνατον)* ipsius baptizati sumus?"; *Gal* 3, 27: «Quicumque enim in Christo *(ει Χοιαιάν)* baptizati estis, Christum induistis*; *Eph* 4, 4. 5: «Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma-; *Mat* 23, 19. 20: «docete omnes gentes,baptizantes eos *(μαθητεύσατε πάντα τα εδνη, βαπτιζοντε αυτού)* .. docentes *(διδάσκοντε)* eos servare omnia, quaecumque mandavi vobisu; *Æ/* 2, 40—42: «exhortabatur eos (Petrus), dicens: Salvamini a *(δοτά)* generatione ista prava. Qui ergo recepe-runt sermonem ejus, baptizati sunt; et appositae sunt (Τtçogî- in die ilia animae circiter tria millia. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, et communicatione fractionis panis *(trj διδαχἴ τι~ν αποστόλων '/ai τι) /oiviovicf, τι vlaGU τηϊ ἀρτον),* et orationibus-; cf. *Col* 2, 11. 12. — Unde omnes baptizati vi ipsius ritus baptismalis semel applicati vel characteris indelebilis impressi in ovili Christi, i. e., in ecclesia simpliciter debent esse. Ita *Augustinus* compellat donatistam (serm. ad caesareensis ecclesiae plebem n. 4; *M* 43, 693): «Ovis es., de grege Domini mei, cum signo errasti: ideo quaero magis, quia ipsum signum habes. Quare unam ecclesiam non possidemus? Unum signum habemus, quare in uno ovili non sumus? Ideo te quaero, ut hoc sacramentum sit tibi in salutis adjutorium. non in damnationis testimonium. Nescis quia desertor de charactere damnatur, de quo militans honoratur? Ideo te quaero, ut non pereas cum signo. Salutis enim signum est, si habeas salutem, si habeas caritatem. Hoc enim signum salutis extra tibi inesse potest, prodesse non potest.“ Idem scribit illa de baptismo contra donatistas l. 6. c. 1. η. 1; *M* 43, 1971; «Satis eluxit pastoribus ecclesiae catholicae toto

orbe diffusae, per quos postea plenarii concilii auctoritate originalis consuetudo firmata est, etiam ovem, quae foris errabat, et dominicum characterem a fallacibus depraedatoribus suis foris acceperat, venientem ad Christianae unitatis salutem, ab errore corrigi, a captivitate liberari, a vulnere sanari, characterem tamen in ea dominicum agnosci potius quam improbari.“ Et (in 1 Jo tr. 5. n. 6; *M* 35, 2015): „Accepit sacramentum nativitatis homo baptizatus; sacramentum habet, et magnum sacramentum, divinum, sanctum, ineffabile. Considera quale: ut novum hominem faciat dimissione omnium peccatorum. Attendat tamen in cor, si perfectum est ibi, quod factum est in corpore: videat si habet caritatem, et tunc dicat: Natus sum ex Deo. Si autem non habet, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur.“ — Hinc baptisma etiam ut janua ecclesiae exhibetur. Quo pertinent verba illa decreti florentini *Eugenn IV* pro armenis *(D* 591): „Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma, quod vitae spiritualis janua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesiae.“ Et *tridentina synodus* declarat (s. XIV. c. 2. de poenit.; *D* 775): ^Constat certe, baptismi ministrum judicem esse non oportere, cum ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi januam luerit ingressus. Quid enim mihi, inquit apostolus, de iis, qui foris sunt, judicare? Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lavacro baptismi sui corporis membra semel effecit."

Constat altera pars minoris (cf. n. 350). Utique qui aetate 355
jam adulta baptizantur, licet per baptismum ecclesiae subiciantur, non tamen semper fiunt ecclesiae ipsa membra; quod quidem evenit per accidens, i. e., per impedimentum ab illis interpositum. Similiter accidere potest, ut, qui aliquando baptizati ecclesiae membra evaserunt, exeant ab ecclesia vel separentur. At impedimento illo conjunctionis per hominem baptizandum posito aut ponitur simul obex gratiae nec jam baptisma medium est cum ipso prospero effectu salutis primae copulandum, aut dispositio requisita pro baptismate fructuose suscipiendo comprehendit saltem votum implicitum ecclesiae ingrediendae; continet enim animum sicut recipiendi sacramenti, ita se conformandi ad mentem voluntatemque Christi

in sacramento instituendo habitam; atqui ex dictis Christus, instituens sacramentum, ipsam quoque actualem cum corpore ecclesiae conjunctionem per illud adducendam omnino expe tebat. Porro ut baptisma pro salute prima danda postulat ab adultis saltem votum implicitum ecclesiae ineundae, sic sane ab iisdem pro salute data retinenda vel reciperanda et con summanda absolute poscitur, ne votum illud retractetur vel ut ante mortem certe resumatur.

Ultima pars minoris (cf. n. 350) demonstratur eo, quod sacramenta sunt bona propria ecclesiae, pro qua sunt instituta, et a qua sola sunt ex voluntate Christi administranda ita, ut participatio sacrorum nulla saltem sit legitima extra ecclesiam vel quae ab ipsa non dependeat. Recogita v. g. de *Mat* 28, 18—20: *Jo* 20, 21—23; *Jac Ô,* 14. 15. Quo sensu scribit *Augustinus* (ep. 93. al. 48. ad Vincentium c. 11. n, 46; **J/** 33, 343): rNon sacramenta Christiana faciunt te haereticum, sed prava dissensio. Non propter malum quod processit ex te, negandum est bonum quod remansit in te, quod malo tuo habes, si non ibi habes unde est bonum quod habes. Ex catholica enim ecclesia sunt omnia dominica sacramenta, quae sic habetis et datis, quemadmodum habebantur et dabantur, etiam priusquam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis, quia ibi non estis, unde sunt quae habetis.“ Idem etiam ex doctrina illa graecis quoque schismaticis ccmmuni confirmatur, quod ipsa sacramentorum validitas divino jure pendet a ministri intentione saltem id faciendi, quod ecclesia facit, vel quod actio formaliter sacramentalis tantum ea est, quae nomine et auctoritate Christi Domini, juste exercenda non nisi per corpus Christi vel sponsam, ecclesiam, ponatur (cf. prop. 28. damn, ab *Alexandro VIII* 7. dec. 1690; *D* 1185). Proinde homo per baptismum non mere efficienter cum ecclesia consociatur, sed jam a corpore ecclesiae in baptismo, ut elemento quodam suo. tangitur et per hoc ex se, si cetera requisita adsunt, etiam formaliter in ecclesiam recipitur; videlicet baptisma est pro subjecto apto conjunctio cum ecclesia et sic prius exsistens tamquam vinculum efficit agendo gratiam sanctitatis. Quo ipso intellegas, conjunctionem cum ecclesia vere esse medium praevium salutis. Neque minus votum vicarium baptismi rite suscipiendi vel conjunctionis cum ecclesia salutem antecedit

2. Necessaria necessitate medii ad salutem omnibus est 357
Hdes proprie dicta; nimirum hominibus adultis quidem ad sa-
lutem primam gratiae sanctificantis ex opere sive operantis
sive operato consequendam est necessaria fides ipsa actualis
et explicita in veritates certe aliquas a Deo revelatas et saltem
cum proposito operis consentanei juncta; hominibus vero om-
nibus, etiam infantibus, ad salutem alteram gloriae aeternae
est necessaria cum gratia finali habituali habitualis fides, i. e.,
principium permanens fidei actualis in justificatione inditüm,
cujus habitus infusi indoles haud dubie ex actu respondente
hominum adultorum noscitur. Atqui adultorum fides proprie
dicta actualis et explicita in veritates aliquas, secundum sum-
mam actuum, quos exigit, spectata, complectitur implicitam
saltem voluntatem credendi veritates etiam reliquas a Deo
modo pari pro genere humano revelatas, ideoque adhaerendi
magisterio publico divinitus statuto et per hoc quadantenus
jam ipsi corpori ecclesiae; quae fides si sit insuper cum pro-
posito operis consentanei juncta, fert voluntatem saltem im-
plicitam ecclesiae simpliciter vel omnino ingrediendae ejus-
demque constanter ad finem retinendae. Ergo colligatio quae-
piam cum corpore ecclesiae, videlicet per votum, proindeque
ecclesia ipsa ad salutem omnibus necessitate medii necessaria est.

Maior propositio ostenditur ex *He.b* 10, 38 — 11, 1. 6: „Justus 358
autem meus ex fide vivit: quod si subtraxerit se, non placebit
animae meae. Nos autem non sumus subtractionis filii in per-
ditionem, sed fidei in acquisitionem animae. Est autem fides
sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium ..
Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim
oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se
remunerator sit“; *Rom* 1, 16. 17; 3, 21. 22. 25—28. 30; 4, 5.
9.11—13. 16; 5, 1. 2: „Justificati ergo ex fide, pacem habeamus
ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem
et habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus,
et gloriamur in spe gloriae filiorum Deiu; *Rom* 9, 30—32;
10, 6. 9. 10; *Gal* 2, 16; 3, 8. 9. 11. 14. 22. 24. 26; 5, 5. 6:
-Nos enim spiritu ex fide spem justitiae exspectamus. Nam
in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque prae-
putium, sed fides, quae per caritatem operatur'*; *liph* 2, s;
3, 12. 17*. *Phil* 3, 9; *Jac* 2, 14 ss, ut v. 14. 17. 20. 24. 26:

Jjuid proderit, fratres inei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat: Numquid poterit fides salvare eum? Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. \Tis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? . . \ridetis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum? . . Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua esta. Istis locis fides, qualem descripsimus, tamquam medium necessarium pro justitia vel salute, nominatim adultorum, obtinenda indicatur. Eodem spectat *synodus tridenlina* s. VI. c. 6—8 *{D* 680—683); prop. *22.* 23. damn, ab *Innocenlio XI2.* mart. 1679 (7? 1039.1040); *synodus vaticana* s. III. c. 3. (Z? 1638. 1642). Speciatim autem de fide habituali per justificationem infusa proindeque in quibuslibet justis permanente, scriptura praeeunte (1 *Cor* 13, 13 coi. v. 4—8; videas et *1 Tini 2, 15; 2 Tini 4, 7. 8; 1* Tk/1,5), doctrinam traditionis sanxit *concilium tridentiniim* s. VI. c. 7 *[D* 681. 682). Ceterum haec omnia plenius alibi monstrantur. Cf. s. *Thomae* S. theol.

Prob. min. per tres suas partes: a. Fides divina salutaris proprie dicta actualis est assensus liber ideoque proveniens ex libero imperio piae voluntatis, qua quis vult formaliter credere, i. e., assensum praestare intellectus in veritates revelatas propter auctoritatem Dei revelantis. Jam vero quemadmodum actus intellectus habet motivum suum nunc memoratum, scilicet veritatem primam revelantem, ita etiam actus ille piae voluntatis imperantis motivo suo ducitur. Quod motivum voluntatis in bono aliquo vertitur, ut in bonitate ipsa actus fidei. Vult enim homo credere, quia est bonum credere et quia malum est sive positive dissentiendo sive etiam negative non assentiendo fidem detrectare, utique positis motivis, quae dicuntur credibilitatis, dubium quodvis prudens de facto divinae revelationis, pro cunctis quidem destinatae, excludentibus. Agedum, si vere, ut oportet, ex motivo tali bonitatis actus voluntas hominis pia imperat assensum fidei explicitum in veritates revelatas aliquas, virtute propria ejusdem motivi et praesentis actus homo est paratus et vult implicite aequabiliter se gerere, ubicumque motivum idem intercedere perspexerit. Atqui motixum illud reapse non jiro una tantum alterave. veri

tate valet, sed ad omnes prorsus alias veritates a Deo pro genere humano revelatas communique fidei deposito contentas vim suam propriam extendit, saltem si et ipsae consimilibus vel iisdem sigillis divinae locutionis insignitae nec verbis minus planis primitus expressae nec cautione minus certa integritatis crediturís traditae, proinde credibiles et credendae ex aequo inveniantur, Ergo qui vere et sincere credit veritates revelatas aliquas explicite, implicitam vel virtualem saltem voluntatem habet ceteras credendi, dummodo et ipsae credendae sibi ratione pari proponantur; cujus voluntatis piae est vis ea, ut aut penitus desineret aut in actum explicitum necessario erumperet, si et simulatque signa credibilitatis etiam pro alia veritate stare satis innotesceret,

I). Ex commonstratis fides salutifera explicita cujusvis veritatis supponit voluntatem virtualem pietate simili affectam respectu veritatis omnis sub condicionibus aeque idoneis revelatae et transmissae. Atqui in thesauro veritatum salutarium reperitur et originis divinae claritate, dictorum perspicuitate, traditionis incorruptae securitate antecellit veritas deposita ipsius divinae missionis magisterii publici ecclesiae ad omnes homines docendos veritates omnes revelatas. Nec sane in testamento novo, i. e., facta ecclesiae per Christum fundadone, jam veritas ulla revelata efficitur credibilis vel credenda signis et argumentis fortioribus, quam quibus missio divina illa magisterii ecclesiae communitur (vide v. g. *Mat* 28, 18—20; *}larc* 16, 15—20). Immo jure suo asseverare potuit *concilium Vaticanum* (s. III. c. 3; *D* 1642), ad solam ecclesiam ea pertinere omnia, quae ad evidentem fidei Christianae credibilitatem tam multa et tam mira divinitus disposita essent; quin etiam ecclesiam per se ipsam, ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis foecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum esse motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile. Et certe talibus divini ortus notis manifestis a Deo instruendum cunctisque agnoscibile faciendum erat institutum illud et illud solum, per quod et per quod solum a Deo ipso missum (cf. *Rom* 10, 13_ 15) veritates omnes revelatae sicut primo promulgandae, ita per saecula omnia custodiendae et omnibus

360

hominibus infallibiliter exponendae erant. Quo ipso fit, ut communiter saltem nemo quidquam fide salutari credat, ad quem, quamvis rei hujus nescium, radii quidam credibilitatis non ab ecclesia Christi quasi sole quopiam pervenerint. Ergv tides salutifera explicita non est sine implicita quidem voluntate admittendi etiam et imprimis magisterium ecclesiae ab eodemque demum animo docili suscipiendi tempore quovis reliquam quamcumque veritatem salutarem.

361 c. Qui habet voluntatem saltem implicitam adhaerendi magisterio ecclesiae per fidem minime infecundam vel in se mortuam, sed ex proposito operosam vel vita fidei conveniente auctam, vult eo ipso saltem implicite capessere salutis media ea, quae magisterium ecclesiae esse adhibenda doceat, vel observare omnia, quae magisterio eo duce ex fidei praescripto observanda sint. Atqui voluntas talis est voluntas se applicandi ad ecclesiae non solum magisterium, sed et ministerium et regimen durans publicum, quandoquidem hoc ipsum ut medium salutis divinitus institutum et observandum per fidem omnibus proponitur resume v. g. *Mal 28,* 19. 20; 16, 18. 19; 18, 17. 18); proinde est voluntas illa ecclesiam non quadantenus, sed omnino ineundi et in eadem oboedienter usque ad finem permanendi. Porro cum res, cujus saltem voluntas est homini ad salutem necessitate medii necessaria, sit sane modo suo et ipsa necessaria, necessitas haec est aliqua medii, non praecepti, quatenus etiam sola institutione rei posita voluntas rei necessaria est, vel insuper res necessario expetenda praeter voluntatem hominis expetentis a voluntate aliena concedente pendet. Talis intellegitur ex dictis necessitas certe magisterii sacri; similis autem facile ad ministerium et regimen extendatur.

362 3. Salvus fieri nemo potest, quin pacto aliquo dici queat membrum corporis illius mystici, cujus est Christus caput; sane aliter a Christo nullus recipitur influxus, conexus quidem cum effectu, qui intenditur, ideoque stabilis, vitam salutarem habitualem conferens, qualis utique influxus est in praesenti ordine necessitate medii ad salutem necessarius (vide v. g. *'jo* 14, 6; 15, 1—6; *Aci* 4, 12). Atqui corpus Christi est ecclesia, illa quidem una, quae colligenda et regenda est per ministerium sisibile instar juncturae conectentis cum capite vivifico a Christo institutum; liquet ex *Eph* 4, 11—1G; videas *et I Cor* 10, 17; 12, 12. 13. 27; *Eph* 5, 22—33 (cf. supra n. 334. 336).

4. Simile est hoc argumentum: Necessaria est necessitate 363
medii ad salutem, supernaturalem scilicet, religio vera supernaturalis ideoque Christiana omnibus hominibus, tum adultis, propriorum actuum capacibus, tum infantibus, per actum quendam religiosum aliorum in se locatum originis culpa liberandis. Atqui religio Christiana non exsistit in abstracto, sed est velut incorporata ipsi ecclesiae Jesu Christi, quae idcirco una est vera ejus forma.

5. Ex vaticiniis quoque testamenti veteris huc refertur 364
r. g. *Ps* 86: „Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Memor ero Rahab et Babylonis, scientium me. Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus aethiopum, hi fuerunt illic. Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea: et ipse fundavit eam Altissimus?^ Dominus narrabit in scripturis populorum et principum, horum, qui fuerunt in ea. Sicut laetantium omnium habitatio est in te"; */s* 4, 3: „Et erit: Omnis, qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis, qui scriptus est in vita in Jerusalem44; *Jvcl* 2, 32: „Et erit: omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit, quia in monte Sion et in Jerusalem erit salvatio, sicut dixit Dominus, et in residuis, quos Dominus vocaverit44; *Joel* 3, 17—21: „Et scietis, quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion, monte sancto meo; et erit Jerusalem sancta, et alieni non transibunt per eam amplius. Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et per omnes rivos Juda ibunt aquae, et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. Aegyptus in desolationem erit, et Idumaea in desertum perditionis, pro eo quod inique egerint in filios Juda, et effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et Judaea in aeternum habitabitur, et Jerusalem in generationem et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quem non mundaveram: et Dominus commorabitur in Sion44; *Abd* 17 ss ut 17. 18: ..Et in monte Sion erit salvatio, et erit sanctus et possidebit domus Jacob eos, qui se possederant. Et erit

domus Jacob ignis, et domus Joseph flamma, et domus Esau stipula, et succendentur in eis, et devorabunt eos, et non erunt reliquiae domus Esau, quia Dominus locutus est'*'; cf. *Gal X,* 30.31 cum *Gen* 21, 10. 12. lillrehv

6. Splendidum est hac in causa suffragium traditionis. Namque Patres ecclesiam, sane ut societatem, pro salute omnino necessariam esse plane ac diserte docent, et hanc necessitatem intellegi a se strictam medii comparationibus significant, quibus utuntur ad ipsam illustrandam, utpote petitis ex conjunctione necessaria membri viventis cum corpore organico, ex typis paradisi, arcae Noe, domus Rahab; etsi similitudines tales non ultra suum scopum sunt urgendae ita, ut medium supplens, alibi per traditionem ipsam commendatum, excludatur. Sic *Tertullianus* scribit (de baptismo c. 8; 3/1, 1209): ..Ecclesia est arca figurata". — Latius *Cyprianus* (de unitate ecclesiae n. 6: **J/** 4, 503): „Quisquis ab ecclesia segregatus adulterae jungitur, a promissis ecclesiae separatur: nec perveniet ad Christi praemia, qui relinquit ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est. Habere jam non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quisquam, qui extra arcam Noe fuit, et qui extra ecclesiam foris fuerit evadit.u Et iterum (ep. 74. ad Pompejum n. 11; *M* 3, 1136): „Petrus ipse quoque demonstrans et vindicans unitatem mandavit et monuit nisi per unum solum baptisma unius ecclesiae salvari nos non posse. ‚In arca*', inquit, ‚Noe pauci, id est, octo animae hominum salvae factae sunt per aquam, quod et vos similiter salvos faciet baptisma* (1 Pet 3, 20. 21). Quam brevi et spiritali compendio unitatis sacramentum manifestavit? Nam ut in illo mundi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est, qui in arca Noe non fuit non potuit per aquam salvatus fieri, ita nec nunc potest per baptismum salvatus videri qui baptizatus in ecclesia non est, quae ad arcae unius sacramentum dominica unitate fundata est.*

Exclamat etiam *Augustinus* (serm. ad caesareensis ecclesiae plebem n. 6; **J/** 43, *695):* „Extra ecclesiam catholicam totum potest habere Emeritus; praeter salutem. Potest habere honorem, potest habere sacramentum, potest cantare Alleluja, potest respondere Arnen, potest evangelium tenere, *potest in* nomine Patris et Filii et Spiritus sancti *fidem et* habere *et*

praedicare: sed nusquam nisi in ecclesia catholica salutem poterit invenire? Idem Augustinus docet (de unitate ecclesiae c. 2. n. 2. c. 19. n. 49; *Ai* 43, 391. 392. 429): „Quaestio certe inter nos versatur, ubi sit ecclesia, utrum apud nos, an apud illos (donatistas). Quae utique una est, quam majores nostri catholicam nominarunt, ut ex ipso nomine ostenderent, quia per totum est. Secundum totum enim, *v.a^ ολον* graece dicitur. Haec autem ecclesia corpus Christi est, sicut apostolus dicit: ‚Pro corpore ejus, quae est ecclesia' (Col 1, 24). Unde utique manifestum est, eum qui non est in membris Christi, Christianam salutem habere non posse. Membra vero Christi per unitatis caritatem sibi copulantur, et per eamdem capiti suo cohaerent, quod est Christus Jesus . . Ad ipsam . . salutem ac vitam aeternam nemo pervenit, nisi qui habet caput Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit, nisi qui in ejus corpore fuerit, quod est ecclesia? Pariter haec ille loquitur (serm. 267. al. de temp. 186. n. 4; *M* 38, 1231): rQuod . . est anima corpori hominis, hoc est Spiritus sanctus corpori Christi, quod est ecclesia: hoc agit Spiritus sanctus in tota ecclesia, quod agit anima in omnibus membris unius corporis. Sed videte quid caveatis, videte quid observetis, videte quid timeatis. Contingit ut in corpore humano, imo de corpore aliquod praecidatur membrum, manus, digitus, pes; numquid praecisum sequitur anima? Cum in corpore esset, vivebat; praecisum amittit vitam. Sic et homo Christianus catholicus est, dum in corpore vivit; praecisus haereticus factus est, membrum amputatum non sequitur spiritus. Si ergo vultis vivere de Spiritu sancto, tenete caritatem, amate veritatem, desiderate unitatem, ut perveniatis ad aeternitatem."' Vel et haec (de baptismo contra donatistas l. 4. η. 1; *Ai43,153* ss): .Ecclesia paradiso comparata (Cypr., ad Jubajan. ep. 73. n. 10;

H
■
H
■
Π
i*
Iff
CH
K1

1/Q 111 ïv— >> cini/Jom oîiic bantiQTTiilm hnminPS

diso commemoratur. Ita iit ut cum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit nisi intra paradisum. Sic ergo baptismus ecclesiae potest esse extra ecclesiam, munu» autem beatae vitae non nisi intra ecclesiam reperitur: quae super petram etiam fundata est, quae ligandi et solvendi claves accepit (Mat 16. 18. 19).u Ad haec videsis ib. c, 17. η. 24 .1/ 43, 170); ib. l. 5. c. 28. n. 39 (**J/** 43, 196 ss); de doctrina christ. 1.1.c. 18. n. 17 (3/34,25); ench. c.65. n. 17 (3/40,262.263).— Similiter *Fulgentius* affirmat (de remissione peccator. l. 1. c. 20; **J/** 65,543): „Si quis aut de ecclesia baptizatus egreditur, aut extra ecclesiam in Patris, et Filii, et Spiritus sancti nomine baptizatus, si ante finem praesentis vitae non fuerit catholicae restitutus ecclesiae, non carebit morte, sed requie: quia et tempore diluvii si quis in arcam Noe (Gen 7, 21) non est ingressus, non est salvatus diluvio, sed necatus, nec salutem invenit in aqua, sed mortem. Aqua quippe illa, in qua praefigurabatur baptismatis sacramentum, quoscunque in arca reperit, a terra suspensos ad coelestia sublimavit; residuos autem oppressos occidit, quos foris invenit. Ft pereunte Hiericho, si quos domus Raab meretricis inclusit, incolumes Jesus servare praecepit (Jos 6, 25); reliquos vero quos illa non continebat domus, unius mortis consumpsit interitus. In illa igitur arca, et in illa domo una eademque praefigurabatur ecclesia.* Videas et de fide c. 36. n. 77 (**J/** 65, 703). — Ft *Gregorius M,* (moralium l. 14. n. 5; **3/** 75, 1043): „Sancta . . universalis ecclesia praedicat Deum veraciter nisi intra se coli non posse, asserens quod omnes qui extra ipsam sunt minime salvabuntur/ – Adde sententias *Hieronymi* vel *Origenis* cum aliis supra (n. 87. 287—289) recitatis.

Praeterea dogma idem fidei est saepius sollemniter propositum. Ex primo canone illorum, qui, olim quidem concilio cuipiam carthag. IV a. 398 adscript!, certe sunt admodum antiqui, ab episcopo ordinando inter alia quaerendum erat *H* 1, 978), „si extra ecclesiam catholicam nullus salvetur/ – Consimile est decretum *concilii later.* ***IV*** adversus albigenses (Z› 357): „Una vero est fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur.“ — Etiam expressius habet professio fidei praescripta waldensibus ab *Innocenlio HI (D* 369): „Corde credimus et ore confitemur unam ecclesiam non haere-

ticoruni, sed sanctam romanam, catholicam et apostolicam, extra quam neminem salvari credimus/ — Ita et *honifeicius VIII* in bulla „Unam sanctamu (7> 1785. 1786): „Unam sanctam ecclesiam catholicam et ipsam apostolicam urgente fide credere cogimur et tenere, nosque hanc firmiter credimus et simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponso in canticis proclamante: ‚Una est columba mea, perfecta mea. Una est matri suae, electa genitrici suae' (Cant 6, 8); quae unum corpus mysticum repraesentat, cujus caput Christus, Christi vero Deus. In qua unus Dominus, una fides, unum baptisma. Una nempe fuit diluvii tempore arca Noe, unam ecclesiam praefigurans, quae in uno cubito consummata unum, Noe videlicet, gubernatorem habet et rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta/ — Et *Clemens VI* ad patriarcham armenorum scribit (apud Raynald., Annal, ad a. 1351. n. 3): .‚Pro fundamento ipsius catholicae fidei praemittis, quod tu et ecclesia armenorum, quae tibi obedit, creditis et tenetis, promittitis tenere, et dicitis tu et tota ecclesia armenorum tibi obedientium, quod eadem ecclesia romana, cujus summus Pontifex est papa romanus, est sola catholica, et in ea sola est vera salus, et una vera fides, et unum verum baptisma, et vera remissio peccatorum . . Petimus, si creditis tu et armeni tibi obedientes, quod nullus homo viatorum extra fidem ipsius ecclesiae, et obedientiam Pontificum romanorum, poterit finaliter salvus esse.“ — Vel *Eugenius IV* in decreto florentino pro jacobitis (Z> 605): „Firmiter credit, profitetur et praedicat (sacrosancta romana ecclesia), nullos intra catholicam ecclesiam non existentes, non solum paganos, sed nec judaeos aut haereticos atque- schismaticos, aeternae vitae fieri posse participes . / — Hinc merito *Gregorius XVI* in brevi ad episcopos Bavariae, 27. maji 1832 *(II* 1480): „Ignotum vobis non est, venerabiles fratres, quam impenso constantique studio majores nostri inculcaverunt eum ipsum . . fidei articulum, qui est de catholicae fidei atque unitatis necessitate ad consequendam salutem/ Consule instructionem directam ad illosmet 12. sept. 1834 *(D* 1483). — Praeterea accipiars allocutionem *Pii IX* habitam 9. dec. 1854 *(D* 1504) vel encyclicam datam ad episcopos Italiae 10. aug. 1863 *(D* 1529). Cf. *concilii tridentini* s. V prooem. *(I)* 669) et profess, fidei trid. praescript. a *Pio IV(E> 867).*

t*

Ipsi quoque haeretici speciem Christianam retinentes, exceptis ne Luthero quidem vel Calvino salutem esse nullam extra ecclesiam Christi veram? quamvis pacto suo sive laxius sive artius intellectam, consentiebant.1)

1) Ita *Lutherus* (catech, maj. p. 2. n. 56. 66): «Extra hanc christianitatem, ubi huic evangelio locus non est, neque ulla est peccatorum remissio, quemadmodum nec ulla sanctificatio adesse potest. Quocirca ab hac ecclesia omnes ii semet sua sponte abalienarunt, qui non per evangelii gratiam et peccatorum condonationem, sed propriis operibus sanctificationem quaerunt ac venantur, ac promereri contendunt . . Proinde ii articuli nostrae fidei nos christianos ab omnibus aliis, qui sunt in terris, hominibus separant. Quicunque enim extra christianitatem sunt, sive· gentiles, sive tureae, sive judaci, aut falsi etiam christiani et hypocritae, quanquam unum tantum et verum Deum esse credant et invocent: neque tamen certum habent, quo erga eos animatus sit animo, neque quidquam favoris aut gratiae de Deo sibi polliceri audent aut possunt; quamobrem in perpetua manent ira et damnatione. Neque enim habent Christum Dominum, neque ullis Spiritus sancti donis et dotibus illustrati et donati sunt.- — Et *Calvinus* (inst. 1. 4. c. 1. n. 4»: nVerum quia nunc de visibili ecclesia disserere propositum est, discamus vel uno matris elogio quam utilis sit nobis ejus cognitio, imo necessaria; quando non alius est in vitam ingressus nisi nos ipsa concipiat in utero, nisi pariat, nisi nos alat suis uberibus, denique sub custodia et gubernatione sua nos tueatur, donec exuti carne mortali similes erimus angelis. Neque enim patitur nostra infirmitas a schola4, videlicet institutione calviniana, «nos dimitti, donec toto vitae cursu discipuli fuerimus. Adde quod extra ejus gremium nulla est speranda peccatorum remissio, nec ulla salus/ — Vel *apologia conf,* (c. 4. n. 52): «Certissimum est . quod promissio salutis pertinet etiam ad parvulos. Neque vero pertinet ad illos, qui sunt extra ecclesiam Christi, ubi nec verbum, nec sacramenta sunt, quia regnum Christi tantum cum verbo et sacramentis exsistit. Igitur necesse est baptizare parvulos, ut applicetur eis promissio salutis/ — Item *confessio helvehca* a, 1566 elaborata, post descriptionem propriam ecclesiae, pronuntiat (c. 17): «Proinde damnamus illas ecclesias, ut alienas a vera Christi ecclesia, quae tales non sunt, quales esse debere audivimus, utcunque interim jactent successionem episcoporum» unitatem, et antiquitatem. Ouinimo praecipiunt nobis apostoli, ut fugiamus idololatriam et Babylonem, et ne participemus cum hac. nisi et plagarum Dei participes esse velimus. Communionem vero cum ecclesia Christi vera tanti facimus, ut negemus eos coram Deo vivere posse, qui cum vera Dei ecclesia non communicant, sed ab ea se separant. Nam ut extra arcam Noe non erat ulla salus, pereunte mundo in diluvio, ita credimus, extra Christum, qui se electis in ecclesia (ruendum praebet, nullam esse salutem certam: et proinde docemus, vivere volente* non oportere separan a vera Christi ecclesia. Signis tamen commemoratis non ita arcte includimus ecclesiam, ut omnes illos extra ecclesiam esse doceamus, qui vel sacramentis non participant, non quidem volentes, neque per contemtum, sed necessitate potius inevitabili coacti, nolentes ab iis abstineant, aut iis careant: vel fides non tamen penitus exstinguitur, aut prorsus desinit: vel in quibus infirmitatis vitia atque errores inveniuntur. —— — Similia con-

7. Quid jam in hypothesi martyrii vel baptismi sanguinis icf. 10, 39) hominum baptismo aquae nondum ablutorum? De martyribus adultis quidem difficultas nulla, ut qui credere actu et baptismi, proprie dicti votum elicere possint atque etiam debeant ideoque saltem voto ecclesiam introire. Nec nodum insolubilem nobis exhibent infantes, qui utique martyrio, quasi ex opere operato, et ipsi justificantur. Enimvero primum casus hujus, ut plane extraordinarii, rationem in communi loquendi consuetudine habere non oportet; quin potius dicendum, per privilegium illud prorsus singulare regulam firmari. Deinde ridemur nobis respondere posse, parvulos illos, cum sint veri martyres, Christi religionem vel ecclesiam, si non agendo, saltem patiendo moriendoque profiteri (cf. orat. eccl. in festo ss. Innocentium) et per hoc ipsum sacrum vinculum externum ipsisque hominibus visibile, divinitus quidem acceptatum, cum corpore ecclesiae quadantenus conecti. Denique voluntatem suam se ecclesiae adjungendi parvulos eosdem per professionem aliorum, quorum curae sint commissi, vel ecclesiae, pro qua occidantur, Deo approbante attestari haud inepte dici potest.

Demonstratio p. II, qua ponitur necessitas praecepti. 370

1. Appetitio et porro consectatio sedula medii, per se non mali, ad finem ex praecepto assidue appetendum necessarii et ipsa conaturaliter est praecepta. Atqui homines, adulti quidem, omnes gravissimo praecepto ad finem ultimum salutis suae assidue persequendum obligantur, et medium pro hoc fine neccessarium ex parte praecedente hujus thesis est conjunctio, certe bona, stabilis cum corpore ecclesiae. Ergo homines adulti omnes conjunctionem talem etiam ex praecepto conaturali graviter obligante et appetere et expetere, quantum possunt, debent.

2. Ad hoc saltem praecepti ejusque etiam positivi necessitatem colligere licet ex *Mat* 28, 18—20; *Marc* 16, 15. 16. Et sane pro omnibus jam gentibus docendis valet, quod proxime pro judaeis instruendis potenter enuntiatur *Mat* 10, 14. 15. 40: ‚Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones 371

linent *confessio scotica* (art. 16), *confessio belgica* (n. 28), *confessio boheniica* (art. 8); confinis est *confessio gaUicana* (n. 25—28), tum *confessio anglicana.* ut qua recipiatur symbolum athanasianum (art. 8; cui congruit art. 18). Cf., si fas sit, *ffnse,* Jib. svmbol. eccl. evang., et *Angusti,* corp. lib. symbol, eccl. reform.

Cf

vestros, exeuntes foras de domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Arnen, dico vobis: Tolerabilius erit terrae sodomorum et gomorrhaeorum in die judicii, quam illi civitati ; . Qui recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum, qui me misit·*; *Luc* 10, 10—16, ut v. 16: „Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me“. Concluditur idem ratiocinando ex JAj/ 18, 17. 18: „Quodsi frater) non audierit eos, dic ecclesiae: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Arnen, dico vobis: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo: et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et. in caelo-; 777 3, 10. 11. — Ex ipso testamento vetere huc refertur *Zach* 14, 16– 19. quem locum insignem videas supra (n. 272) recitatum.

3. Ex traditione, ab antiquis ad antiquiora ascendendo, proferimus, quae huc directe spectant verba *concilii zertcnsis* iep. 141. al. 152. inter augustinianas n. 5; *Ai* 33, 579; quam epistulam synodicam a se scriptam recognoscit s. Augustinus, retract. 1. 2. c. 40; **J/** 32, 647): „Quisquis . . ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam; sed ira Dei manet super eum.“ —Insuper *Augustinus* (ad Donatum presbyterum donatistam ep. 173. al. 204. n. 6; *M* 33, 755. 756): „Foris autem ab ecclesia constitutus, et separatus a compage unitatis et vinculo caritatis, aeterno supplicio punireris, etiamsi pro Christi nomine vivus incendereris.“ Et (ad Feliciam ep. 208. al. 209. n. 6; **J/**33, 952): rIn catholica . . ecclesia . . et boni sunt et mali. Ab ea vero separati, quamdiu contra illam sentiunt, boni esse non pos sunt, quia etsi aliquos eorum bonos videtur ostendere quasi laudabilis Conversatio, malos eos facit ipsa divisio, dicente Domino: ‚Qui mecum non est, adversum me est; et qui mecum non colligit, spargit' (Mat 12, 30).“ — Pariter *Padanus* (ad Sympronian. ep. 2. n. 7; **J/** 1.3, 1062): „Etiam si passus est aliquid Novatianus, non tamen etiam occisus: etiam si occisus, non tamen coronatus. Quidni? Extra ecclesiae pacem, extra concordiam, extra eam matrem cujus portio debet esse qui martyr est/ — Eloquenter placitum fidei idem his effert *Cyprianus* (de unitate ecclesiae n. 13. 14; *ΛI* 4, 510.511): .Λη

I secum esse Christum cum collecti fuerint opinantur, qui extra
I Christi ecclesiam colliguntur? Tales etiamsi occisi in confes-
I sione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: in-
I expiabitis et gravis culpa discordiae nec passione purgatur.
Esse martyr non potest qui in ecclesia non est: ad regnum
pervenire non poterit qui eam quae regnatura est derelinquit. .
Cum Deo manere non possunt qui esse in ecclesia Dei unanimes
noluerunt. Ardeant licet flammis et ignibus traditi vel objecti
bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed
j poena perfidiae; nec religiosae virtutis exitus gloriosus, sed
desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non po-
test? — Eodem sensu loquitur *Origenes* (hom. 3. in 1. Jesu
H Nave n. 5; *M* 12, 841, 842): „Nemo . . sibi persuadeat, nemo
i semetipsum decipiat: extra hanc domum, id est extra eccle-
siam nemo salvatur. Nam si quis foras, exierit, mortis suae
ipse fit reus.“ — *Irenact* quoque haec est sententia (1. 4. c. 33.
I n. 7; *M 1,* 1076): „Judicabit autem (discipulus vere spiritalis)
I et eos, qui schismata operantur, qui sunt inanes, non habentes
I Dei dilectionem, suamque utilitatem potius considerantes quam
I unitatem ecclesiae: et propter modicas et quaslibet causas
I magnum et gloriosum corpus Christi conscindunt et dividunt,
i et quantum in ipsis est, interficiunt; pacem loquentes, et bel-
! lum operantes; vere liquantes culicem, et camelum transglu-
I tientes. Nulla enim ab eis tanta potest fieri correctio, quanta
I est schismatis pernicies. Judicabit autem et omnes eos qui
I sunt extra veritatem, id est qui sunt extra ecclesiam: ipse
autem a nemine judicabitur.“ Legesis etiam 1. 3. c. 4. n. 1
.1/7, 855); c. 11. n. 9 (ib. 891); 1. 4. c. 26. n. 2 (ib. 1053. 1054). —
Jamque *Ignatius* scribit (ad philadelph. n. 3; *F* 1, 227): «Quot-
quot . . Dei et Jesu Christi sunt, hi sunt cum episcopo; et
' quotquot paenitentia ducti redierint ad unitatem ecclesiae, et
hi Dei erunt, ut secundum Jesum Christum vivant. Ne erretis,
fratres mei. Si quis schisma facientem sectatur, regni divini
hereditatem non consequitur (cf. 1 Cor 6, 9. 10); si quis am-
bulat in aliena doctrina, is non assentitur passioni.'· landem
praeceptum saltem conjunctionis, quantum pendeat a singulis,
ineundae cum ecclesia perseverantis indicat ipse *Clemensromanus*
monens (ep. 1. ad corinth. n. 57; *F* 1, 133): «Vos igitur, qui
seditionis fundamenta jecistis, in oboedientia subditi estote

presbyteris et correctionem suscipite in paenitentiam, genua cordium vestrorum flectentes. Discite subici, deponentes gloriosam et superbam linguae vestrae adrogantiam; melius enim vobis est in grege Christi parvos et bonae famae reperiri, quam nimis splendentes spe illius eici . . (Prov 1, 23—33)? Videas etiam ib. n. 47—51 (2* 1, 121—127).

373 Hinc summo jure *Pius IX* eas propositiones syllabi condemnavit, quibus indifferentismus proclamatur, i. e., 15 {*D* 1062): „Liberum cuique homini est eam amplecti ac profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram putaverit"; 16 (Z>1563): ^Homines in cujusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire aeternamque salutem assequi possunt"; 17 (Z) 1564): -,Saltem bene sperandum est de aeterna illorum omnium salute, qui in vera Christi ecclesia nequaquam versantur"; 18 (Z) 1565): -Protestantismus non aliud est quam diversa verae ejusdem Christianae religionis forma, in qua aeque ac in ecclesia catholica Deo placere datum est."

374 4. Ad dubia quaedam circa hanc vel praeeuntem partem thesis dissolvenda haec conducunt:

a. Ex dictis culpa eaque pro gravitate rei gravis et excludens a salute esse intellegitur, fidem sufficienter jam propositam proindeque conjunctionem cum ecclesia Christi vera recusare. Praeterea sive contumacia sive neglegentia illa, qua quis veram fidem vel ecclesiam non vult quaerere, etiam graviter culpabilis esse potest. Immunes contra talis culpae omnes ii sunt, qui fidei ecclesiaeque ignorantia plane invincibili premuntur (vide prop. damn. Baji 68; *D* 948); nec tamen ideo minus certum est, jacturam ipsos facere salutis. „Tenendum quippe ex fide est, extra apostolicam romanam ecclesiam salvum fieri neminem posse, hanc esse unicam salutis arcam, hanc qui non fuerit ingressus, diluvio periturum; sed tamen pro certo pariter habendum est, qui verae religionis ignorantia laborent, si ea sit invincibilis, nulla ipsos obstringi hujusce rei culpa ante oculos Domini" (ex allocut. *Pii IX,* 9. dec. 1854; *D* 1504). Neque est difficile ad componendum utrumque hoc doctrinae caput. Nimirum homines, de quibus agitur, quamvis non damnentur ob peccatum infidelitatis vel defectus colligationis cum ecclesia, cujus reatu ex hypothesi minime tenentur, pereunt tamen, praeter peccatum originale, ob alias culpas

graves, quas certe admiserunt (cf. s. *Thomae* S. theol. 2. 2. q. 10. a. 1); has enim si vitassent, Deus pro voluntate salvifica sua universali sine ullo dubio eas ipsis gratias contulisset, quibus ad fidem, sufficientem pro salute conjunctionem cum ecclesia, salutem demum ipsam pervenire potuissent. Neque enim omnipotenti Deo viae desunt, per quas adeptio finis ideoque usus mediorum necessariorum fiat omnibus possibilis, sive exteriorem fidei praedicationem procurando, sive necessarios fidei articulos ad tempus revelando per illustrationem saltem interiorem eam, quae exterius verbum suppleat; quae agendi ratio, cum extraordinaria vocari posset spectato modo propagandae fidei per Domini legatos ordinario vel communiore, nequaquam extraordinaria apparet attento salutifero consilio Dei universali, ut quod auxilia necessaria pro omnibus et singulis expostulet. Unde liquet, ignorantes ideoque impotentes per accidens praecepti necessitate ita non urgeri, ut medii necessitas vim suam nunquam non exerceat.

Qua in quaestione relegenda est doctrina, quam *Pius IX* in citata allocutione 9. dec. 1854 et in encyclica 10. aug. 1863 proponit. Ita quidem ille in hoc altero documento (22 1529): .Iterum commemorare et reprehendere oportet gravissimum errorem, in quo nonnulli catholici misere versentur, qui homines in erroribus viventes et a vera fide atque a catholica unitate alienos ad aeternam vitam pervenire posse opinantur. Quod quidem catholicae doctrinae vel maxime adversatur. Notum nobis vobisque est, eos, qui invincibili circa sanctissimam nostram religionem ignorantia laborant, quique naturalem legem ejusque praecepta in omnium cordibus a Deo insculpta sedido servantes, ac Deo obedire parati, honestam rectamque vitam agunt, posse, divinae lucis et gratiae operante virtute, aeternam consequi vitam, cum Deus, qui omnium mentes, animos, cogitationes habitusque plane intuetur, scrutatur et noscit, pro summa sua bonitate et clementia minime patiatur, quempiam aeternis puniri suppliciis, qui voluntariae culpae reatum non habeat. Sed notissimum quoque est catholicum dogma, neminem scilicet extra catholicam ecclesiam posse salvari, et contumaces adversus ejusdem ecclesiae auctoritatem, definitiones, et ab ipsius ecclesiae unitate atque a Petri successore romano Pontifice . . pertinaciter divisos,

aeternam non posse obtinere salutem.“ — E re sunt etiam nota illa verba s. *Thomae* (de verit. q. 14. a. 11. ad 1):. „Ad divinam providentiam pertinet ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem, dummodo ex parte ejus non impediatur. Si enim aliquis taliter (in silvis vel inter bruta animalia) nutritus, ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni et fuga mali, certissime est tenendum, quod ei Deus vel per internam inspirationem revelaret ea quae sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei praedicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium (Act 10).“ Cf. 3. dist. 25. q. 2. a. 1. sol. 1. ad 1. — Ad haec audire juvat, quo pacto difficultati petitae ex ignorantia invincibili fidei occurrat *Lup* Cardinalis docens (de virtute fidei disp. 12. sect. 3. n. 36): ^Respondetur, neminem esse adeo barbarum, quem Deus non excitet, et illuminet ex gratia per Christum in primis ad observantiam legis naturae, quam si observet per aliquod tempus, ad prudentiam Dei spectat illuminare illum circa res fidei, vel per humanam praedicationem, vel alio modo, qui non esset miraculosus attenta lege communi Dei, qua decrevit illuminare sufficienter omnem hominem venientem in hunc mundum, et facienti quod in se est per auxilia, quae tunc habet, non denegare gratiam illuminationis ad fidem, quae illuminatio sit actus supernaturalis dictans obligationem orandi, vel quaerendi doctrinam verae salutis, non ita ut opera illa naturalia sint merita congrua ad gratiam, sed solum impedierint obicem peccati . . Ceterum ut bene advertit noster Molina . . rarus aut nullus ad fidem convertitur, ad quem mediis hominibus praedicatio non pervenerit, quia si qui sunt, ad quos nulla fidei notitia venerit, raro faciunt, quod in se est; ideo Deus rarissime per se, vel per angelum necesse habet credenda proponere.“Utiliter etiam accipiuntur, quae auctor idem (l. c. n. 37) disserit de tempore, quod Deus observantiam legis a barbaro exspectet, donec eum de rebus fidei illuminet; ubi post alia dicit: „Crediderim Deum tale tempus unicuique designare, in quo etiam sine fide non solum physice, sed etiam moraliter possit occurrentia praecepta servare, ita ut facienti, quod in se est moraliter per auxilia, quae habet per Christum, Deus non deneget suam gratiam illuminationis ad fidem. Dure enim se gereret Deus cum homine, cui suam salutem undequa-

(toqnot fiunt salvi, plus minus perfecte ct ad corpus ecclesiae salutaris spectant, 307

que moraliter impossibilem reddidit. Ad hoc autem, quod sit moraliter possibile servare legem illo tempore, satis erit, si in eisdem circumstantiis inveniantur alii, licet pauci, qui eam observaverint; quod credo de facto ita semper contingere, neminemque damnari, cui non possit Deus objicere alium, qui aequalibus viribus, et sub iisdem circumstantiis fecerit, quod in se erat, et de facto consecutus fuerit gratiam justificationis, vel illuminationis ad fidem."

b. Ex disputatis quicumque post Christum perpetuam 376
salutem assequuntur, non solum animae ecclesiae a Domino constructae per dona sanctificantia conjuncti sunt, sed saltem aliquatenus etiam corpori ecclesiae salutiferae uniuntur. Quae consociatio cum varia esse possit, perfectissima quidem illa est, qua quis simpliciter ecclesiae membrum constituitur; unde homo talis utique et in ecclesia, cui est immixtus, et per ecclesiam, ut causam instrumentalem vel ministerialem, salutis particeps evadit. Imperfectissima, verum sufficiens adhuc junctio ea est, qua quis pacto nullo re, sed sola voluntate ad corpus ecclesiae modo superius exposito refertur; qualis homo ipse salvari in ecclesia visibili dici potest, quod in eadem ex desiderio quidem animi versatur; insuper autem sensu aliquo vero affirmatur ille per ecclesiam salutem obtinere. Videlicet salus non attingitur nisi medio verbo Dei credibili et credendo, quod velut bonum proprium cum aliis ecclesiae custodiendum sit commissum; neque salus capitur nisi subsidio gratiarum interiorum, quae propter ecclesiam vel per ecclesiam, ut causam finalem, concedantur. Sane conjunctio ipsa illa voluntatis salutariter devotae in principe principio suo, i. e., in gratia actuali illustrationis et inspirationis respectum aliquem ad corpus ecclesiae supponit; gratiae enim ejusmodi, quae certe etiam extra ecclesiam tribuuntur (vide prop. damn. Quesnelli 26. 27. 29; *D* 1241. 1242. 1244; prop. damn, synodi pistor. 22; *D* 1385), ex intentione Dei dantis eo spectant, ut homines fidem salutarem cum reliquis requisitis dispositionibus concipere proindeque ecclesiae conjungi et ad salutem tandem sempiternam pervenire valeant (cf. *concilii arausicant JI* cn. 5; *D* 148); est igitur introitus in ecclesiam triumphantem finis ultimus illarum gratiarum ita, ut finis propior, ob quem conferuntur. sit conversio ad ecclesiam Christi militantem. Deni-

que multo magis in ecclesia et per ecclesiam salvari intellegimus salvandos homines eos, qui praeter votum perfectae voluntatis ligamine etiam externo quodam cum corpore ecclesiae cohaerent, qui nempe, si non ex toto nec simpliciter, saltem ex parte vel secundum quid jam et actualiter ad corpus idem pertinent: quales esse possunt catechumeni nondum baptizati, qui professione verae fidei externa cum ecclesia conectuntur, vel homines excommunicati vel tantum materialiter sectae schismaticae vel etiam haereticae addicti, qui partim professione fidei et communione regiminis exteriore, partim fidei quidem ejusdem professione, omnes certe nexu subjectionis cum corpore ecclesiae uniti reperiuntur. Ceterum qui in infantia apud schismaticos vel haereticos rite baptizantur, vi baptismi, baptizantibus non obnoxia, ecclesiae membra ipsa fiunt et, quamdiu adulti ecclesiae non repugnant, ecclesiae membra manent: quodsi repugnent, aut hoc fit per schisma vel haeresim formalem et simul cum ecclesiae communione repudiatur gratia salutis, aut fit per schisma vel haeresim solum materialem et necessario admiscetur actus fidei operosae, quo, praeter remanens vinculum actuale quale-cumque memoratum, saltem votum conjunctionis plenae cum ecclesiae corpore implicatur.

C. Quamvis autem votum implicitum in actu caritatis pro justificatione consequenda, et, quatenus propinquior accessus ad ecclesiam non est ante obitum possibilis, pro salute ipsa aeterna acquirenda haud dubie sufficiat proindeque nemo propter mortem extra corpus ecclesiae evenientem damnatus temere pronuntiandus sit, studium tamen fidei ecclesiaeque propagandae non debet esse minus ardens. Nam praeterquam quod ecclesia ex voluntate sacrosancta Christi (Λ/λ / 28,19. 20; *Marc* 16, 15. 16) atque ex fine proprio ad opus hoc propellitur, ad succurrendum provocat caritatem Christianam periculosus ipse status hominum illorum, qui extra ecclesiam non semper bona fide ve! certe spoliati tot tantisque salutis suae mediis vagantur. Insuper infantes fere omnes, exceptis scilicet martyribus, sine usu baptismi actuali salute sempiterna excidunt. Hinc illa ab initio ecclesiae cura diligens vocandi ad o\ile suum infideles, revocandi oves aberrantes, hinc fusae pro his orationes (cf. *Rom* 1. 11--15; 9, 3; *1 Cor* 4, 9 ss:

20 11, 23 ss; *1 Tim* 2, 1 ss); qua sollicitudine continua, ut testimonio quodam practico, necessitas ecclesiae supra demonstrata eaque non minus medii quam praecepti confirmatur.

d. Ceterum ne dogma idem durius appareat, praesertim 378
pro infantibus, qui sine sua culpa extorres ab ecclesia manent, est ante oculos habendum, nunc agi de salute non naturali, sed supernaturali, neque solum liberaliter non dignis primum danda, sed positive jam indignis per misericordiam reddenda; atqui adipiscendi boni talis condiciones praestituere est Deo sane integerrimum.

Corollarium. Ex thesi ista patet, quam absurde et per- 379
verse ab ecclesia vera flagitetur, ne salutis arcam unicam se praedicando sectas falsas a se separatas improbet. Cui postulato ecclesia si cederet, misere deficiendo a se ipsa interiret, perfidiose veritatem desuper revelatam proderet, impie voluntatem Dei et Christi posthaberet, crudeliter hominibus salutis sempiternae medium necessarium, fontem praecipuum ipsius prosperitatis temporariae occultaret. Unde tolerantiae illiusmodi, quam vocant dogmaticam, nunquam in ecclesia locus fuit nec magis unquam esse potest, quam tenebris a luce, errori a veritate, injustitiae a justitia. Quo spectat etiam 2 *Cor* 6, 14. 15, vel illud *Augustini* (serm. 49. al. de temp. 237. n. 7; **J/** 38, 324): „Discite ergo justitiam, ut non oderitis nisi vitia, homines ametis“ ; his antiquis congruit .encyclica recens *Pii IX,* 9. nov. 1846, ubi dicitur ^horrendum, ac vel ipsi naturali rationis lumini maxime repugnans de cujuslibet religionis indifferentia systema, quo . . omni virtutis et vitii, veritatis et erroris, honestatis et turpitudinis sublato discrimine, homines in cujusvis religionis cultu aeternam salutem assequi posse comminiscuntur, perinde ac si ulla umquam esse posset participatio justitiae cum iniquitate, aut societas lucis ad tenebras, et conventio Christi ad Belial“ (Act. Pii IX ex typogr. bon, art. 1, 12. 13); neque ab his abhorret, quod legimus in encyclica ejusdem Pii IX, 10. aug. 1863 (Z> 1530): „Absit vero, ut catholicae ecclesiae filii ullo unquam modo inimici sint iis, qui eisdem fidei caritatisque vinculis nobiscum minime sunt conjuncti, quin immo illos sive pauperes, sive aegrotantes sive aliis quibusque aerumnis afflictos omnibus Christianae

caritatis officiis prosequi adjuvare semper studeant, et in primis ab errorum tenebris, in quibus misere jacent, eripere atque ad catholicam veritatem et ad amantissimam matrem ecclesiam reducere contendant, quae maternas suas manus ad illos amanter tendere, eosque ad suum sinum revocare nun quam desinit, ut in fide, spe et caritate fundati, ac stabiles, et in omni opere bono fructificantes, aeternam assequantur salutema; adde consentanea effata *Leonis X1Π* ex encycl. ^Immortale Dei“ *(D* 1701. 1712. 1715. 1716).

Similiter autem ecclesia per se non probare potest tolerantiam politicam, qua nempe religiones falsae per potestatem civilem grassari non impediantur vel etiam aliquatenus lege civili foveantur vel pro mensura data jurium civilium in numero eodem cum ecclesia Jesu Christi vera habeantur, sed pro munere suo sacro ecclesia prorsus per se velle debet, corruptores quidem cultus unice legitimi, ut homines rebelles vel certe inimicos tum fini hominum ultimo tum paci temporali ipsi obtinendae, devitari vel juste coerceri, illum autem cultum et a singulis et a civitatibus integris susceptum, quantum sit in ipsis, unum retineri, defendi, promoveri. In scripturis videas *Rom* 16, 17. 18; *Gal* 1, 8. 9; *1 Tint* 1, 19.20; *Tit* 3, 10; 2 *Jo* 10. 11. — Hinc attestatur *Irenaeus* (1. 3. c. 3. n. 4; **J/** 7, 853. 854): „Sunt qui audierunt eum (Polycarpum) dicentem, quoniam Joannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cum vidisset intus Cerinthum, exsilierit de balneo non lotus, dicens, quod timeat ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, et dicenti: ‚Cognoscis nos?' respondit: ‚Cognosco te primogenitum satanae'. Tantum apostoli et horum discipuli habuerunt timorem, ut ne verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem, quemadmodum et Paulus ait: ‚Haereticum autem hominem post unam correptionem devita, sciens quoniam perversus est qui est talis, et est a semetipso damnatus' (Tit 3, 10. 11).u Accedit, quod de Polycarpo Irenaeus narrat in epistula ad Florinum (apud Eusebium, hist. eccl. 1. 5. c. 20; **J/** 20, 486): „In conspectu Dei atfirmare possum, beatum illum et apostolicum presbyterum, si quid ejusmodi unquam audiisset, exclamaturum continuo, et obturatis auribus suis dicturum fuisse prout ipsi moris

erat: ‚Deus bone, quae me in tempora reservasti, ut haec sustinerem !f Atque ex loco ipso aufugiturum, in quo seu stans, seu sedens, ejusmodi sermones audiisset." — Consona sunt exempla vel principia majorum aliorum, ut Theophili episcopi antiocheni et pastorum ceterorum saeculi II, secundum *Eusebiuin* (hist. eccl. l. 4. c. 24; ***M*** 20, 390), vel s. Antonii, secundum *Athanosium* (vitae s. Antonii n. 68. 89. 91; 4/26, 939 ss. 9tn. 970. 971), vel Chrysostomi, secundum *Theodoreium* (hist, eccl. l. 5. c. 32; **J/** 82, 1259). — Ita et *Hieronymus* scribit (ad Theophilum ep. 63. al. 68. n. 3; **J/** 22, 607): „Super nefaria haeresi (origeniana), quod multam patientiam geris: et putas ecclesiae visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet: ne dum paucorum poenitentiam praestolaris, nutrias audaciam perditorum, et factio robustior fiat." — Et *Orosius* (de arbitrii lib. n. 48; **J/** 31, 1212): „Ego, teste Jesu Christo, odisse me fateor haeresim, non haereticum: sed, sicut justum est, interim propter haeresim, haereticum vito." — Vel *Leo M.* (ep. 7. al. 8. c. 2; ***M*** 54, 621): „Aliter . . nobis conimissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores et perditi, zelo fidei dominicae persequamur, et a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur, severitate qua possumus abscindamus." — Unde est damnata syllabi *Pii IX* prop. 77 (*D* 1626): „Aetate hac nostra non amplius expedit, religionem catholicam haberi tamquam unicam status religionem, ceteris quibuscumque cultibus exclusis"; prop. 78 (**P** 1627): „Hinc laudabiliter in quibusdam catholici nominis regionibus lege cautum est, ut hominibus illuc immigrantibus liceat publicum proprii cujusque cultus exercitium habere"; prop. 79 (*D* 1628): „Enimvero falsum est, civilem cujusque cultus libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quaslibet opiniones cogitationesque palam publiceque manifestandi conducere ad populorum mores animosque facilius corrumpendos ac indifferentismi pestem propagandam."

Quibus subjungimus quaedam delibata ex *Leonis ALII* 381 encycl. „Immortale Dei" (*D* 1700—1702. 1712. 1716): „Civitatem, perspicuum est, omnino debere plurimis maximisque officiis, quae ipsam jungunt Deo, religione publica satisfacere. Natura et ratio, quae jubet vel singulos sancte religioseque Deum colere, quod in ejus potestate sumus et quod a Deo

profecti ad eumdem reverti debemus, eadem lege adstringit civilem communitatem. Homines enim communi societate conjuncti nihilo sunt minus in Dei potestate, quam singuli; neque minorem quam singuli gratiam Deo societas debet, quo auctore coaluit, cujus nutu conservatur, cujus beneficio innumerabilem bonorum, quibus affluit, copiam accepit. Quapropter sicut nemini licet sua adversus Deum officia negligere, officiumque est maximum amplecti et animo et moribus religionem, nec quam quisque maluerit, sed quam Deus jusserit quamque certis minimeque dubitandis indiciis unam ex omnibus veram esse constiterit: eodem modo civitates non possunt, citra scelus, gerere se tamquam si Deus omnino non esset, aut curam religionis velut alienam nihilque profuturam abjicere, aut asciscere de pluribus generibus indifferenter quod libeat: omninoque debent eum in colendo numine morem usurpare modumque, quo coli se Deus ipse demonstravit velle. Sanctum igitur oportet apud principes esse Dei nomen: ponendumque in praecipuis illorum officiis religionem gratia complecti, benevolentia tueri, auctoritate nutuque legum tegere, nec quippiam instituere aut decernere, quod sit ejus incolumitati contrarium. Id et civibus debent, quibus praesunt. Nati enim susceptique omnes homines sumus ad summum quoddam et ultimum bonorum, quo sunt omnia consilia referenda extra hanc fragilitatem brevitatemque vitae in coelis collocatum. Quoniam autem hinc pendet hominum undique expleta ac perfecta felicitas, idcirco assequi eum, qui commemoratus est, finem tanti interest singulorum, ut pluris interesse non possit. Civilem igitur societatem, communi utilitati natam, in tuenda prosperitate rei publicae necesse est sic consulere civibus, ut obtinendo ad^iscendoque summo illi atque incommutabili bono, quod sponte appetunt, non modo nihil importet unquam incommodi, sed omnes quascumque possit opportunitates afferat. Quarum praecipua est, ut detur opera religioni sancte inviolateque servandae, cujus officia hominem Deo conjungunt . . Sed perniciosa illa ac deploranda rerum novarum studia, quae saeculo XVI excitata sunt, cum primum religionem Christianam miscuissent, mox naturali quodam itinere ad philosophiam, a philosophia ad omnes civilis communitatis ordines pervenerunt . . Cumque populus omnium jurium omnisque potestatis fontem in se ipse

continere dicatur, consequens erit, ut nulla ratione officii obligatam se civitas putet, ut religionem publice profiteatur nullam, nec debeat ex pluribus quae vera sola sit, quaerere, nec unam quamdam ceteris anteponere, nec uni maxime favere, sed singulis generibus aequabilitatem juris tribuere ad eum finem, dum disciplina rcipublicae ne quid ab illis detrimenti capiat . . Illa quidlibet sentiendi litterarumque formis quidlibet exprimendi facultas, omni moderatione posthabita, non quoddam est vi sua bonum, quo societas humana jure laetetur: sed multorum malorum fons et origo. Libertas, ut quae virtus est hominem perficiens, debet in eo quod verum sit, quodque bonum, versari: boni autem verique ratio mutari ad hominis arbitrium non potest, sed manet semper eadem, neque minus est, quam ipsa rerum natura, incommutabilis. Si mens adsentiatur falsis, si malum voluntas adsumat et ad id se applicet, perfectionem sui neutra consequitur, sed excidunt dignitate naturali et in corruptelam ambae delabuntur. Quaecunque sunt igitur virtuti veritatique contraria, ea in luce atque in oculis hominum ponere non est aequum: gratia tutelave legum defendere, multo minus. Sola bene acta vita via est in coelum, quo tendimus universi: ob eamque rem aberrat civitas a regula et praescriptione naturae, si licentiam opinionum praveque factorum in tantum lascivire sinat, ut impune liceat mentes a veritate, animos a virtute deducere."

Nihilo setius fieri per accidens quidem potest, ut falsis 382
l religionibus sublatis bona magna, ut testimonium fidei ab ipsis hostibus habitum, tollerentur, vel majora mala, ut seditionum vel impedimenti conversionis ad fidem veram, sequerentur; quo in casu sane licet ex principio noto permittere illos cultus falsos. Quae agendi ratio respondet oeconomiae divinitus servatae (cf. *Mat* 13, 29. 30) et a s. *Thoma* comprobatur (S. theol. 2. 2. q. 10. a 11) et a *Leone XIII* in encycl. „Immortale Dei" sic dijudicatur *{D* 1726): „Revera si divini cultus varia genera eodem jure esse, quo veram religionem, ecclesia judicat non licere, non ideo tamen eos damnat rerum publicarum moderatores, qui, magni alicujus adipiscendi boni, aut prohibendi causa mali, moribus atque usu patienter ferunt, ut ea habeant singula in civitate locum."

383 **lhesis XII.** *Ecclesia a Christo instituta necessario in essentialibus certe eadem usque ad exitum mundi stabit.*

Declaratio. Duplex potest esse rei exsistentis perpetuitas, aut contingens aut necessaria, quatenus res aut ita durat, ut possit desinendo non durare, aut vero non durare nequit, quod ratio idonea stabilitatem ejus exigit. Quae ipsa necessitas persistendi in absolutam et condicionatam dispertitur, prout ea aut ex natura rei sola sequitur, aut etiam a condicione aliqua, quae possit non impleri, pendet. Jam vero necessitatem permanendi, quam ecclesiae adscribimus, ipsam absolutam intellegimus, spectata scilicet amplitudine finis, ad quem ex ordine essentiali per voluntatem divini fundatoris sui sibi indito ecclesia derigitur; qui ordo prorsus fert, ut omnibus hominibus tamquam salutis medium ecclesia Christi praesto sit. Nec tamen eam diuturnitatem ecclesiis singulis particularibus asserimus, seclusa quidem ea, quae sit centrum totius unitatis, verum potius ecclesiae universali, usque ad exitum mundi, i. e., quamdiu sint homines viatores, in hac lacrimarum valle caelestis patriae exsules. Porro ecclesia manere utique non potest, quin omnia essentialia ejus maneant; sublato enim vel uno elemento essentiali simpliciter perit totum; quod dictum pro ecclesia eo magis valet, quo artiore vinculo ejusdem elementa, ut unitatis principium legitimum, requisita unitas, professio infallibilis unius verae fidei, sive theoreticae sive in ritibus moribusque practicae, sanctitas, visibilitas, inter se conexa cognoscuntur. Unde quae distinguitur nonnunquam a perennitate necessaria in exsistendo indefectibilitas nescia corruptionis vel immutabilis stabilitas exsors ipsius in melius mutationis, verius in idem cum illa recidit, si de essentialibus agitur. Ceterum ecclesiae essentialia definire non est praesentis thesis, sed plurium aliorum tractatus hujus capitum; recolatur interim th. II. vel th. VIII. p. II. arg. 5 (η. 273), ubi essentialium summam collocavimus in potestate apostolica, cum obsequio sane respondente hominum subditorum.

Protestantes veteres vel generarim sumpti in hac nostra quaestione non directe, sed eatenus deflectunt a veritate, quatenus negatis proxime elementis essentialibus vel necessariis visibilibus omnibus consequenter ecclesiam non nisi invisibilem

quandam necessario perpetuam agnoscunt. Quapropter isti eo loco refutantur, quo dedita opera ecclesiae elementa vel essentialia vel necessaria ostenduntur. Similiter redarguuntur, quicumque abjudicant ecclesiae sive visibile sive invisibile aliquid essentiale vel certe ex voluntate Domini necessarium ideoque stabile et ita ponunt ecclesiae perennitatem v. g. in sola professione verae fidei apud nonnullos semper saltem in articulis, quos fundamentales dicunt, perseverantis. Item ex sanctitate ecclesiae essentiali revincuntur fraticelli vel janseniani, qui ecclesiam corruptam esse vel senuisse et defecisse a praedicatione veritatum praecipuarum sunt commenti. Directe autem nobis hic adversantur sociniani vel universe rationalistae illi, qui ecclesiam desinere ad tempus posse, immo re ipsa desiisse putant. Neque minus refragantur, qui ecclesiam Dei novam in hac terra vel futuram vel jam coeptam somniant, oeconomiam nempe perfectiorem Spiritus sancti plenius effusi; quales sunt anabaptistae, quadantenus quakeri, swedenborgiani, irvingiani, mormones, secta populi Dei auctore ministro quodam verbi würtembergensi. Cujusmodi sectarum recentiorum fabulis resuscitatur saltem ex parte doctrina haereticorum antiquiorum, i. e., gnosticorum, montanistarum, manichaeorum, massalianorum vel mesalianorum vel euchitarum, tum complurium aevi medii, Almarici ejusque asseclarum, hominum profitendum evangelium aeternum, catharorum, beguardorum et beguinarum, aliquatenus fraticellorum, eorum qui bizochi vocantur, hominum intelligentiae. Accedunt, qui aetate nostra post ecclesiam, quam dicunt petrinam et paulinam, exspectant tertiam futuram joanneam. Videas *Act. concil. rec. coli, lac.* 7, 594—597 ; *Mohler,* Symbolik §. 46—51. 55. 56. 59. 60. 65. 66. 68. 69. 77. 85; *JVleser,* die Dôllinger'sche Dreikirchenidee, Brixen 1875. Porro illis variis erroribus thesim ut doctrinam catholicam omnino certam et, seposita saltem quaestione de necessitate perennitatis, ut ipsum dogma fidei opponimus.

Demonstratio. 1. Christo asseverante portae inferi non 335
praevalebunt adversus ecclesiam suam, utpote aedificatam super petram. Atqui hoc est idem ac praedicere factum invictae stabilitatis ecclesiam, profecto in essentialibus suis, ad finem saltem mundi ornaturae; quod factum ipsum repetendum est ex standi necessitate.

Major patet ex verbis Domini *Mat* 16, 18: „Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam (και ττι'λαι «d'oi' *ov '/.αποχνσονσιν αδτη)*“, Hic pronomen *eam* censendum est referri directe quidem ad terminum immediate praecedentem, i. e. ecclesiam, quamquam indirecte significari etiam petram intellegimus tum ex sermonis nexu manifesto, quo indicatur firmitas aedificii a firmitate petrae fundamentalis ut a causa dependere, tum et ex collatione cum *Mat* 7. 24. 25, ubi firmitudo domus stantis contra pluviam, flumina, ventos irruentes deducitur ex eo, quod est aedificata super petram. Ceterum si Mat 16, 18 per pronomen *eam* directe designaretur petra, ecclesiae constantia efferretur saltem indirecte, quoniam praediceretur firmitas petrae fundamentalis formaliter acceptae, h. e., sub ipsa ratione et functione fundamenti sustentantis molem domus superstructae.

Minorem ita collustramus: Portae cum addito saepe per synecdochen totam civitatem vel arcem aliquam significant proindeque etiam metonymice eos, qui in eadem civitate vel arce continentur vel potestatem obtinent. Qui est tropus frequens apud orientales (cf. *Gen* 22, 17; 24, 60; *Ruth* 3, 11 hebr.; *Esth* 3,2.3; *Ps* 86,2), sicut hodie quoque imperium turearum porta alta nuncupatur; videtur autem ille tropus facilius esse inde ortus, quod portae erant munitissimae vel partes urbium insigniores, quo ipsi proceres ad jurisdictionem exercendam vel ad consilia capienda conveniebant (cf. *Gen* 34, 20; *Deui* 21, 19; 22, 15; 25, 7; *Ruth* 4, 1—11; 2 *Reg* 19, 8; *Job* 5, 4; 31, 21; *Ps* 9, 15; 68, 13; 126, 5; *Prov* 22, 22; 31, 23; *Is* 29, 21; *Am* 5, 10. 15). Porro portae inferi designant Mat 16, 18 certe civitatem vel potestatem quandam malam, cum inimicae exhibeantur ecclesiae vel regno Jesu Christi. Et re vera respondens hebraico est domicilium animarum post hanc vitam et praecipue sedes improborum (cf. *Is* 14, 9 ss; *Ez* 32,17ss), atque in litteris sacris per prosopopoeiam ut agens et cogitans describitur *(Prov* 1, 12; 30, 15. 16; *Is* 5, *14; 14, 9;* 38, 18), et in testamento novo quidem ut civitas vel regnum, sub principe satana, cui obsequantur daemones (JAz/25. 41; *Apoc\2,7* collatis 2 *Pet* 2, 4; *Apoc* 6, 8; 9, 1-3. 11; 11, 7; 17, 8; 20, 1-3.14),

cujus instrumenta sint homines in terris impii consilia satanae exsequentes (*Jo* 8, 44; *Apoc 2,* 9. 13; 3, 9; cf. *2 Pet* 2, 19) ideoque adjuvantes bellam, quod satanas perpetuum cum Deo vel cum iis gerit, qui sunt Dei {*Gen* 3, 1 ss; *Luc* 22, 31; *Jo* 8, 44; 13, 2; 2 *Cor* 4, 4; *Eph* 6, 11; *1 Pet* 5, 8. 9; *1 Jo* 3, 8; J/^12, 9—12; 20, 7—10); quae potestas satanae vocatur etiam tenebrarum {*Luc* 22, 53; *Eph* 0, 12; *Col* 1, 13; cf. *Job* 10, 21. 22). Quae cum ita sint, praenuntiat Mat 16, 18 ut futurum factum Christus, ecclesiam, in se firmam, contra hostes quoque immotam constituram esse ita, ut vel potentissimi, satanas cum cunctis suis asseclis, superaturi ipsam minime sint, verum potius, quae est figura *μειώσεω* manifesta, victi abituri. Neque principalis sensus loci ejus mutatur, si testamento vetere appellato (Zr 38, 10; cf. *Job* 38, 17; *Ps* 9, 15; 106, 18), minus quidem bene, Mat 16, 18 portae inferi directe intelleguntur portae mortis; enimvero in hypothesi ista morti, inimicae scilicet fortissimae (cf. *Cant* 8, 6; *1 Cor* 15, 26), cui irruenti pleraque succumbunt {*Ps* 48; *Jer* 9, 21. 22), ab ipso satana invectae (*Sa/>* 2, 24) et cum eo sociatae {*Lleb* 2, 14; *Apoc* 1, 18; 6, 8; 20, 13. 14), ecclesia Christi neutiquam obnoxia praedicatur, propulsatis omnibus, quae interitum afferant. Unde tandem irritus manebit ex prophetia Domini absoluta quivis ad ecclesiam subvertendam impetus, sive in haeresibus et schismatis adversus regnum veritatis indivisum excitatis, sive in armis incruentis aliis ecclesiae illatis, ut falsae scientiae, ludibrii, calumniae, oppressionis libertatis justae, inductae ignorantiae vel corruptionis morum, sive in persecutionibus etiam sanguinolentis contra eandem motis, quamvis ex incursibus hujusmodi accidentalia quaedam detrimenta accipere ecclesia possit cf. n. 110 dictum s. *Thomaè).* Talis autem stabilitas profecto non per tempus solum qualecumque, ut per aetatem s. Petri, sed saltem ad terminum praesentis hujus mundi secundum verba Jesu Christi ecclesiae convenire debet; aliter enim, contra apertam Christi intentionem, nihil prorsus magni de ecclesia diceretur; quin immo portae inferi simpliciter victrices praedicandae forent. Agite, ex facto constantiae perennis aedificii fas sit colligere voluntatem consentaneam aedificatoris Domini efficacem, qua posita aedificium etiam nequeat non persistere.

388 2. Idem Servator promisit definite, se cum legatis suis, sane exercentibus sacrum ministerium, futurum esse omnibus diebus, i. e., sine intervallo ullo, usque ad ipsam saeculi consummationem; sic enim ille loquitur apostolis *Mal* 28, 18—20: «Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis: et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi (zcà Mov *Iγω μεPνμΰν i'uιὶ πάσα τό ημέρα έω τη συντέλεια του αϊώνο).ll* Atqui locutio illa, qua Deus ipse dicitur cum quopiam esse, constanter in scripturis indicat, opus, de quo agitur, contra res adversas quasque perfectum certo iri vel cum successu prospero conjunctum. Huc pertinet *Gen* 26, 24; 28, 15 hebr.; 31, 3; 39,2.3: «Fuitque Dominus cum eo (Joseph), et erat vir in cunctis prospere agens; habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Dominum esse cum eo, et omnia, quae gereret, ab eo dirigi in manu illius[4]; *Ex* 3, 11. 12: «Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum, et hoc habebis signum, quod miserim te: Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum6; *Deut* 31, 7. 8; *Jos* 1, 5. 9; 3, 7; *Jud* 6, 12—16; *l Regi,* 19.20: «Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. Et cognovit universus Israel a Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini"; 2 *Reg* 7, 9; adde verbum illud de ipso regno messiano *Is* 41, 8—13: «Et tu, Israel serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terrae, et a longinquis ejus vocavi te, et dixi tibi: Servus meus es tu, elegi te, et non abjeci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus, confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei. Ecce, confundentur et erubescent omnes, qui pugnant adversum te: erunt quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quaeres eos, et non invenies viros rebelles tuos: erunt quasi non sint, et veluti consumtio homines bellantes adversum te, quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te*';

yer 1, 7. ‹8. 18. 19: „Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer sum, quoniam ad omnia, quae mittam te, ibis, et universa, quaecuinque mandavero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus . . Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum aereum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, et sacerdotibus, et populo terrae. Et bellabunt adversum te, et non praevalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te"; *Jer* 30, 10. 11; *Ez* 3, 8. 9. 14; *Ag* 2, 5. 6: „Et nunc confortare, Zorobabel. dicit Dominus, et confortare Jesu fili Josedec sacerdos magne, et confortare omnis populus terrae, dicit Dominus exercituum, et facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum) verbum, quod pepigi vobiscum, cum egrederemini de terra Aegypti, et spiritus meus erit in medio vestrum: nolite timere"; *Act* 7, 9. 10: „Et patriarchae aemulantes, Joseph vendiderunt in Aegyptum, et erat Deus cum eo: et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus, et dedit ei gratiam et sapientiam in conspectu Pharaonis regis Aegypti, et constituit eum praepositum super Aegyptum et super omnem domum suam"; *Act* 18, 9. 10: „Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, et ne taceas: propter quod ego sum tecum, et nemo apponetur tibi, ut noceat te, quoniam populus est mihi multus in hac civitate". — Consummatio autem saeculi in testamento novo mensuram significat impletam non generationis hominum solius determinatae, sed aut simpliciter et directe totius generis humani, aut omnis temporis mundani genus humanum complectentis proindeque diem ipsum judicii extremi; quam vim, nullo dissidente, phrasis ea apud eundem, qui scripsit 28, 20, habet *Mat 13, 39. 40. 49:* pMessis vero, consummatio saeculi est *(συντέλεια αϊώνο tacti').* Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione saeculi (Zr *τϊ] otiultia τον αϊώνο)* . . Sic erit in consummatione saeculi (Zr *cij avvct/.tia τον αϊώνο)'.* exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum"; *Mat* 24, 3: „Sedente autem eo (Jesu) super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando haec erunt? et quod signum adventus tui, et consummationis saeculi *(ανντίΚΑα τον αϊώνο)'*^;

cf. *Mat* 24, 6. 14; / *Ttm* G, 14. Ergo divinitus spondetur ministerium sacrum, in apostolis institutum, usque ad mundi hujus finem eventu fortunato efficax futurum esse. Atqui ministerium a Christo institutum nequit fructuosum esse, quin eo ipso sit ecclesia Christi. Ergo ecclesia Christi usque ad exitum mundi stabit, reapse saltem, et, pro potenti adjumento continuo tam magnifice praedicto Domini assistentis, etiam necessario.

389 3. Similis formae argumentum ducitur ex *Jo* 14, 16. 17: „Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum *(ά τον αιώνα),* Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit". Nimirum alius Paraclitus, Spiritus veritatis, cum Domini legatis manere affirmatur in aeternum, i. e., tamdiu, quamdiu hic praesens ordo rerum erit (cf. omnino *Is* 59, 21, supra n. 267). Qui textus cum eandem veritatem exprimat ac prior ille Matthaei consideratus, significandi solo modo differt, quod apud Mat edicitur directe terminus ad quem, apud Jo duratio, per quam divina assistentia valida cum sacro ministerio et ita ecclesia eademque necessario futura sit. Porro qui fructus locis hisce intellegitur ex ministerio apostolico divinitus adjuto necessario perennis colligendus, idem, saltem ut est grex Christi collective sumptus, etiam per se enuntiatur alibi *{Jo* 10, 27—30) divina manu, h. e., potestate semper absolute procurandus.

390 4. Eadem ecclesiae perpetuitas, quatenus quidem facti est, parabolis quibusdam Salvatoris declaratur; enimvero simul cum zizaniis, i. e., hominibus iniquis in hoc mundo clare dicitur fore semper etiam bonum semen, i. e., filios regni Christi, usque ad messem vel mundi finem, futurum adventu Filii hominis altero *{Mat* 13, 24 ss, coi. v. 36 ss): et iterum sagena regni caelorum semel emissa persistens exhibetur cum piscibus sive bonis sive malis usque ad consummationem saeculi *{Mat* 13,47 ss).

391 5. Oraculis ipsis veteris testamenti (cf. n. 263—272) regnum messianum, quod non est aliud quam ecclesia, praedicitur staturum in aeternum, in generationes omnes, donec sit sol vel luna, diei et noctis vicissitudo, cursus iste physicus rerum, quamdiu inexplorata sint homini spatia caelorum et fundamenta terrae.

Huc refertur illud Domini ad David 2 *Peg* 7, 12. 13, 15. 16: „Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus: ipse aedificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum . . Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi a facie mea. Et fidelis (ex hebr. permanens) erit domus tua, et regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam (al. meam), et thronus tuus erit firmus jugiterw; tum illud de Christo *Ps* 44, 18: „Memores erunt nominis tui in omni generatione et generationem. Propterea populi confitebuntur (tibi in aeternum, et in saeculum saeculi“; *Ps* 71, 5. 7. 17: .Et permanebit cum sole et ante lunam, in generatione et generationem . . Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna . . Sit nomen ejus benedictum in saecula: ante solem permanet nomen ejus. Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae : omnes gentes magnificabunt eum“ ; atque illud Dei *Ps* 88, 21. 29. 30. 34—38: „Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum . . In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in saeculum saeculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies caeli . . Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea: neque profanabo testamentum meum, et quae procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Semel juravi in sancto meo, si David mentiar: semen ejus in aeternum manebit. Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in caelo fidelis"; *Ps* 109, 4; *Is* 9, 6. 7; 40, 8; 51, 6. 8. 11. 22. 23; 52, 1; 54, 4. 8—10. 14. 16. 17; 55, 3. 13; 60, 11. 12. 15. 18—22 de Jerusalem: „Et aperientur portae tuae jugiter, die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, et reges earum adducantur. Gens enim et regnum, quod non servierit tibi, peribit, et gentes solitudine vastabuntur . . Pro eo quod fuisti derelicta, et odio habita, et non erat, qui per te transiret, ponam te in superbiam saeculorum, gaudium in generationem et generationem . . Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas et contritio in terminis tuis, et occupabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunae illuminabit te, sed erit tibi Dominus

in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet ultra sol tuus, et luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes justi, in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meae, opus manus meae ad glorificandum. Minimus erit in mille, et parvulus in gentem fortissimam: Ego Dominus in tempore ejus subito faciam istud·'; *Is* 61, 7. 8; 62, 4. 6. 7; 65, 18 ss; 66, 22—24; *Jer* 30, 8. 19.20; 31, 31—40, ut v. 31—37: „Ecce, dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Juda foedus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: pactum, quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius. Haec dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunae et stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, et sonant fluctus ejus, Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istae coram me, dicit Dominus, tunc et semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus. Haec dicit Dominus: Si mensurari potuerint caeli sursum, et investigari fundamenta terrae deorsum, et ego abjiciam universum semen Israel propter omnia, quae fecerunt, dicit Dominus“; *Jer* 32, 40: „Et feriam eis pactum sempiternum, et non desinam eis benefacere, et timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me·; *Jer* 33, 17—21; *Ez* 37, 22. 23. 25. 26. 28; *Dan* 2, 44. 45: „In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, et consumet universa regna haec, et ipsum stabit in aeternum. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, et comminuit testam et ferrum et aes, et argentum et aurum: Deus magnus ostendit regi, quae ventura sunt postea: et

verum est somnium, et fidelis interpretatio ejüs“; *Dan 'I,* 27: .Regnum autem, et potestas et magnitudo regni, quae est subter omne caelum, detur populo sanctorum Altissimi, cujus regnum regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei, et obedient" ; *Dan* 9, 24; *Os* 2, 19. 20; *Joci* 3, 20; *Mich* 4, 5. 7: PQuia omnes populi ambulabunt unusquisque in nomine dei sui. nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in aeternum et ultra (hebr. emphatice "îjr B*?υή» in aeternum et perpetuum) . . et ponam claudicantem in reliquias, et eam, quae laboraverat, in gentem robustam, et regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc et usque in aeternum^ ; *Inch* 12, 3. 4; 14, 11: „Et habitabunt in ea, et anathema non erit amplius, sed sedebit Jerusalem secura“; *Zach* 14, 20. 21. Quae omnia cumulantur verbis angeli nuntiantis Virgini beatae incarnationem imminentem *Luc* 1, 31—33: „ecce, concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum (« τοι cucôrog) : et regni ejus non erit finis*·'.

Neque effata talia magis quam ante ponderata reperiuntur 392
edita solum sub condicione, si et in quantum homines ecclesiae se adjungere et in eadem permanere vellent. Primum enim nulla dictis illiusmodi condicio apponitur. Tum vero etiam quaelibet condicio, expers saltem futura exsecutionis, haud
I dubie excluditur, quandoquidem non simplex decretum Dei promitur, sed factum ipsum futurae ecclesiae perpetuae praenuntiatur. Praeterea aliquotiens per omnipotentiam divinam interpositam opus ecclesiae perennis non solum certissime, sed etiam necessario futurum significatur. Denique regnum
I ecclesiae, quod audivimus dici sempiternum, repraesentatur
. tamquam praemium ipsi Jesu Christo pro meritis reddendum *(Is* 03, 10—12; cf. *Luc* 24, 21. 25. 26) vel tamquam res a Christo postulante obtinenda *(Ps* 2, 8); atqui quae debentur ipsi Christo, absolute ipsi quidem dantur, neque Christus de-
' finite rogans pro dignitate sua ullam a caelesti Patre repulsam
I ferre potest *(Jo* 11, 42; *Hcb* 5, 7). Congruit *1 Cor* 15, 24—28:
l -Deinde finis cum tradiderit (i/r« *w τέλο , ovar*
regnum Deo et Patri cum evacuaverit (καταρ^σ#) omnem
principatum, et potestatem et virtutem. Oportet autem (/do)

illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima autem inimica destruetur mors; omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat: Omnia subjecta sunt ei; sine dubio praeter eum, qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia: tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus4.

393 6. Quin immo in scripturis opponitur antiquo testamento novum a Christo ipso conditum, velut mobili vel abrogando immobile ideoque manens. Cum loco supra (n. 391) citato *jer* 31, 31 ss cf. *Heb* 8, 8—13; similiter cum *Ag* 2, 7. 8 cf. hoc apostoli *Heb* 12, 26—28: „cujus vox movit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel et ego movebo non solum terram, sed et caelum. Quod autem, Adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem tamquam factorum, ut maneant ea, quae sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus, placentes Deo, cum metu et reverentia"; adjunge *2 Cor* 3, 7—14, ut v. 11—13: „Si enim, quod evacuatur, per gloriam est; multo magis, quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur"; *Gal* 4,22—31. Quae stabilitas foederis novi repetitur a vi gratiarum jam efficaciorum 5^/31,33; 32,40; *Ez* 11, 19. 20; 36, 25—28: „Et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et ab universis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri, et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam, ut in praeceptis meis ambuletis, et judicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum“; cf. *Heb* 8, 10; 2 *Cor* 3, 3. — Similiter oeconomia vetus ut imperfecta et perficienda opponitur ecclesiae Christi ut jam perfectae *Heb* 7, 11 28, ut v. 22—25: nin tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus. Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem, eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Lnde et salvare in perpetuum potest accedentes

per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis[4]; *Heb* 8, 5—7: „qui exemplari et umbrae deserviunt caelestium. Sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum: Vide (inquit), omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur[4]. Et quidem ea perfectione ecclesia antecellit, quae sit ultima in hac terra vel qua major nulla ante visionem ipsam beatificam exspectanda sit, ut facile colligitur ex *1 Cor* 13, 9—13; *i Cor* 5, 7; *Heb* 9, 23 ss; 10; *1 Jo* 3, 2: ^Carissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est.w— Quare manifestatio per Christum facta ultimis vel novissimis diebus, nunquam nempe veterascentibus, esse dicitur *Act* 2, 17; *E(b* 1,1. 2; *1 Pet* 1, 20; *1 Jo* 2, 18; *Is* 2, 2; *Os* 3, 5; *Mich* 4, 1, et tempus Christi cum opere ejus fines saeculorum, plenitudo temporis, consummatio saeculorum nominatur *1 Cor* 10, 11 ; *Gal*\, 4; *tyh* 1, 10; *Heb* 9, 26; cf. s. *Thomae* S. theol. 2. 2. q. 1. a. 7. ad 4.

Quibus ipsis cunctis testimoniis liquido perspicitur, quam 394
vana objectatio sit, quae ex defectibilitate synagogae contra perennitatem ecclesiae petitur. Et re vera loci, quibus perpetuitas ecclesiae, ad mundi saltem exitum in terra exstaturae, designatur, utpote ex adjunctis vel aliunde minime attenuati, vim nativam retinent; aliter dicendum de sententiis, quibus synagogae aeternitas adseribitur (ut *Ex* 12, 14. 17; *Ps* 104, 10), cum haec ex effatis aliis ipsius veteris testamenti pactum novum melius praenuntiantibus (vide n. 267—269) ad diuturnitatem quandam revocetur. Praeterea autem sempiternitas non tam ecclesiae mosaicae quam magno antitypo per hanc praefigurato promitti recte videatur; in veritate scilicet promissa succedente quodammodo figura vel promissio veritatis manet. Ita certe *Augustinus* (de civ. Dei l. 17. c. 6. n. 1; *M* 41,536): .Non frustra . . moveri quispiam potest, ac dicere: Quomodo confidimus venire omnia, quae in libris illis ventura praedicta sunt, si hoc ipsum quod ibi divinitus dictum est: ‚Domus tua et domus patris tui transibunt coram me in aeternum[4] (1 Reg 2, 30), effectum habere non potuit? Quoniam videmus illud sacerdotium

fuisse mutatum, et quod illi domui promissum est, nec sperari aliquando complendum, quia illud quod ei reprobato mutatoque succedit, hoc potius praedicatur aeternum. Hoc qui dicit nondum intelligit, aut non recolit, etiam ipsum secundum ordinem Aaron sacerdotium, tanquam umbram futuri aeterni sacerdotii constitutum: ac per hoc quando ei aeternitas promissa est, non ipsi umbrae ac figurae, sed ei quod per ipsam adumbrabatur figurabaturque, promissum est Sed ne putaretur ipsa umbra esse mansura, ideo etiam mutatio ejus debuit prophetari." — Et *Aquinas* docet (S. theol. 1. 2. q, 103. a. 3. ad 1 : „Lex vetus dicitur esse in aeternum, secundum moralia quidem simpliciter et absolute, secundum· caeremonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam.u

395 7. Ad haec ecclesia ipsa militans est corpus Christi, est sponsa Christi (/ *Cor* 12, 12 ss; *Eph* 5, 23 ss). Atqui corpus Christi a capite suo nunquam separabitur nec sponsa Christi unquam odio erit Christo, sed semper et necessitate quadam nutrietur et fovebitur ab eo sicut caro propria {*Eph* 5, 28—30; *Os* 2, 19. 20).

396 8. Deus vult per Christum omnes homines salvos fieri proindeque praeparavit omnibus salutis media necessaria ita, ut adultus saltem homo nullus sine culpa propria et personali condemnetur; qua de re alibi copiose disputatur. Atqui medium pro salute obtinenda necessarium est ecclesia, ea quidem, quae a Christo in apostolis ad opus ipsius Jesu Christi prosequendum instituta est (ex th. XI; cf. et *'Jo* 20, 23; 6, 54 cum *1 Cor* 11,26). Ergo ecclesia eaque apostolica necessario durare tamdiu debet, quamdiu sunt homines salvandi, i. e., aetate omni usque ad judicii extremi diem. Quae ratio eo magis urget, quod ecclesia, utpote apostolis innixa, semel corrupta, reparari neutiquam valeret; quin si corrumpi vel deficere interdum saltem posset, jam vim illa suam erga homines subjectos, praesertim malevolos, ad excusationem speciosam quamque pronos, pro quovis tempore amitteret.

9. Accedit his vox una Patrum. Audiatur v. g. *Origenu* (in Mat tom. 12. η. 11; **J/** 13, 1003 ss): „,Non praevalebunt adversus eam' (Mat 16, 18): Quam autem, eam? an enim petram, super quam Christus aedificat ecclesiam? an ecclesiam? ambigua quippe locutio est: an quasi unam eamdemque rem.

petram et ecclesiam? Hoc *ego* verum esse existimo; nec enim adversus petram, super quam Christus ecclesiam aedificat, nec adversus ecclesiam portae inferi praevalebunt . . Quod si adversus aliquem inferi portae praevalebunt, qui talis erit, neque petra super quam Christus ecclesiam aedificat, nec ecclesia a Christo super petram aedificata fuerit. Petra quippe serpenti inaccessa est, et fortior portis inferi sibi adversantibus, adeo ut propter robur illius, portae inferi adversus eam non praevaleant;· ecclesia vero, tanquam Christi aedificium, qui sapienter ‚aedificavit domum suam super petram' (Mat 7, 24), portarum inferi capax non est, praevalentium quidem adversus quemcunque hominem qui extra petram et ecclesiam fuerit, sed invalidarum adversus illam." — Atque *Alexander* episcopus alexandrinus ita scribit (apud Theodoret. eccl. hist. l h c. 3; *M* 82, 907): „Unam et solam catholicam, apostolicam ecclesiam (confitemur), **inexpugnabilem semper**, etsi totus eam mundus oppugnare instituat, victricemque omnis impiae diversa sentientium rebellionis: animos nobis addente illius Domino, dum clamat: ‚Confidite, ego vici mundum' Jo 16, 33)." — Eleganter depingit immotam substantiam ecclesiae *Ambrosius* (hexaem. l. 4. c. 2. n. 7; JZ 14, 190. 191): ‚Est. . in diei potestate sol, et luna in potestate noctis, quae temporum vicibus obedire compellitur, et nunc impletur lumine, atque vacuatur (cf. Ps 135, 8. 9; 103, 19): licet plerique hunc locum mystice de Christo et ecclesia videantur accipere, quod agnoverit Christus proprii corporis passionem, qui ait: ‚Pater, venit hora, clarifica Filium tuum' (Jo 17, 1), ut illo occasu suo omnibus donaret vitam aeternam, qui perpetuae mortis urgebantur occasu, et ecclesia tempora sua habeat, persecutionis videlicet et pacis. Nam videtur sicut luna deficere, sed non deficit. Obumbrari potest, deficere non potest, quia aliquorum quidem in persecutionibus discessione minuitur, ut martyrum confessionibus impleatur, et effusi pro Christo sanguinis clarificata victoriis majus devotionis suae et fidei toto orbe lumen effundat. Namque luna luminis imminutionem habet, non corporis, quando per vices menstruas deponere videtur lumen suum, ut mutuetur a sole; quod facile puro aere atque perspicuo, quando nulla eam obducta nebula caligantem facit, colligi potest. Orbis enim lunae integer manet, etsi non simi-

liter totus, ut pars ejus effulgeat. Et qualis videri solet cum plenus est luminis, talis est magnitudine, sed per umbram quamdam lumine suo viduatus apparet. Et inde cornua ejus refulgent, quia corpus ejus in orbem diffunditur, et velut deficiente portionis luce insinuatur/·' — Et *auctor* alius *antiquus* (serm. 46. inter sermones s. Ambrosio olim adscriptos c. 4. n. 10; **J/** 17, 697): „Navem adaeque ecclesiam debemus accipere in salo mundi istius constitutam, quae crebris ventorum fluctibus, id est, tentationum plagis et verberibus fatigatur: quam turbidi fluctus, id est, hujus saeculi potestas, conantur ad saxa perducere. Quae etsi undarum fluctibus aut procellis saepe vexatur, tamen numquam potest sustinere naufragium, quia in arbore ejus, id est, in cruce, Christus erigitur, in puppi Pater residet, gubernator proram paracletus servat Spiritus. Hanc per angusta hujus mundi freta duodeni in portum remiges ducunt, id est, duodecim apostoli, et similis numerus prophetarum."

398 *Chrysostomus* vero perfectam plane indefectibilitatem ecclesiae his extollit (hom. de capto Eutropio n. 1; ***M*** 52, 397. 398): „Nihil ecclesiae par est. Ne mihi commemores muros et arma: muri enim tempore deteruntur, ecclesia vero numquam senescit. Muros barbari demoliuntur, ecclesiam ne daemones quidem vincunt. Quod haec non sint jactantiae verba, res ipsae testantur. Quot ecclesiam oppugnarunt, ipsique perierunt? Ecclesia vero caelos transcendit. Talis est ecclesiae magnitudo: vincit impugnata; insidiis appetita superat; contumeliis affecta splendidior evadit; vulnera excipit, nec ulceribus cadit; agitata fluctibus non demergitur; procellis impetita naufragium non patitur; luctatur, nec prosternitur; pugilatu certat, nec vincitur. Cur ergo bellum permisit? Ut illa splendidius tropaeum erigeret." Quare etiam monet (ib. n. 6; ***M*** 52, 402): „Ab ecclesia ne abstineas: nihil enim fortius ecclesia. Spes tua ecclesia, refugium tuum ecclesia. Caelo excelsior et terra latior est illa. Numquam senescit, sed semper viget. Quamobrem ejus firmitatem stabilitatemque demonstrans scriptura montem illam vocat; ejus incorruptibilitatem appellat virginem; magnificentiam ejus reginae nomine declarat; cognationem, quam cum Deo habet, filiae voce indicat; propter numerosam prolem illam olim sterilem, nunc vocat eam, quae peperit

septem: sexcenta nomina, ut ejus nobilitatem indicet?' Et in demonstratione „quod Christus sit Deus“ in rem nostram inter alia praeclara (a n. 12) idem auctor illa profert (n. 14—16; .1/48,833.834): „,Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam' (Mat 16, 18). Numera quot tyranni ab illo tempore adversus illam instruxerunt aciem, quot gravissimas persequutiones excitarunt: quo in statu fides fuerit toto illo, quod praeteriit, tempore: quando recens plantata erat, quando teneriores erant hominum mentes. Gentiles erant imperatores, Augustus, Tiberius, Cajus, Nero, Vespasianus, Titus, et post illum omnes usque ad tempus beati Constantini imperatoris; omnesque illi, alii minus, alii vehementius ecclesiam oppugnabant; oppugnabant tamen omnes. Quod si qui eorum visi sunt mitius agere, hoc ipsum tamen quod imperatores palam in impietate viverent, materia bellorum erat, cum alii, qui ipsis adulabantur, gratiam illorum captantes ecclesiae bellum inferrent. Attamen omnes hujusmodi insidiae atque incursus facilius quam araneae tela dissipati sunt, citius quam fumus soluti sunt, velocius quam pulvis transierunt. Nam cum insidiis suis majorem martyrum chorum effecerint, immortalesque illos ecclesiae thesauros reliquerint, columnas atque turres, illi non viventes modo, sed etiam mortui, posteris magnae utilitatis materia facti sunt. Videsne vim praedictionis? ‚Et portae inferi non praevalebunt adversus eam'. Ab his de futuris crede, nullum fore qui obsistat. Si enim cum ex paucis constaret, cum nova res esse videretur, cum nuper plantata doctrina esset, cum tot bella instarent, tot undique commissa praelia nihil potuerunt, neque praevaluerunt, quanto magis nunc cum universam terram occupat, omnemque locum, montes, saltus, colles; etenim et maria et gentes sub sole positas omnes apprehendit, cum impietas apud paucos jam obtineat, atque arae, templa, idola omnia sublata fuerint, festa item initiationes, fumus, nidor et profanae conciones. Quomodo igitur talis tantaque res, tot oblatis impedimentis, tam conspicuum finem habuerit, et exitum veritati fidem facientem, nisi divina quaedam et invicta virtus esset ejus, qui haec praedixit et perfecit? Nemo sane his contradixerit, nisi admodum insaniat, ac mente captus sit. Neque haec tantum, sed etiam alia vaticinia ejus invictam virtutem praenuntiant. Nam cum omni

veritate futura praedixit, et ad finem deduxit, neque fieri potest ut quidpiam ex dictis ejus excidat. Imo citius peribit caelum et terra, quam aliquod verborum aut praedictionum ejus falsi arguatur. Quod ipsum ille ante rerum eventum enuntians, sic clare de verbis suis loquitur: ‚Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt' (Mat 24, 35). Idque jure merito: non enim verba tantum sunt, sed Dei verba, per quae res conduntur . . Illud igitur de ecclesia vaticinium ostendit . . veritatis, providentiae, bonitatis curaeque ejus magnitudinem et excellentiam . . A qua die dictum est usque ad consummationem saeculi firma immotaque mansit (Iffrrzi). florens, fulgens, in dies crescens, plus roboris sumens, et omnibus qui ab illo die usque ad Domini adventum futuri sunt praestans, ut maximos inde fructus, et ineffabilem utilitatem capiant. Xam qui ante nos, et qui ante illos, et qui longe superius fuere, ejus virtutem cognoverunt, bella videntes in eam ingruentia, pericula, tumultus, strepitus, fluctus, tempestates: ipsam vero neque sic submergi, vinci, superari, aut exstingui, sed florere, crescere, ad majorem sublimitatem erigi. Et hoc vaticinium, quod nunc dicturus sum, idoneum est ad dictorum vim et veritatem commonstrandam. Quodnam est illud vaticinium? Cum ingressus aliquando esset in templum judaicum, tunc florens, auro fulgens, necnon pulchritudine magnitudineque aedificiorum, alia quoque instructum omni artificii materiaeque varietate, mirantibus discipulis, quid dixit? >Nonne videtis haec omnia? Arnen dico vobis, non manebit lapis super lapidem' Mat 24, 2), ejus destructionem futuram declarans, desolationem, vastitatem, ruinam, quae nunc Jerosolymis est: omnia enim aedificia illa praeclara conspicuaque diruta sunt. Vides in utroque magnam et ineffabilem ejus potentiam, in eo quod se colentes aedificaverit et auxerit, et in eo quod inimicos suos humiliaverit, destruxerit, radicitusque sustulerit?·' Cf. dictum ejusdem auctoris supra (n. 69) positum.

399 Pariter *Hieronymus* (l. 2. in Is 4, 6; ***M*** 24, 74): nIn psalmis legimus: ‚Protexit me in abscondito tabernaculi sui: in petra exaltavit me· (Ps 26, 5. 6): super quam fundata ecclesia nulla tempestate concutitur, nullo turbine ventisque subvertitur.u Qui et sic concludit (l. 3. in Am 9, 14. 15; ***M*** 25, 1096): .„Ex quo intelligimus ecclesiam usque ad finem mundi, concuti qiii-

dem persecutionibus, sed nequaquam posse subverti; tentari, non superari. Et hoc fiet, quia Dominus Deus omnipotens, give Dominus Deus ejus, id est, ecclesiae, se facturum esse pollicitus est: cujus promissio, lex naturae est? —Et *Augustinus* docet (in Ps 60. n. 6; **J/** 36, 726): „Hic . . fratres, quia non modico tempore futura erat ecclesia in hac terra, sed hic erit ecclesia usque in finem saeculi: ideo hic dixit: ‚Inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in saecula'. Saeviat quantumlibet inimicus, oppugnet me, insidias mihi praeparet, scandalis crebrescat, et faciat angi cor meum: ‚inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in saecula'. Non vincetur ecclesia, non eradicabitur, nec cedet quibuslibet tentationibus, donec veniat hujus saeculi finis, et nos ab ista temporali aeterna illa habitatio suscipiat, ad quam nos deducet qui factus est spes nostra. ‚Inquilinus ero in tabernaculo tuo usque in saecula'. Si diu eris inquilinus, quasi hoc illi diceremus, laboraturus ergo es in terra inter tantas tentationes: nam si paucorum, dierum hic esset ecclesia, cito finirentur tentatoris insidiae. Bene; paucorum dierum velles esse tentationes: sed quomodo colligeret natos omnes, nisi diu hic esset, nisi usque in finem protenderetur? Noli invidere ceteris post futuris; noli, quia jam transisti, pontem misericordiae velle praecidere: sit hic usque in saecula.“ Et denuo (in Ps 71. n. 8; *M* 36, 906): „Quid autem magnum est permanere cum sole ei per quem facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil (Jo 1, 3), nisi quia haec prophetia propter eos praemissa est, qui putant religionem nominis christiani usque ad certum tempus in hoc saeculo victuram, et postea non futuram? ‚Permanebit' ergo ‚cum sole', quamdiu sol oritur et occidit: hoc est, quamdiu tempora ista volvuntur, non deerit ecclesia Dei, id est, Christi corpus in terris." Vel (serm. 2. in Ps 103. n. 5; 37, 1353): „„Non inclinabitur in saeculum saeculi. Fundavit terram super firmitatem ejus', id est, firmavit ecclesiam super fundamentum Christum. Nutabit ecclesia si nutaverit fundamentum: sed unde nutabit Christus, qui antequam veniret ad nos, et carnem susciperet, ‚omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil' (Jo 1,3); qui omnia continet majestate, et nos bonitate? Non nutante Christo, ‚non inclinabitur in saeculum saeculi'. Ubi sunt qui dicunt perisse de mundo ecclesiam, quando nec

inclinari potest ?" — Item *Theodoretus* (in Jer 1, 19; *M* 81, 503): Bellabunt enim', inquit, ‚adversus te, sed non praevalebunt adversus te, quia ego sum tecum, ut liberem te, dicit Dominus*. Quam quidem pollicitationem fecit etiam ecclesiae. Nam Petro divinissimo dixit:‚Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: et portae inferi non praevalebunt adversus eam' (Mat 16, 18). Non dixit: Non bellabunt, sed: ‚Bellando non praevalebunt*. Quoniam adversarii efficiunt ut victoriam reportemus". Cf. ib. in v. 8; J/ 81, 499. — Pariter *Leo M.* (ep. 10. c. 1; J/54, 629): „Hunc . . (Petrum) in consortium individuae unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam' (Mat 16, 18), ut aeterni templi aedificatio, mirabili munere gratiae Dei, in Petri soliditate consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam inferi praevalerent." Videas ejusdem doctoris verbum superius (n. 70). — Vel alius *auctor antiquus* (operis nquod unus sit Christus", exstantis inter dubia athanasiana, n. 3; *M* 28, 127): „Fidelis sermo, et non vacillans promissio: invicta res est ecclesia, etiamsi adsint portae inferi, quamvis cum infernus ipse, tum ii qui in ipso sunt principes mundi tenebrarum moveantur."

400 Per ipsum *symbolum fidei {D* 2 ss) sanctam ecclesiam, sane ut actu exsistentem, homines non hujus tantum illiusve saeculi, verum sine temporum differentia cujuslibet, jubentur profiteri, tamquam corpus morale semper idem, donec fides omnis transeat in visionem, sicut etiam essentialia quaeque ecclesiae elementa, non solum ut praeterita, sed ut praesentia, fidei deposito, per Christum et per Spiritum sanctum in apostolis completo immutabilique, transmissa nobis reperiuntur. — Ad haec vide errores fraticellorum damnatos a *Joanne XXII [D* 413. 414. 417), propositionem Quesnelli v. g. 95. damn, a *Clemente* AT”(2) 1310), synodi pistoriensis 1. 52. 53. 67. 77. damn, a *Pio VI* (2) 1364. 1415 1416. 1430. 1440). — Recentius *concilium coloniense* a. 1860 ita statuit (p. 1. c. 21; *Act. concil. rec. coli. lac. 5,* 306): „Ecclesia . . tamdiu his in terris persistet et vivet, quamdiu homines sunt, qui Christo inserendi. Etenim ‚non est in alio aliquo salus, nec . . aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri· (Act 4, 12). Nec

quomodocunque perpetuo durabit ecclesia, sed ea jugiter erit, quae a Christo est instituta; quapropter nunquam tempus erit, ut quidam somniaverunt, quo ecclesiae locum regimen civile obtinere ejusque partes suscipere possit. Christus convelli et destrui opus suum non patietur, quum promiserit fore, ut portae inferi non praevaleant adversus ecclesiam. Sed nec ipse ecclesiam dissolvet, ut aliam ei substituat, quemadmodum ecclesia successit synagogae. Hanc aliquando cessaturam prophetae saepe praedixerant; ecclesiam autem tanquam id, quod prioribus institutionibus esset praeparatum, perpetuo duraturam ea, qua synagogae succederet, forma, et ipsi innuebant et Christus aperte praedixit, promittens, se fore usque ad consummationem saeculi cum apostolis illam, quam acceperant, exercentibus potestatem (Mat 28, 20). Itaque ut eadem doctrina eademque sacramenta, ita eadem quoque regiminis potestas et idem proinde praesidum collegium, quod Christus discedens affatus est, perpetuo erit in ecclesia.u — Postremus loquatur *Leo XIII* (encycl. de unitate ecclesiae, 29. jun. 1896): „Cum autem ecclesia sit ejusmodi voluntate et constitutione divina, permanere sine ulla intermissione debet ejusmodi in aeternitate temporum: ni permaneret, profecto nec esset condita ad perennitatem, et finis ipse, quo illa contendit, locorum esset temporumque certo spatio definitus: quod cum veritate utrumque pugnat. Istam igitur et visibilium et invisibilium conjunctionem rerum, quia naturalis atque insita in ecclesia nutu divino inest, tamdiu permanere necesse est, quamdiu ipsa permansura ecclesia . . ‚Et portae inferi non praevalebunt adversus eam' (Mat 16, 18) . . Cujus divinae sententiae ea vis est: quamcumque visi invisique hostes vim, quascumque artes adhibuerint, numquam fore ut fulta Petro ecclesia succumbat, aut quoquo modo deficiat . . Ergo ecclesiam suam Deus idcirco commendavit Petro ut perpetuo incolumem tutor in victus conservaret." Legas consentanea in encycl. ^Immortale Dei" *(D* 1704).

10. Dogmati catholico ecclesiae perennis praepostere op- 401
ponunt a. *Mat* 24, 10—12, ubi scandalum et seductio multorum per pseudoprophetas oriens et refrigescens caritas multorum 0™· rroZhôr; praesignificatur. At enim his non perpetuitas ecclesiae abnuitur, quae statim (v. 13. 14) indicata perseve-

rantia aliorum et praedicatione evang'elii universali etiam statuitur; sed ad summum, Quatenus de aetate una eademque agitur, catholicitas ecclesiae pro certo quodam tempore negata apparere potest. Ceterum ne haec quidem excluditur, quoniam defectus caritatis ipsorum hominum fidelium extorres ipsos ab ecclesia non reddit (cf. *Ajwc* 3, 16).

402 b. Ex *Mat* 24, 24 (col. v. 22) vel *Mare* 13, 22 (coi. v. 20) illud unum colligas, sub finem mundi multos defecturos esse, electis in fide et caritate stantibus. — Verbis narratis *Luc* 18, 8: „Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem *(rrv jtiativ)* in terra?“ indicatur difficultas ideoque raritas quaedam inveniendae fidei, non qualiscumque, sed ejus, quam requirat Christus judex venturus et declaraverit (v. 7) propriam electorum, i. e., fidei efficacis per caritatem. — Itidem quae ab apostolo 2 *T/ies* 2, 3 discessio (?) *ἀπαοτασία)* appellatur (cf. *l Tim* 4, 1; 2 *Pet* 3, 3), haudquaquam cogitanda est defectio universalis vel fere universalis hominum ab ecclesia Christi, verum defectio aliqua tempore Antichrist! extensive vel saltem intensive magna proindeque insignis.

403 c. Inane quoque est praecipuum socinianorum argumentum, in eo positum, quod Deus servata hominum libertate perennitatem ecclesiae decreto absoluto statuere non potuerit. Quae ratio si quid valeret, saltem non factum divinitus praevisum et praedictum ecclesiae perpetuo futurae, sed necessitatem solam tangeret. At ipsi decreto divino absoluto, unde ecclesia necessario duret, nihil officit; habet enim Deus in thesauro amplissimo omnipotentiae suae eas gratias, quibuscum, si donentur, homines libere cooperaturos ideoque ecclesiam ingressuros et in ea permansuros esse scientia media ipse infallibiliter praenoscit, qua scientia praelucente decretum absolutum antecedens scientiam visionis ecclesiae perennis fiat; qua de re alibi diligentius agendum est.

404 d. Neque est periculum, ne perpetuitatem necessariam ecclesiae statuendo in theoriam alias rejectam, praedestinationis scilicet ad gloriam ante praevisa merita, nos ipsi incidamus, quandoquidem est disparilitas manifesta. Sane primum non ita partem hominum ecclesiae componendae necessariam efficaciter vocari ad ecclesiam contendimus, ut reliquam per voluntatem I)ei antecedentem absolutam excludamus; immo

homines complures, non hos potius quam illos, sed vel hos vel illos, ex voluntate Dei antecedente absoluta advocari arbitramur ita, ut omnibus hominibus divina voluntate antecedente condicionata optari introitum in ecclesiam et permansionem in ecclesia constantes nobis affirmemus. Deinde non est idem ecclesiae esse membrum ac gloriam adipisci sempiternam; nam qui nunc ecclesiae membrum est, deficere ab eadem et gratiam, quam habeat, amittere, vel etiam exsistens membrum statu gratiae ad gloriam necessariae carere potest, sicut ex contrario, ratione (n. 347. 376) explicata, ad gratiam et gloriam etiam ille pervenire valet, qui actu membrum ipsius corporis ecclesiae non sit. Ad extremum etsi gloria aeterna cum dignitate membri ecclesiae, vocati saltem et servati in ecclesia per voluntatem Dei antecedentem absolutam, necessario conexa poneretur, prius tamen bonum opus conjunctionis cum ecclesia et perseverantiae in ipsa, pro conservatione videlicet ecclesiae, quam praemium gloriae, numero quidem hominum majori minorive, divinitus intendi caperetur.

Caput III,

De constitutione ecclesiae hierarchica perpetua

Thesis XIII. *Ecclesiae perpetuae perpetuo inhaerere voluit conditor divinus formam societatis inaequalis ab initio Inditam vi hierarchiae sive cleri, praeter diaconos et presbyteros constituendi praecipue ex episcopis, qui aeque atque illi per ipsam potestatem sacram, non propriam laicorum, cooptati, susciperent singuli singulas partes populi Dei edocendas, sanctificandas, gubernandas.* 405

Declaratio. Quaestioni de perpetuitate ecclesiae subjungimus disputationem propriam de perenni hierarchia, tum ob momentum proprium instituti hujus, quod ecclesiam continet, tum ut distinctius explanemus, quinam divino jure ad hierarchiam referantur.

Asserta quattuor in thesi nunc posita distinguimus. Primum est, instituisse Christum in apostolis magisterium fidei, 406

sacerdotium sanctificationis, imperium sacrum actionis minime transiens, sed manens, sive instituisse hierarchiam vel clerum perpetuo duraturum eoque ipso formam societatis inaequalis in ecclesia perennem. Societas quippe inaequalis ea intelle-gitur, cujus membra nequaquam sint aequalia vel iisdem juribus instructa, verum alia per potestatem specialem praesint, alia subsint. Hierarchia autem etymologice est sacer principatus, proindeque eadem voce designatur coetus praesidum atque sacrorum ministrorum ad Dei populum regendum et sanctifi-candum constitutus. Similiter nomine cleri significantur illi, qui cultui divino sacrisque erga homines ministeriis specialiter addicti sunt; in rem scribit *Hieronymus* (ep. 52. al. 2. ad Nepotianum n. 5; **J/** 22, 531): ^Clericus, qui Christi servit eccle-siae, interpretetur primo vocabulum suum, et nominis definitione prolata nitatur esse, quod dicitur. Si enim κλήρο graece, sors latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est, pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem, habet, talem se exhibere debet, ut et ipse possideat Dominum, et possideatur a Domino.“ A clero discernuntur, qui vocantur laici, quasi populares dicti a λαό , quibus potestas sacra nulla sit. Adversantur vero nobis hic novatores illi, qui a Luthero usque ad hodiernos rationalistas differentiam inter clericos et laicos ex divino ipso jure provenientem non agnoscunt, sed humanae inventioni vel progressui cuidam naturali tribuunt. A quibus etiam illi non abhorrent, qui admisso ministerio a Spiritu opportune acto ordinarium institutum ministerium ne-gant, quales anabaptistae sunt vel quakeri. Contra quos omnes necessitatem hierarchiae defendimus coortam ex institutione ipsius divini fundatoris, qui medio hoc, non aliis, ecclesiae unitatem essentialem ideoque ecclesiam formare et conser-vare velit.

407 Altero asserto eos accuratius recensemus, quibus ex vo-luntate Christi proindeque per ipsum jus divinum potestas aliqua sacra convenire debeat. Quos dicimus esse diaconos, presbyteros, praecipue autem episcopos, praetermittendo qui-dem quaerere, nonne etiam alii clerici minores ad hierar-chiam divino jure spectent; qua de materia disputare non est hujus loci, cum pendeat judicium a controversia illa, num sub-

diaconatus vel ordines minores sint in numero sacramentorum. Ideo autem prae reliquis episcopos efferimus, quod in ipsis solis plenitudo potestatis conficiendi sacramenta reperiatur, unde etiam episcopus subjectum sit divino jure ratione prorsus speciali aptum ad potestatem gubernandi docendique recipiendam. Quo stabilito ruit haeresis presbyterianorum, qui cum Calvino ingredientes vestigiis Aërii, antiquitus presbyteros, vere quidem et proprie dictos, episcopis aequantis, non nisi presbyteris, scilicet senioribus, ecclesiam administrandam vindicabant.

Tertio asserto modum sacrae potestatis sive in successores 408
sive in collegas vel consortes propagandae strictius definimus affirmando, divino jure non per populum, neque per magistratum ullum laicum, sed per eos tantum, qui sacrae potestatis cleri ipsi sint participes, in hierarchiam homines assumi posse. Namque sicut principatus sacri actionem per se solam, i. e., laicorum etiam posthabito arbitrio, sufficere, ita conamen horum, quod quidem illi non probetur, valere plane nihil asseveramus. Hinc errare v. g. deprehenduntur, quotquot Marsilium Patavinum imitati cum Edmundo Kicherio vel Febronio vel jansenianis docent, ipsam sacram potestatem, saltem ex parte, h. e., jus regendi seu, ut adversarii plures malunt, dirigendi prius, immediatius, essentialius, radicalius in ecclesia tota vel multitudine populi esse; unde sane sequeretur, a populo eodem membra hierarchiae, quamvis a Christo ipso vel divino jure institutae, singula posse designari ea, quibus potestas ministerialis sive exercitium sacrae potestatis popularis committendum foret. Pariter errant anglicani, quatenus potestatem regiminis in episcopos a principatu saeculari tamquam suo fonte derivari censent. Etiam multo gravius ii decipiuntur, qui potestatem sacram, ex sua quidem mente, totam esse putant apud populum, qui cum muneribus sacris immediate per se obeundis impar sit, ex proprio consilio ministros veluti vicarios et nomine populi acturos per principes suos laicos constituat; quales ministri juris tantummodo humani forent; quae plerorumque protestantium fuerit sententia.

Quartum denique asserimus, singulis episcopis, opera 409
quidem presbyterorum atque diaconorum pro necessitate vel opportunitate'sublevatis, singulas ecclesias particulares ad-

ministrandas ex Christi voluntate esse, ita ut nec singuli episcopi, seposito nunc eo, qui unitatis ecclesiae universae sit principium, potestatem teneant universalem, nec plures simul ecclesiis singulis praeficiantur j quam plurium praefecturam saeculo I rei Christianae et ulterius fuisse usitatam nuper Harnack opinatur.

Thesis est doctrina ipsius fidei catholicae directe opposita variis errorum formis indicatis. De quibus videas *Ad. concil. rec. coli. lac.* 7, 599—601. 606—609. 1136; *Mohler,* Symbolik §. 45. 59. 69; Edmundi Richerii systema de ecclesiastica et politica potestate sect, 1. c. 2; insuper, si fas sit, cf. *Calvitii* inst. 1. 4. c. 4. n. 2; *Febronii* de statu ecclesiae c. 1. §. 6; *Harnack,* Lehrbuch der Dogmengeschichte, Aufl. 2, Bd 1, 181—184.

Demonstratio p. I, qua generatim hierarchica perennis constitutio ecclesiae ex divino jure ducitur.

1. Qualis forma reperitur instituto cuicumque ab initio per fundatorem certo indita, talis ex ejusdem fundatoris voluntate est censenda durans tamdiu, quamdiu durare debet ipsum institutum, nisi ferte aliunde eadem saltem certitudine pernoscitur forma illa ex conditoris placito ad tempus solum retinenda. Atqui Christus fundator inseruit ecclesiae suae ab initio formam societatis inaequalis, vi quidem sacri ministerii doctrinae, sanctificationis, regiminis, apostolis specialiter selectis communicati ; immo vero non alia ratione ecclesiam suam condidit quam illud ipsum condendo ministerium, ecclesiae proinde novellae saltem essentiale (vide th. II); ecclesiam autem a se conditam perennem Christus esse voluit (ex th. XII); neque vestigium apparet formae ab hierarchica diversae ex voluntate Christi aliquando substituendae. Ergo ecclesiae suae inhaerere in perpetuum voluit conditor divinus vi hierarchiae formam primigeniam societatis inaequalis.

2. Quin et explicite idem munus apostolorum, docentium gentes omnes, dispensantium ipsis sacra Christiana, gubernantium baptizatos praenuntiatur per Domini supremam et efficacem voluntatem permansurum, sine intermissione quidem ulla, ad consummationem ipsam saeculi (AAz/ 28, 18—20) sive in aeternum {*Jo* 14, 16. 17); quod munus utique durare non debebat in apostolis spectatis personaliter, cum ipsi „morte

prohiberentur permanere" (cf. *Heb* 7, 23), sed quatenus re· praesentabant continuam seriem successorum, quibuscum illi morale corpus unum semper vivum usque ad diem judicii extremi constituere intelleguntur.

3. Accedit illud apostoli *Eph* 4, 11—16: „Et ipse (Christus) dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut, jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate." Itaque Christus ipse ordinavit opus ministerii visibilis ad consummandos sanctos, ad aedificandum corpus Christi, ad obtinendam unitatem fidei, ad errores excludendos. Atqui finis talis cum urgeat perpetuo consequendus, actionem illius ministerii expostulat perpetuam; unde et diserte indicatur eam permanere, donec corpus Christi mysticum, i. e., ecclesia, in cunctis membris suis sit completum. Ergo ministerium regendi, docendi, sanctificandi in ecclesia divino jure est perpetuum. Nimirum saltem illi, quos dicitur in textu Christus ipse dedisse pastores et, eosdem scilicet, doctores (rofç ôZ zrozu/rag zea (Μασκάλον), semper in ecclesia esse debent; cum enim functio apostolorum tamquam talium, sicut etiam prophetarum atque evangelistarum, qui nominantur pariter, fuisse extraordinaria ideoque in effectu tantum duratura aliunde cognoscatur, superest, ut opus ministerii *(pçyov Λια/.οπ'α],* in se videlicet vel actuale, per pastores et doctores continuo ponatur.

4. Eodem pertinere comprobatur *1 Cor* 11, 23 2b: „Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Accipite, et manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam

commemorationem. Similiter et calicem, postquam coenavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc tacite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat (*Ιίχρι οὑ* cf. etiam *22,* 19.

5. Praeterea in litteris sacris depingitur ecclesia, sane non solum illa paucorum annorum prima, sed quae a Domino fundanda erat per omnia saecula durans, velut regnum (ut JZz/ 4, 23; 9, 35; 13, 19. 38. 41: 21, 31. 43; 24, 14; *Lue* 1, 32.33; *Col* 1, 13; *Heb* 1, 8; *Is* 9, 6. 7; *Jer* 23, 5; *Dan 2,* 44; cf. n. 263 ss); depingitur velut civitas (JZz/ 5, 14; *Ps* 86; *Is* 1, 26; 52, 1; 60, 10—14; 62, 12), velut domus (*/ Tini* 3, 5. 15; *2 Tini* 2, 20; *Heb* 3, 6; *l Pet 2,* 5; 4, 171, velut ovile *(7o* 10, 16; *Act* 20, 28), velut corpus idque organicum dispositum ab ipso Deo creatore, qui nposuit . . membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit4 (*/ Cor* 12, 12 ss; *Eph* 4, 11—16; *Coi 2,* 18—20; cf, *Rom* 12, 4. 5). Atqui haec omnia ingerunt ideam societatis non aequalium, sed potius per jus divinum inaequalium, ubi nempe praesint alii, alii subsint. Certe omnino mulier arcetur hierarchia *l Cor* 14, 34. 35; *! Tini* 2, 11. 12.

6. Ecclesiae antiquae typicae et expressius mosaicae ecclesia Jesu Christi instar antitypi respondet (cf. n. 270—272.275). Atqui ecclesia antiqua erat societas inaequalis; nominatim talis erat ecclesia mosaica vi hierarchiae divinitus institutae; etenim prae ceteris elegit Deus ipse sibi in clerum minorem vel majorem homines tribus Levi vel ex familiis hujus tribus certis *{Num* 3; 18; *Deui* 18, 1—8), ritu speciali quodam Deo consecrandos *{Ex* 29, 1—37: 40, 12. 13; *Lev* 8; *Num* 8, 5 ss), pro ministeriis sacris secundum gradum suum exercendis ita, ut aliis praeter designatos et consecratos immiscendi sese sacris functionibus facultas nulla foret (cf. *Num* 16; *2 Par* 26, 16—23. Ergo etiam ecclesia Jesu Christi erit societas perpetuo inaequalis per hierarchiam divino jure constitutam.

7. Et sane ecclesia, similiter ac synagoga eandem praefigurans, debebat ex Dei voluntate esse coetus in perpetuum etiam externa et conspicua unitate unus. Atqui eo ipso principium pariter externum et visibile unitatis pro ecclesia vel populo Christiano continendo divinitus providendum erat, nisi

j forte fingitur oeconomia nimium quantum jam insolita, a modo
T illo suavi, quo in gubernando universo causis etiam secundis
Deus uti cernitur, prorsus aliena (cf. s. *Thomae* Supplem.
I c. 34. a. 1), quae nullo argumento demonstretur, immo tam-
quam providentiae ipsi supernatural! minus consentanea, per
i exempla etiam mira, ut eunuchi aethiopis, ipsius Sauli, Cornelii
centurionis ad ministerium exterius rejecti (*Ad* 8, 26—40;
I 9,3-6; 10, 1—6), significetur; quippe valet illud *Rom* 10, 14. 15:
.Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quo-
modo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient
sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur?
sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem,
evangelizantium bona!» Adde, quod principium hierarchicum
servandae unitatis necessarium synagogae erat, quamvis ea
loco, populo, tempore foret terminata, fidei articulis instructa
paucioribus, documentis scriptis pro cultu omnique agendi
ratione definienda plenioribus, novis ditata opportune per pro-
phetas revelationibus, institutione, correctione. Ergo multo
magis agnoscere oportet necessitatem hierarchiae pro tuenda
unitate ecclesiae novi testamenti, ut quae secundum memorata
omnia momenta longe aliter se habere evincatur.

8. Unde videmus ecclesiam constanter in forma societatis 417
inaequalis constitutam (recole n. 42—50), et in antiquitate ipsa
j simplices fideles nomine laicorum a clericis, qui sacro mini-
sterio dediti sint, distinctos. Legesis ex *canonibus,* qui *apostolici*
dicuntur, v. g. 2 (apud Hefele, Conciliengeschichte, Aufl. 2,
Bd 1,800): „Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus
et reliqui clerici»; et cn. 15 (al. 14. ib. 804. 805): „Si quis
presbyter aut diaconus aut quilibet de numero clericorum re-
linquens propriam parochiam pergat ad alienam, et omnino
demigrans praeter episcopi sui conscientiam in aliena parochia
commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur, praecipue
si vocatus ab episcopo redire contemserit, in sua inquietudine
perseverans; verum tamen tanquam laicus ibi communicet»;
adjunge cn. 17 (al. 16. ib.), et *concilii nicaeni* ***I*** cn. 1—3.
8. 17. 19 (*// 1,* 323 ss; cf. ***I)*** 19. 20). Juverit conferre et
/ *Cor* 14, 16, ubi memorato illo, „qui supplet locum idiotae»,
nempe extraordinarie, relatio populi ordinaria ad hierarchiam
indicatur.

418 9. Cleri populique differentiam sic describit *Cyprianus* (ep. 66; **J/** 4, 397—399): «Cyprianus presbyteris et diaconibus et plebi Furnis consistentibus salutem. Graviter commoti sumus ego et collegae mei qui praesentes aderant, et compresbyteri nostri qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissemus quod Geminius Victor frater noster de saeculo excedens Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominaverit, cum jam pridem in concilio episcoporum statutum sit ne quis de clericis et Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat, quando singuli divino sacerdotio honorati et in clerico ministerio constituti non nisi altari et sacrificiis deservire et precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: ‚Nemo militans Deo obligat se molestiis saecularibus, ut possit placere ei cui se probavit' (2 Tim 2, 4). Quod cum de omnibus dictum sit, quanto magis molestiis et laqueis saecularibus obligari non debent qui divinis rebus et spiritalibus occupati, ab ecclesia recedere et ad terrenos et saeculares actus vacare non possunt? Cujus ordinationis et religionis formam levitae prius in lege tenuerunt, ut, cum terram dividerent et possessiones partirentur undecim tribus, levitica tribus, quae templo et altari et ministeriis divinis vacabat, nihil de illa divisionis portione perciperet, sed, aliis terram colentibus, illa tantum Deum coleret, et ad victum atque alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur decimas perciperet. Quod totum fiebat de auctoritate et dispositione divina, ut qui operationibus divinis insistebant, in nulla re avocarentur, nec cogitare aut agere saecularia cogerentur. Quae nunc ratio et forma in clero tenetur, ut qui in ecclesia Domini ordinatione clerica promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, nec molestiis et negotiis saecularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari et sacrificiis non recedant, sed die ac nocte coelestibus rebus et spiritualibus serviant. Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes et salubriter providentes, censuerunt ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece

qui ab altari sacerdotes et ministros voluit avocare. Et ideo Victor, cum, contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum religiose et necessarie factum servetur a nobis, simul et ceteris fratribus detur exemplum ne quis sacerdotes et ministros Dei altari ejus et ecclesiae vacantes ad saeculares molestias devocet. Observari enim de cetero poterit ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est fuerit vindicatum." Vide ejusdem dictum I aliud supra (n. 47). — Similiter resume verba *Gregorii naz.* | n. 340). — Ad haec audias *Hieronymum* (lib. 4. in Mat 28, 20; .1/ 26, 218): „Jussit apostolis ut primum docerent universas gentes, deinde fidei intingerent sacramento, et post fidem ac baptisma, quae essent observanda praeciperent . . Qui usque ad consummationem saeculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros, et se num· quam a credentibus recessurum."

Huc pertinet *concilii Iridentini* s. VII. cn. 10. de sacr. in 419
I gen. *(J)* 734): „Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem anathema sit.·' — landem *Leo XIII* declarat in encycl. „Immor-
i tale Dei" (Z) 1704): „Talis est (ecclesia) natura sua ut porrigat sese ad totius complexum gentis humanae, nullis nec locorum, nec temporum limitibus circumscripta: ‚Praedicate evangelium omni creaturae !' (Mare 16, 15). Tam ingenti hominum multitudini Deus ipse magistratus assignavit, qui cuin potestate praeessent". Et iterum (encycl. de unitate ecclesiae, 29. jun. 1896): „Non erat ejusmodi munus iqjdstolicum, ut aut cum personis apostolorum interire posset, aut cum tempore labi, quippe quod et publicum esset et saluti generis humani institutum. Apostolis enim mandavit Jesus Christus ut praedicarent ‚evangelium omni creaturae', et ‚portarent nomen ipsius coram gentibus et regibus' (cf. Act 9, 15), et ‚ut sibi testes essent usque ad ultimum terrae' (cf. Act 1, 8). Atque in tanti perfunctione muneris adfore se pollicitus eis est, idque non ad aliquot vel annos vel aetates, sed in omne tempus, .usque ad consummationem saeculi' (Mat 28, 20). . Quae quidem

omnia in solis apostolis, supremae necessitati ex humana conditione obnoxiis, qui vera esse potuissent? Erat igitur provisum divinitus ut magisterium a Jesu Christo institutum non iisdem finibus, quibus vita apostolorum, terminaretur, sed esset perpetuo mansurum. Propagatum revera ac velut in manus de manu traditum videmus. Nam consecravere episcopos apostoli, quique sibi proxime succederent in ‚ministerio verbi* (Act 6, 4), singillatim designavere. Neque hoc tantum: illud quoque sanxere in successoribus suis, ut et ipsi viros idoneos adlegerent, quos, eadem auctoritate auctos, eidem praeficerent docendi officio et muneri: ‚Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo Jesu: et quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere* (2 Tim 2, 1. 2). Qua de caussa sicut Christus a Deo, et apostoli a Christo, sic episcopi et quotquot apostolis successere, missi ab apostolis sunt . . Permanere igitur necesse est ex una parte constans atque immutabile munus docendi omnia, quae Christus docuerat: ex altera constans atque immutabile officium accipiendi profitendique omnem illorum doctrinam."

420 10. Insuper quae hac thesi vindicatur veritas fidei, argumentis partium insequentium a fortiori communitur. Quae vero obiciuntur, idoneam habent solutionem. Etenim

a. per illud Zr 54, 12. 13: .ponam . . universos filios tuos doctos a Domino** certe non excluditur ministerium hierarchiae ecclesiasticae, quae exclusio manifesto repugnaret tum intellectui traditionis tum litteris sacris ipsis testamenti sive novi sive etiam veteris (cf. *Is* 2,3; *Jer* 3, 15); sed, cum sit docendi ratio duplex, una per exterius verbum, altera nobilior solius Dei propria per gratiam interiorem, quae ipsum exterius verbum comitatur, posterior haec, tacita priore, eademque efficax loco objecto affirmatur (cf. *Jo* G, 44. 45. 65. 66; *Act* 16, 14; *f Cor* 3, 6. 7 ; *l Thcs* 4, 9), ideo quidem, quod gratia interior in se et in majore sua abundantia intensiva et extensiva (cf. *Is* 11, 9) ad foedus novum spectat, atque, comparatione inter testamentum novum et vetus instituta, utique dona propria vel praevalentia utriusque proferenda sunt. Ceterum si dictum in doctrinam exteriorem acciperetur, pro tempore testamenti novi doctor visibilis maximus promitteretur ipse Filius Dei

Qs

(cf. *Heb* 1, 1. 2), loquens turn per se turn per legatos participes auctoritatis suae summae atque praesenti tutela sua doctrinam suam salutiferam infallibiliter gentibus omnibus perpetuo proponentes. Neque mirum est, si causa prima vel potiore indicata causae secundae vel minus principales interdum silentio praetereuntur; exempla exstant in scripturis ipsis (vide *fyb* 10, 8 ss; *Ps* 146, 8. 9; *Mat* 6, 26). Immo etiamsi per particulas negantes ministerium hierarchicum recusari videretur, nondum adversarii vicissent causam, habito ante oculos usu loquendi notissimo hebraeorum, quo solent unum praeferentes alteri non illud magis, hoc affirmare minus, sed prorsus illud affirmare, hoc prorsus negare (cf. 2 *Mach* 7, 22. 23; *Mat* 10, 20; *Mare* 9, 36; *Jo* 12, 44; *Act 5,* 4; *1 Cor* 3, 7; 15, 10; *Eph* 6, 12; *1 Thés* 4, 8). — Unde jam nulla etiam esse potest difficultas ex *Jo* 10, 27 vel *Jac* 1, 5.

b. Neque obest nobis 7^r31, 31—34: „Ecce, dies venient, 421
dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Juda foedus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti; pactum, quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius/ Enimvero quatenus quidem, pro indole propria testamenti novi, scribenda affirmatur lex in cordibus, i. e., largienda fides per caritatem operans, verbum externum hierarchiae divinitus constitutae non magis excluditur, quam loco illo ponderato Isaiae, sed potius supponitur (cf. *Rom* 10, 14—18). 1
Textus vero subjuncti excludentis nonnemini iste videtur esse sensus: In foedere novo aliquando non amplius necesse erit, israelitam alterum ab altero moneri, ut agnoscat Dominum, i. e., Messiam (cf. 23, 6), idque ideo, quod agnitio Messiae veri erit aliquando plane universalis apud ipsos israelitas, pro distincta domo Israel et Juda et foedere novo post pactum a 2

patribus violatum, non solum typice, sed historice consideratos. Qui sensus etiam ex eo comprobatur, quod s. Paulus *(Rom* 11, ut v. 25—32) eundem eventum conversionis omnium israelitarum suo tempore futurae pariter praenuntiat, immo pro hac sua praedictione ipsum vaticinium Jeremiae, quamvis contractius, recitat (v. 27; cf. tamen *Is* 59, 20. 21 cum 27, 9 secundum LXX), Atqui si hic est loci Jeremiae sensus, docentis hierarchiae munus, pro orationis scopo, ne memoratur quidem; proinde nec negatur. Certe, si ex sententia communiore locus ad fideles omnes legis novae referatur, non contra indolem humanam et effata sacra alia omnis institutio vel sermo mutuus de Deo removetur, sed tantum doctrina scriptionis in cordibus, quae fit per gratiam, Domino soli attribuitur.

C. *Mat* 20, 25 ss (cf. *Mare* 10, 42 ss vel *Luc* 22, 25 ss) non reicitur simpliciter principatus sacer neque exercitium ejus, sed potestatis species aliqua, i. e., dominatio herilis, ordinata ad utilitatem non hominum subditorum, sed habentium potestatem, vel vituperatur despotismus atque abusus potestatis, vel modus ejus exercendae cum fastu et superbia; immo aliquem debere esse in ecclesia principatum, objectis locis ipsis haud obscure significatur (cf. supra n. 151). — Similiter *Mat* 23, 6 ss ut non respuitur paternitas creata (cf. *1 Cor* 4, 14 17; *1 Pct* 5,13; 3 *Jo* 4), ita neque magistrorum hierarchicorum dignitas repudiatur; verum potius reprehenditur ambitio prava titulorum honorificorum atque illud genus magisterii, quod Deo, qui est summus et per se magister, non sit pro recto ordine subjectum (cf. *1 Cor* 3, 3—5). — *Jac* 3, 1 fideles ab ambitioso studio dignitatis vel muneris docendi inde deterrentur, quod ratio severa magistris aliquando danda sit. — Ex dictis nihil obstat, quod *1 Pct* 5, 1—3 vetantur seniores dominari. Quin thesis constabilitur, quod seniores jubentur gregem pascere. Porro nomine cleri, cui seniores non debent dominari, aut intelleguntur clerici inferiores, et ipsi a laicis discreti, aut, si accipitur populus, vocabulum illud sensu vero quidem, sed latiore adhibetur. — Quod attinet ad *1 Jo* 2, 20. 27, ministerium externum hierarchicum, unde ipsa est epistula Joannis, in unctione docente interiore ut condicio praevia includitur (vide v. 24), sola doctrina haereticorum seducentium excluditur (v. 26).

d. Nihil negotii facessit nobis *Act* 15, 23, si secundum 423
antiquiores ac meliores codices, nonnullas versiones, criticos recentiores legatur: o/ ὠτὸστολοι */.aloι ποεσβίτεροι αδελφοί,* quae lectio etiam ex *Act* Ili, 4 confirmatur. Sin autem legatur: *oi àtiatol.ot /.ai oi π εοβϋτε οι. ν.ai oi αδελφοί,* exhibetur quidem ecclesia Hierosolymitana omnis fratres ex gentibus salutans et particeps decreti, de quo agitur; at non ideo eadem ratione omnes concurrisse arbitrandum est, sed pro sua quosque condicione, alios auctoritate fultos, ut erant apostoli, decretum conficiendo, alios, ut fratres simplices, consensum debitum per sanctum Spiritum praestando. — Tum *1 Cor 5,* 3—5 dicuntur quidem alii fideles cum judice apostolo congregati, sed non ad judicandum etiam ipsi. Similiter v. 2. 7. 12. 13 respiciuntur ilii, qui sacra apud corinthios jurisdictione potiuntur.

e. *2 Cor* 8, 8 apostolus scribens: „Non quasi imperans 424
dicol[sic] non sacram potestatem sibi negat, sed ab imperandi actu quodam abstinere se significat. — Dein *Gat* 3, 28 differentia fidelium ad sanctificationem vel salutem, quatenus sublatis formis distinguentibus vitae prioris religiosae, socialis, naturalis jam una sint persona moralis in et cum Christo, non autem sane sub respectu quolibet abnuitur. — *1 Thes* 5, 19: „Spiritum nolite extinguere“, si non inhabitatio Spiritus sancti in anima hominis justi vel dona sanctificantia exprimantur, intelleguntur dona gratis data extraordinaria, quae etiam extra hierarchiam reperiri possunt (cf. v. 20; *1 Cor* 12, 4 ss; 14; *Gal* 3, 2—5).

f. Denique inaniter opponunt *1 Pct 2,* 5. *9:* „et ipsi tam- 42â
quam lapides vivi superaedificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum . . Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum“; vel *Apoc* 1,6: „et fecit nos regnuin et sacerdotes Deo et Patri suo: Ipsi gloria, et imperium in saecula saeculorum: Arnen'; *Apoc* 5, 10: „et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes, et regnabimus super terramAt enim universitas Christianorum, similiter ac populus typicus Israel totus (Ær 19,6), sacerdotium regale vel regnum sacerdotale non vocatur, quasi omnes singuli vel collecti Christiani proprie sacerdotes sint vel

reges reipublicae, sed nominari eo potuit, quod per Christum ipsum sacerdotem summum et ministros Christi cultui divino specialiter adscriptos ad Deum Dominum colendum regenda illa esset, quemadmodum societas civilis quoque tota nomine regni honoratur. Immo etiam simplices fideles, sensu quidem mystico sive minus proprio, sacerdotes appellandi sunt, quatenus nempe offerunt Deo sacrificia mystica vel impropria, i. e., hostias spirituales *(1 Pel* 2, 5), hostiam laudis *(Heb* 13, 15), immolanda spiritualiter corpora sua *(Rom* 12, 1), „immaculatas pietatis hostias de altari cordis“ (ex *Leonis M.* serm. 4. al. 3. c. 1; 3/54, 149), vel etiam quatenus membra sunt unius sacerdotis summi Christi (ex *Augustini* de civ. Dei 1. 20. c. 10; 3/ 41, 676) vel consecrantur per baptisma, h. e., ^sacerdotium laici“ (ex *Hieronymi* dial, contra luciferianos n. 4; 3/23, 158). Similiter fideles Christi et reges appellari possunt, quoad sunt per gratiam heredes cum Christo ipsius regni caelestis *(Lue* 22, 29. 30; *Rom* 8, 17; *Eph* 2, 6; 2 *Tim 2,* 12; *Apoc* 3, 21; 22, 5), proindeque imperabunt aliquando etiam morti et miseriis vel adversis omnibus *(Rom* 5, 17; *Apoc* 7, 16. 17; 21, 4), nunc jam quidem vitiis imperant; „quid enim tam regium quam subditum Deo animum corporis sui esse rectorem?“ (ex *Leonis M.* 1. c.; cf. *Jo* 8, 32—36). Ad haec videsis *Catechismi romani* p. 2. c. 7. n. 23. 24.

Ipse *Tertullianusj* quamvis montanista pro matrimonio secundo prohibendo respiciens scripturae verba explicata exaggeret communium fidelium dignitatem, confitetur tamen diligentius examinatus simul discrimen inter clericos et laicos divino jure constitutum, ubi disserit (de exhortatione castitatis c. 7; *M* 2, 922. 923): rApud nos plenius atque instructius

XJ praescribitur, unius matrimonii esse oportere (Tit 1, 6) qui alleguntur in ordinem sacerdotalem. Usque adeo quosdam memini digamos loco dejectos. Sed dices: Ergo ceteris licet quos excipit. Vani erimus, si putaverimus quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne et laici sacerdotes sumus? Scriptum est: ‚Regnum quoque nos et sacerdotes Deo et Patri suo fecit' (Apoc 1, 6). Differentiam inter ordinem et plebem constituit ecclesiae auctoritas, et honor per ordinis consessum sanctificatus. Adeo ubi ecclesiastici ordinis non est consessus, et offers, et tinguis, et sacerdos es tibi solus.

Sed ubi tres, ecclesia est, licet laici . . Igitur si habes jus sacerdotis in teinetipso, ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit habere jus sacerdotis . . Omnes nos Deus ita vult dispositos esse, ut ubique sacramentis ejus obeundis apti simus . . Usque adeo, nisi et laici ea observent, per quae presbyteri alleguntur, quomodo erunt presbyteri, qui de laicis alleguntur? Ergo pugnare debemus ante laicum jussum a secundo matrimonio abstinere, dum presbyter esse non alius potest, quam laicus qui semel fuerit maritus." Eodem spectant illa (de monogamia c. 12; *M* 2, 947): „Unde enim episcopi et clerus? nonne de omnibus? Si non omnes monogamiae tenentur, unde monogami in clerum? An ordo aliqui seorsum debebit institui monogamorum, de quo adlectio fiat in clerum? Sed cum extollimur et inflamur adversus clerum, tunc unum omnes sumus; tunc omnes sacerdotes, quia sacerdotes nos Deo et Patri fecit (Apoc 1, 6; 5, 10): cum ad peraequationem disciplinae sacerdotalis provocamur, deponimus infulas, et impares sumus." Quid vero Tertullianus adhuc catholicus senserit, licet colligere ex hac haereticorum vituperatione (de praescript. c. 41; *M* 2, 56. 57): „Non omittam ipsius etiam conversationis haereticae descriptionem, quam futilis, quam terrena, quam humana sit, sine gravitate, sine auctoritate, sine disciplina, ut fidei suae congruens . . Ipsae mulieres haereticae, quam procaces! quae audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan et tingere. Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes: nunc neophytos conlocant, nunc saeculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras lector; hodie presbyter, qui cras laicus: nam et laicis sacerdotalia munera injungunt."

Demonstratio p. II, qua ex divino jure imprimis episcopi, deinde presbyteri, postremo diaconi hierarchiae accensentur. 427

I. Cum ex priore parte thesis hierarchia in ecclesia perennis esse divino jure debeat, per idem jus divinum ad hierarchiam eos pertinere judicandum est, in quibus ab initio rei Christianae constanter et ubique potestas aliqua sacra ut in

subjecto prae reliquis fidelibus apparet. Atqui tales sunt maxime quidem episcopi, in gradu altero presbyteri, in tertio diaconi.

428 *Prob. min.* a. ex scripturis. Nimirum in his ratione ministerii sacri eminere post apostolos conspiciuntur illi, qui ibidem nominantur episcopi, vel etiam, nomine tunc quidem generis adhibito, presbyteri, vel pastores et doctores, vel praepositi *(r/ociieiot);* quos quidem omnes, variis textibus inter se collatis, easdem personas esse facile percipimus (cf. *1 Pet* 2, 25; tum et videas *Paulini nolani* ep. 121. al. 58. inter augustin. c. 2. n. 9; **J/** 33, 465, cum responso *Augustini* in ep. 149. al. 59. c. 2. η. 11 ; ib. 635). Porro tales vi vocum ipsa tamquam inspectores cum jurisdictione, rectores fidelium, magistri authentici doctrinae salutaris designantur (cf. secundum £X de nomine episcopi Azzw 4, 16; 31, 14; *Jud* 9, 28; de nomine presbyteri *Ex* 19, 7; *Xum* 11, 16; *'Judith* 10, 6; *1 Mach* 12, 35: cf. et *Luc 22,* 26 graece). Ad hoc adjuncta quoque explicatione ut eorundem munus exhibetur attendere commisso gregi vel regere ecclesiam Dei *(Ac/* 20, 28; cf. v. 17; 14,22), suppositis dotibus tanto officio convenientibus ecclesiae Dei diligentiam habere, simili modo ac quo paterfamilias domui suae praesit *(1 Tim* 3, 1—7), praeesse (7 *Tim* 5, 17), pervigilare pro animabus subditorum *(Jieb* 13, 17; cf. v. 24), praecipere et docere, attendere exhortationi et doctrinae *(1 Tim* 3, 2; 4, 11. 13. 16; 5, 17; 2 *Tim* 4, 2—5; *Tit* 1, 9. 13. 14; 2, 15; *Ileb* 13, 7), moderari cultum divinum publicum *(1 Tim* 2), ea, quae desunt, corrigere, res divinas digne dispensare, increpare etiam dure, arguere cum omni imperio *(Tit* 1, 5—13; 2, 15: *2 Tim* 4, 2—5), recipere pro judicio exercendo accusationem adversus presbyteros, peccantes coram omnibus terrendi gratia arguere *(1 Tim o,* 19. 20), pascere gregem Dei, sicut decet seniores *(aot0j-Ji τίρον),* quorum sit consenior (σ» *v/τρεσβίτίρο)* ipse s. Petrus, qui exspectent reditum principis pastorum *(τον άρχιταοψίνο)* Christi *(1 Pet* 5, 1—4; cf. *2 Jo* 1 ; 3 *Jo* 1); insuper ut munus eorundem declaratur custodire depositum sacrum fidei, devitando profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae (/ *tim* G, 20. 21; *2 Tim* 1, 13. 14), procurare erroribus exclusis unuatem tidei *(Eph* 4, 13. 14), servare mandatum usque in adventum Domini nostri Jesu Christi *(1 Tim* 6, 14), audita commendare fidelibus hominibus idoneis, qui et alios

doceant (2 2, 2), consummare sanctos, aedificare corpus Christi (A/// 4, 11 ss), manus imponere, scilicet pro sacris ministris ordinandis (/ 77w 5, 22; cf. v. 17 ss; 4, 14; *2 Tim* 1, 6; 7# 1,5). Ex istis autem plane liquet, episcopos tum vere pertinuisse ad hierarchiam, utpote in rebus non solum temporalibus, sed per se spiritualibus vel sacris procurandis occupatos, tum pro multitudine et magnitudine officiorum in ordine hierarchico eminentem locum tenuisse. — Ceterum divina ipsa voluntate episcopos, universim sumptos, in ecclesia statui sicut per argumentum modo positum ostenditur, ita etiam sat diserte verbis illis indicatur *Act* 20, 28: „Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo". Similiter ex *Eph* 4, 11 ipse Christus cum apostolis, prophetis, evangelistis etiam pastores et doctores dedit.

Item memorantur in scriptura presbyteri, ii quidem, qui 429
subjecti fuerint judicio episcopi proindeque episcopo haud dubie inferiores, ex *1 Tim* 5, 19. 20: „Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant.u Presbyteri ejusmodi inveniuntur hinc quidem et ipsi sacra potestate aliqua instructi, illinc in ecclesia particulari etiam plures, regendi sive uni episcopo moderanti ecclesiam particularem totam sibi assignatam sive ipsis apostolis ecclesias particulares personaliter et immediate gubernantibus. Huc spectat *Act* 11, 30; 15, 2. 4. 6. 22. 23; 16, 4: „.tradebant eis, custodire dogmata, quae erant decreta ab apostolis et senioribus *(πρεσβυτερών),* qui erant Jerosolymis"; *Act* 21, 17. 18: „introibat Paulus nobiscum ad Jacobum, omnesque collecti sunt seniores (b/ *ιτρεσβί'τερηι)*"; *Jac* 5, 14. 15: „Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit, remittentur ei." Porro amplitudo potestatis sacrae his presbyteris inditae ex traditione accuratius definienda erit; unde quandam partem potestatis sacerdotalis, in episcopis quidem plenae, i. e., potestatem conficiendi corpus Domini reale, remittendi peccata et pleraque alia sacramenta ministrandi corpori Christi mystico, presbyteris (latam noscimus; quo tractatus vani de sacramentis singulis

referuntur. Quamquam aetate prima ministri sacri Christiani sacerdotio primi vel secundi ordinis aucti, episcopi vel presbyteri, ut discernerentur a judaicls, non appellabantur sacerdotes, ut nec diaconi levitae.

no Praeterea in verbo Dei scripto diaconi comparent, neque solum sensu latiore, quo hierarchae generatim ipsique apostoli, quin immo Christus, pro salutari suo ministerio, diaconi vocari possunt et vocantur (ut *l Tim* 4, 6; *2 Cor* 3, 6; *Eph* 3,7; *Ram* 15, 8), sed significatione strictiore, qua tamquam ordo sacer diversus episcopis et presbyteris diaconi opponuntur. Isti autem ipsa diaconorum, i. e., ministrorum appellatione, utrisque inferiores exhibentur; eorumque ut officium repraesentatur, jubente utique episcopo, praedicare, baptizare, ministrare, sive assistendo sacerdoti sacrificanti vel dispensando fidelibus eucharistiam, id quod post apparuit, sive obeundo sacrum ministerium mensarum, custodiendo videlicet et distribuendo eleemosynas pro Christi pauperibus oblatas; cujus quidem mensalis ministerii necessitas etiam occasionem praebuit primos diaconos manibus impositis, certe secundum Domini voluntatem, constituendi. De hac constitutione et de muneribus, quibus diaconi, nominatim Stephanus et Philippus, fungebantur, legesis *Aci* 6—8 coi. 21, 8; tum etiam vide *Phil* 1, 1; *l Tim* 3, 8 — 10. 12. 13: «Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrurn sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes . . Diaconi sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene praesint et suis domibus. Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, et multam fiduciam in fide, quae est in Christo Jesuu.

I». Quoniam de traditione temporum recentioruin theoretica vel practica dubium nullum esse potest, Patrum non nisi antiquiorum, praesertim apostolicorum, testimonia proferimus. Per quae hierarchia ecclesiastica ita constituta sistitur, ut primum locum obtineant episcopi, alterum presbyteri, tertium diaconi, ut episcopo regenti et docenti in ecclesiis singulis subsint cum

f t iJ fidelibus simplicibus ministri sacri omnes, pro ipsis quoque functionibus sacerdotalibus vel liturgicis, legitime quidem, obeundis. Et haec dispositio hierarchica exhibetur tamquam inv

mutabilis, ecclesiae essentialis, emanans ex missione Christi, ex voluntate Dei: juris proin divini. Perpendantur denuo, praeter alia, verba *Cypriani, Ignatii, Clementis romani* superius allata (n. 47. *48.* 50. 372). Audiatur idem Clemens hierarchiam Christianam ex typica veteris testamenti dispositione sic declarans (ep. 1. ad corinth. n. 40. 41; *F* 111—113): „Cuncta ordine debemus facere, quae nos Dominus statutis temporibus peragere jussit. Oblationes scilicet et officia sacra *(ιό τε :φM[ορά /.αι λειτουργία)* diligenter perfici, neque temere vel inordinate fieri praecepit, sed statutis temporibus et horis. Ubi etiam et a quibus eas celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum ejus beneplacitum adimpleta accepta essent voluntati ejus. Qui ergo adsignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt; Domini enim mandata sequentes non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera *(τι) γόρ αρχιερεΊ tÔtai λειτουργίαι)* tributa sunt, sacerdotibus locus proprius *(τοϊ 'ιερϋυιν ϊόιο à imo ;)* adsignatus est, et levitis sua ministeria *(λενΐτω ÎÔiai tiiTMHui)* incumbunt. Homo laicus praeceptis laicis constringitur (o Ζιόζό ιό'>9ρω>το *τοϊ λαϊ/.οί ιτροστόγμασιν δίδεται).* Unusquisque nostrum, fratres, in suo ordine cum bona conscientia praescriptam ministerii sui regulam non transgrediens, honeste Deo gratias agat.“ Unde simul confirmatur, id quod jam per se patescit, verbis ejusdem Patris supra (n. 48) positis non universe constitutionem ipsam sacrorum ministrorum, sed solum quondam statuendi modum consilio apostolico adseribi. Quodsi Clemens loco eodem superiore, fortasse ob scripturam (Is G0, 17) ibi modo suo recitatam, episcoporum tantum et diaconorum expressam mentionem facit, sacerdotes tamen ordinis secundi comprehendit vel certe, generatim quidem, non excludit, ut colligimus ex typo nunc ipsum explanato et ex admonitione ejus pridem (n. 372) appellata, qua plurcs in ecclesia una Corinthiorum presbyteri memorantur, vel ex sententiis auctoris '•ancti occurrentibus in epistula eadem aliis consimilibus (η. 1.

instanter *Ignatius* inculcat (ad smyrnacos n. 8. <); *F* 1, 241): 482
.Omnes episcopo obtemperate, ut Jesus Christus patri, et presbyterio ut apostolis; diaconos autem revereamini ut Dei mandatum ifk *IκMρ).* Separatim ab episcopo nomo quid-

quam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant. Aralida.*βέβαια)* eucharistia habeatur illa, quae sub episcopo peragitur vel sub eo, cui ipse concesserit. Ubi comparuerit episcopus, ibi et multitudo sit, quemadmodum ubi fuerit Christus Jesus, ibi catholica est ecclesia. Non licet sine episcopo neque baptizare neque agapen celebrare; sed quodeumque ille probaverit, hoc et Deo est beneplacitum, ut firmum et validum sit omne, quod peragitur. Rationi ceterum convenit, iterum sobrios fieri et, dum adhuc tempus habemus, ad Deum per paenitentiam redire. Bonum est, Deum et episcopum honorare. Qui honorat episcopum, a Deo honoratus est; qui clam episcopo aliquid agit, diabolo servit." Legas ib. n. 12 *(F* 1, 245). Idem auctor scribit (ad ephesios n. 2—4; *F* 1, 175—177): „Decet itaque vos omnibus modis glorificare Jesum Christum, qui glorificavit vos, ut in oboedientia una perfecti *(πατματισμένοι),* subjecti episcopo et presbyterio, per omnia sanctificati sitis . . Anteverti vos admonere, ut uniamini in sententia Dei. Etenim Jesus Christus, inseparabilis nostra vita, sententia patris est, ut et episcopi, per tractus terrae constituti, in sententia Jesu Christi sunt. Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile vestrum presbyterium, dignum Deo, ita 'coaptatum est episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu vestro et concordi caritate Jesus Christus canitur. Sed et vos singuli chorus estote, ut consoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis voce una per Jesum Christum patri, quo et vos audiat et agnoscat ex iis, quae bene operamini, membra esse vos filii ipsius. Utile itaque est, in immaculata unitate vos esse, ut et semper participetis Deo." Videsis etiam ib. η. 1. 5. 20 *(F* 1, 175. 177. 191); ad magnesios n. 2—4. 6. 7. 13 (Æ 1, 193-197. 201); ad trallianos η. 1. 7. 12. 13 *(F* 1, 203. 207—211); ad philadelphenses inscript. et n, 1. 2. 4. 7. 8. 10 (Z' 1, 225—233); ad Polycarpum inscript, et n. 4—6 251). — *Polycarpus,* ipse episcopus Smyrnaeorum icf. *Ignotu* ep. ad magnesios c. 15 vel inscript. ep. ad I olycarpum; Z 1; 201. 247) ita loquitur (inscript. ep. ad phiiippenses; Z 1, 267): „Polycarpus et qui cum eo presbyteri , et ib. n. n. b; Z 271—273): ..Scientes ergo, quod .Deus non irridetur' Gal 6, 7), debemus digne mandato ac

Ü
ib

voluntate ejus ambulare. Similiter diaconi in conspectu justitiae ejus inculpati esse debent sicut ministri Dei et Christi, non hominum . . Bonum . . est, abscindi a cupiditatibus hujus mundi . . Quare oportet ab his omnibus abstinere, subici autem presbyteris et diaconis tamquam Deo et Christo . . Et presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non neglegentes viduam aut pupillum aut pauperem; sed ‚solliciti semper de bono coram Deo et hominibus' (2 Cor 8, 21), abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, judicio injusto, longe recedentes ab omni avaritia, non cito credentes adversus aliquem, non severi nimium in judicio, scientes, nos omnes debitores esse peccati.u

Etiam in *Doctrina duodecim apostolorum* haec praecipiuntur (n. 14. 15; *F* 1, CLXXI—CLXXIII): „Die dominica autem convenientes frangite panem et gratias agite, postquam delicta vestra confessi estis, ut sit mundum sacrificium vestrum. Ûmnis vero, cui est controversia cum amico suo, ne conveniat vobiscum, donec reconciliati sunt, ne inquinetur sacrificium vestrum. EIoc enim est dictum a Domino: ‚In omni loco' et «.-mpore ‚offeratur mihi sacrificium mundum, quoniam rex magnus sum, dicit Dominus, et nomen meum mirabile in gentibus' (Mal 1, 11. 14). Constituite igitur vobis episcopos et diaconos *(χίϊοοτονμσατε ονν εαντόί ΙπΊσ/.όπ'Ον ν.cà ôϊϋpcô)Ονç)u,* t h. e,, vel curate, ut ordinentur vobis, vel eligite, proponite (constituendos (cf. *Aci* 14, 22 et *2 Cor* 8, 19 cum *Act* 6, 1 ss), -dignos Domino, viros mansuetos et arg'enti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum. Ne igitur contemnatis eos; ipsi enim I sunt honorati inter vos una cum prophetis et doctoribus.u — i Ad haec in *Pastore Hermae,* legimus (vis. 2. c. 4; *F* 1, 351): -Venit anus iecclesia) et interrogavit me , an librum jam dedissem presbyteris. Negavi me dedisse, Bene, inquit, fecisti; habeo enim verba aliqua addere. Cum ergo finiero omnia verba, per te nota fient electis omnibus. Scribes igitur duos libellos et mittes unum Clementi", apici certe presbyterorum vel episcopo, „et unum Graptae. Mittet ergo Clemens in exteras civitates; illi enim mandatum est *(έπιτέτραπται);* Grapte autem monebit viduas et orphanos. Tu autem leges in ista

civitate cum presbyteris, qui praesunt ecclesiae/ Vel etiam (vis. 3. c. 5; *F* 1, 361): „Audi nunc de lapidibus, qui vadunt in aedificationem. Lapides igitur quadrati et albi et congruentes commissuris suis, hi sunt apostoli et episcopi et doctores et diaconi, qui ambulaverunt in sanctitate Dei et episcopatum gesserunt et docuerunt et ministraverunt caste et sancte electis Dei, alii dormientes, alii adhuc viventes". Cf. et ib. c. 9; *(F* 1, 371—373) vel sim. 9. c. 26. 27 *(F* 1, 545—549).

434 *Irenaeus* quoque docet (l. 4. c. 26. n. 2; **J/** 7, 1053.1054): „Eis qui in ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab apostolis, sicut ostendimus; qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum, secundum placitum Patris acceperunt: reliquos vero, qui absistunt a principali successione, et quocunque loco colligunt, suspectos habere, vel quasi haereticos, et malae sententiae, vel quasi scindentes, et elatos, et sibi placentes, aut rursus ut hypocritas, quaestus gratia et vanae gloriae hoc operantes. Omnes autem hi deciderunt a veritate/ — Vel *Tertullianus* (de baptismo c. 17; **J/** 1, 1218): -Dandi quidem (baptismum habet jus summus sacerdos, qui est episcopus. Dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter ecclesiae honorem. Quo salvo, salva pax est. Alioquin etiam laicis jus est/ De Valentino gnostico medii saeculi II idem Tertullianus narrat (adv. valentinianos c. 4; *M* 2, 546): rSperaverat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio. Sed alium ex martyrii praerogativa loci potitum indignatus, de ecclesia authenticae regulae abrupit." — Vel *Clemens alex,* (strom. l. 6. c. 13; **J/** 9, 327 ss): „Hic quoque in ecclesia progressiones (ττροζοττώ i episcoporum, presbyterorum. diaconorum, sunt, ut arbitror, imitationes gloriae angelicae, et illius oeconomiae ac dispensationis, quam dicunt scripturae exspectare illos qui, insistentes vestigiis apostolorum, vixerunt in perfectione justitiae convenienter evangelio. Hos sublatos in nubibus scribit apostolus, primum quidem diaconos futuros, deinde cooptandos esse in presbyteratum profectu gloriae: ,gloria enim differt a gloria* (cf. 1 Cor 15,41. donec creverint in .virum perfectum* (Eph 4, 13)/ Atque (in libro rQuis dives salvetur" n. 42; *M* 9, 647): rCum . . post tyranni obitum e Patmo insula (Joannes apostolus) Ephesum

rediisset, vicinas quoque gentes rogatus visebat, partim quidem ut episcopos constitueret, partim vero ut integras ecclesias disponeret ac formaret, partim etiam ut unumquemque eorum, quos Spiritus designaret, in clerum cooptaret.u — Eodem pertinent *constitution-uni,* quae dicuntur *apostolicae*, 1. 2. c. 26 i.l/ 1, 666. 667); 1. 8. c. 4 **(J/** 1, 1070. 1071); *canonum}* qui *tjtoslolici* vocantur, v. g. 1—3 (apud Hefele, Conciliengeschichte, Aufl. 2, Bd 1, 800); *Pseudo-Clementis* ep. ad Jacobum inscript. et n. 2. 3. 5—7. 12. 14—18 **(J/** 2, 31 ss) ; *concilii nicaenil*cn. 2—9. 12.13. 15. 16. 18. 19 (Z7 1, 323 ss), unde accipiatur 18 (ib. 331): .Pervenit ad sanctum magnumque concilium, quod in quibusdam locis et civitatibus, presbyteris gratiam sacrae communionis diaconi porrigant; quod nec regula, nec consuetudo tradidit, ut ab his qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Nec non et illud innotuit, quod quidam diaconi ante episcopos sacra oblata contingant (οτι *ipij τινέ των διακόνων καί ποδ των Ιπιοκόπων τι αγαοιοτι α ατΐτονται).* Haec igitur omnia resecentur, et in sua diaconi mensura permaneant: scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacrae communionis accipiant, aut episcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, praeter regulam et ordinem probatur exsistere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio riy *διακονία ')* cessare debebit“ ; adde canones 1—4 de ordinationibus olim attributos *concilio* cuidam *carthag. /J'* a. 398 ι// 1, 978. 979; cf. *Z)* 50—52).

2. Aliunde constat, diaconis, presbyteris, episcopis vi 435
sacrae ordinationis conferri sacram quandam potestatem, ceteris baptizatis minime communem, minorem quidem diaconis, majorem et sacerdotalem presbyteris, maximam ipsamque plenitudinem potestatis conficiendi sacramenta episcopis; pariter autem constat, eam potestatem inamissibilem exsistere per characterem, similiter atque in baptismo, animae impressum indelebilem et sacramentalem. Atqui eo ipso primum perspicimus, statui diaconos, presbyteros, episcopos institutione non humana, sed divino jure, illo scilicet eodem, quo character supernaturalis tribuatur; tum vero etiam intellegimus, illa pleni-

tudine sacerdotalis potestatis, jure divino non nisi episcopis jam consecratis indita, per idem jus divinum importari specialem eorundem prae aliis omnibus capacitatem ipsius regiminis et magisterii ecclesiarum suscipiendi; nam ea plenitudo sola ad consecrandos sacros quoslibet ministros ecclesiae ad ministrandae conservandaeque necessarios extenditur; et peculiaris quidem illamet capacitas nomine episcoporum ipso, vel solis consecratis dato, indicatur.

436 3. Ex Christi et Dei voluntate certe ii hierarchiam ecclesiasticam constituunt, qui ab antiquo tempore in serie inviolata, ordine diverso nunquam commutata, apostolorum successores simpliciter et prae aliis habebantur. Atqui continui apostolorum successores simpliciter et prae aliis, ut diaconis ipsisque presbyteris, utique secundum aliquid potestatis sacrae in episcopis collectae itidem succedentibus, habebantur ab antiquo tempore episcopi; quamquam non sane sensu pleno omnes et singuli episcopi succedebant vel succedunt singulis apostolis, tot scilicet episcopi apostolis solis duodecim vel tredecim iisque adhuc vivis et facultate extraordinaria auctis (cf. th. VII. p. III), verum singuli quidem agnoscuntur tantum ex majore quadam potestatis similitudine, nec nisi omnes in collegio episcopali uno perfecte succedere collegio uni apostolico. Praeter testimonia, quae protulimus, *Gregorii M., Hieronymi, Cypriani* (n. 47), *Tertulliani* (n. 215), *Irenaei* (n. 49 434), hoc accipe *Cypriani* (ep. 42 ad Cornelium n. 3, *M* 3, 7071: „Hoc . . vel maxime, frater, et laboramus et laborare debemus, ut unitatem a Domino et per apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus, obtinere curemus/ — Pariter *Eusebius* (hist. eccl. 1. 3. c. 4; *M* 20,219), catalogos episcoporum confecturus, loqui se velle praemonet „de prima apostolorum successione *(πεοί τη πρώτη αποστολών ôiaôo'/j$).u* — Ita et *Padanus* (ad Sympronian. ep. 1. n. 6; *M* 13, 1057): nDenique et episcopi, apostoli nominantur, sicut de Epaphrodito Paulus edisserit: ‚Fratrem et commilitonem', inquit, ‚meum; vestrum autem apostolum' (Phil 2, 25). Si ergo et lavacri et chrismatis potestas, majorum et longe charismatum ad episcopos inde descendit, et ligandi quoque jus adfuit atque solvendi. Quod etsi nos ob nostra peccata temerarie vindicamus, Deus tamen illud, ut sanctis et apostolorum ca-

'thedram tenentibus, non negabit; qui episcopis etiam Unici sui nomen induisit." — Cum his cohaeret, quod antiquitus episcoporum sedes, saltem cum addito, vocabantur apostolicae, ut a *Paulino nolano* (ep. 3. al. 44. ad Alypium n. 1; **J/** 61, 162) vel a *Gregorio turonensi* (hist, francor. l. 4. n. 26; *M* 71, 290), quod episcopi assumpti dicebantur in apostolorum sortem, ut colligas ex *Paulino* nunc laudato (ep. 42. al. 32. ad Florentium
I n. 3; **J/** 61, 380), quod episcoporum munus nominabatur apo
I stolatus, ut a *Sidonio Apollinari* (l. 6. ep. 4; *M* 58, 554) vel ab *Avito viennensi* (ep. 37; JZ 59, 253. 254). — In scriptura ipsa recolatur munus apostolorum *Alat* 28, 18—20 idemque comparetur cum munere consimili tradito (ex n. 428) episcopis, qui hinc apparent successores; insuper videas *Act* 1, 20; *2 Tun* 4, 5. 6; *1 Pct* 5, 1. 2. — Cf. s. *Thomae* S. theol. 3. q. 67. a 2. ad. 2.

4. Hierarchiam ecclesiae novi testamenti adumbrabat hier- 437
archia synagogae (cf. *Is* 66, 21). Atqui haec ex summo sacerdote, sacerdotibus secundi ordinis, levitis ministrantibus componebatur. Unde illam utriusque hierarchiae similitudinem ipsi Patres celebrant. Ita *constitutiones apost.* (l. 8. c. 46; J/ 1, 1151 ss): „Moses, cum divinam legislationem constitueret, distinxit quaenam oporteret peragi a pontificibus, quaenam a sacerdotibus, quaenam a levitis, ac distribuit unicuique cultum proprium suoque ministerio convenientem . . Ceterum quae sub nobis acta sint, forsitan non ignoratis. Scitis enim omnino episcopos, presbyteros et diaconos a nobis (apostolis) prece ac manuum impositione nominatos esse, qui differentia nominum differentiam quoque rerum ostendant . . A Domino edocti rerum consequentiam, episcopis quidem quae ad pontificatum pertinent (τ« *αρχαρωσίνη)* assignavimus, presbyteris vero quae ad sacerdotium (rei r/5 *ίερωσόνη),* diaconis autem quae ad ministeria utrisque impendenda (r« *τη προ «ιαρητίρον ôtav.oriaç),* ut quae ad cultum Dei spectant, pure celebrentur." — Ad haec resumantur verba *Leonis Al.* in. 286) et *Clementis romani* (n. 431).

5. Unde jure statuit *concilium tridentinum* (s. XXIII. 43g
c. 4. de sacr. ordinis; *D* 837): „Quod si quis omnes Christianos promiscue novi testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali praeditos affirmet, nihil aliud

facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quae est ut castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra b. Pauli doctrinam omnes apostoli, omnes prophetae, omnes evangelistae, omnes pastores, omnes sint doctores. Proinde sacrosancta synodus declarat, praeter ceteros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem praecipue pertinere, et positos, sicut idem apostolus ait, a Spiritu sancto regere ecclesiam Dei; eosque presbyteris superiores esse, ac sacramentum confirmationis conferre, ministros ecclesiae ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent/ Et (ib. cn. 6; *D* 843): „Si quis dixerit, in ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris, anathema sit/ Vide ib. cn. 7 (2? 844). — Ita et *concilium vaiicanum* (s. IV; *IJ* 1667): „Quemadmodum.. Pastor aeternus) apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit, sicut ipse missus erat a Patre: ita in ecclesia sua pastores et doctores usque ad consummationem saeculi esse voluit. Ut vero episcopatus ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudo universa in fidei et communionis unitate conservaretur, beatum Petrum ceteris apostolis praeponens in ipso instituit perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum, super cujus fortitudinem aeternum exstrueretur templum, et ecclesiae coelo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurgeret/ Revise ib. c. 3 (supra n. 234). — Praeterea cf. damn, errorem 4 Marsilii Patavini *(D* 426), damn, articulum 14 Joannis Wiklef 490), damn, articulum 17. 18 Joannis Hus (Z> 538. 539), articulum 25 ex iis, de quibus suspecti tunc interrogandi erant *(I)* 569). . M j

6. Pro difficultatibus solvendis haec teneantur: a. Frustra presbyteriani ad scripturae locos eos provocant, ubi et episcopis fit presbyterorum appellatio (ut *Aci* 20, 17. coi. v. 28; I *Pet* 5, 1 coi. v. 2). Inde enim, sicut et ex Patribus quibusdam vetustioribus, ut *Ircnaeo* (vide n. 434), utique concluditur, in principio ecclesiae nomen presbyteri latiore et generali quodam sensu usurpatum esse ad designandum sacerdotem non bolum secundi, sed etiam primi ordinis; minime vero sequitur,

eos quos ex usu hodierno jam specifico presbyteros vocamus, non constituisse ordinem ab episcoporum ordine distinctum eoque inferiorem; et re vera, presbyteri et episcopi, licet foret quondam unum nomen, non tamen exstitisse unam eandemque rem, est ex documentis aliis exploratum.

b. Quodsi alibi (*Phil* 1, 1; Z *Tim* 3, 1—13) presbyteris 440
omissis episcopi diaconique soli memorantur, hoc vel ex eo
I explicatur, quod presbyteri, propter sacerdotium ideoque munia
I plura non ita multum ab episcopis distantes, hisce nominatis simul
J comprehenduntur, vel quod in episcopo ut sacerdote presbyter
I continetur, vel demum ex defectu facti potius quam juris, quatenus
I illa prima ecclesiae aetate nondum ubique completa hierarchia
fuerit. In rem *Chrysostomus* (in l Tim hom. 11. n. 1; *M* 62, 553): J: I
.Postquam de episcopis dixit, iliorumque formam descripsit,
indicavitque quid habere, a quibus abstinere debeant, relicto
I presbyterorum ordine, ad diaconos transiit. Quare? Quia non
multum spatii est inter presbyteros et episcopos: nam etiam
presbyteri docendi munus acceperunt et ecclesiae praesunt^,
sane cum et sub episcopo vel ex delegatione vel ad tempus,
-ac quae ille de episcopis dixit, etiam presbyteris competunt.
Sola namque ordinatione *(ytiqoTovia)u,* spectata scilicet pote-
state conficiendi sacramenta episcoporum consecratorum omnino
propria, „superiores sunt, et hinc tantum videntur presbyteris
praestare". — Similiter *Hieronymus* (ep. 146. al. 85. ad Evan-
gelum n. 2; *M* 22, 1194. 1195): „Presbyter et episcopus, aliud
aetatis, aliud dignitatis est nomen. Unde et ad Titum et ad
Hmotheum de ordinatione episcopi et diaconi dicitur (Tit l;
l l im 3): de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo
et presbyter continetur." — *Epiphanius* vero scribit (haer. 75.
sive 55. n. 5; -1/ 42, 510): „Non intelligit (Aerius) apostolum,
cum recens adhuc esset christiani dogmatis propagatio, pro
re nata scripsisse; nam ubi jam episcopi constituti fuerant,
ad episcopos et diaconos scribebat. Neque enim subinde
omnia ab apostolis ordinari poterant. Et quidem presbyteris
in primis ac diaconis opus erat; a quibus videlicet ambobus
ecclesiastica negotia administrari possunt. Quare ubi nondum
episcopatu dignus aliquis occurrerat, nullus ei loco propositus
est episcopus. At ubi et necessitas postulabat, nec eorum,
qui episcopatu digni erant, copia deerat, ibi episcopi consti·

tuti. Sed cum haud magna multitudo foret, reperiri nulli potuerunt, qui presbyteri crearentur: unde solo episcopo contenti fuerunt. Sine diacono vero episcopus esse non potest. Quare in id apostolus incubuit, ut ministrandi gratia episcopo diaconi suppeterent. Itaque cum nondum ecclesia suis omnibus functionibus expleri posset, per illud tempus istiusmodi singulorum locorum status exstitit. Neque vero ulla res est, quae ab initio suis omnibus numeris absoluta fuerit; sed procedente demum tempore, sua opportunitatibus omnibus ad perfectionem accessio contigit.u ej .

441 c. Hinc nulla jam est inde difficultas, quod comitate quadam ab episcopis presbyteri sunt appellati compresbyteri, sicut etiam diaconi interdum condiaconi; etenim qui sunt episcopi, ipsius utique presbyteratus et diaconatus dignitatem obtinent. Accommodate *Chrysostomus* (in Phil hom. 1. η. 1; **J/** 62, 183): „Vel hodie multi episcopi ita scribunt: compresbytero, et condiacono.u Exemplum praebet *Cyprianus* (supra n. 418 vel et ep. 45. n. 1; ***M*** 3, 710*j* et *Augustinus* (ep. 149. al. 59. c. 1. η. 1; ***M*** 33, 630). -9K

442 Demonstratio p. III, qua ponimus, divino juro non nisi ipsa potestate sacra in hierarchiam consortes vel successores adlegi.

Enimvero constituuntur homines hierarchiae Christianae membra per impertitam ipsis potestatem sive conficiendi sacra sive etiam fideles gubernandi docendique. Atqui potestas prior, quae ex parte, minima quidem, reperitur in diaconis, ex parte potiore in presbyteris, tota in episcopis, divino jure communicatur tantum per potestatem sacram episcopi consecratricem, prorsus independenter ab omni potestate laica, immo, si consideres validitatem actus solam, independenter a quavis, etiam sacra, humana jurisdictione. Quae veritas cum uberius alio loco, scilicet disputatione de sacramento ordinis, ex traditione theoretica et practica probanda sit, verbis paulo ante (n. 440) propositis *Chrysostomi* haec modo addimus *Epiphanii* (haer. 75. sive 55. n. 4; **J/** 42, 507): „Totum illud (quod Aerius effudit) stoliditatis esse plenissimum prudens quisque facile perspicit, velut cum episcopum ac presbyterum adaequare conatur. Hoc enim constare qui potest? Siquidem episcoporum ordo ad gignendos patres praecipue pertinet. Hujus enim est patrum

in ecclesia propagatio. Alter cum patres non possit, filios ecclesiae regenerationis lotione producit, non tamen patres aut magistros. Quinam vero fieri potest, ut is presbyterum constituat, ad quem creandum manuum imponendarum jus nullum habeat? Aut quomodo presbyter episcopo dici potest aequalis? Verum Aerium istum nimia quaedam procacitas aemulatioque decepit. — Ipse *Hieronymus* (ep. 146. al. 85. ad Evangelum n 1; J/22, 1194): „Quid . . facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?“ — Praeterea vide *constitui, apost.* 1.8. c. 4. 16. 17. 46 (J/ 1, 1071. 1114. 1115. 1154. 1155); *can.* j/w /. 1. 2 (apud Hefele, Conciliengeschichte, Aufl. 2, Bd 1, 800); *concilii nicaeni I.* cn. 4. 8 (graece). 19 {*H* 1, 323. 325 ss. 331; cf. *D* 19. 20); *can. carthag.* de ordinationibus 2—4 *(D 50—52).* — *Cf.* etiam 2 *Tini* 1, 6 ss; *1 Tini* 4, 11 ss; 5, 22. — Nimirum cum hierarchia veteris testamenti ad certas quasdam familias coartata esset proindeque secundum carnalem generationem propaganda, in testamento novo propagatio fit per generationem spiritualem, i. e., per characterem spiritualem impressum animae in sacra ordinatione, quae est ex ipso testamento novo *η επίθεσι των χειρών,* manuum impositio, vel, saltem ex lingua graecorum ecclesiastica, *χειροτονία,* manuum protensio aliqua excellens; quocum charactere, nisi ponatur obex, gratia sanctificans sacramentalis jung'itur. Hinc illud est *Leonis M.* (serm. 3. al. 2. c. 1; *jM* 54, 145): „Cessante privilegio patrum, et familiarum ordine praetermisso, eos rectores ecclesia accipit, quos Spiritus sanctus. praeparavit, ut in populo adoptionis Dei, cujus universitas sacerdotalis atque regalis est, non praerogativa terrenae originis obtineat unctionem, sed dignatio coelestis gratiae gignat antistitem.

Sed et potestas altera, regendi nempe docendique, per potestatem tantum sacram, quae aut ipsa mittat aut certe hominem divinitus mittendum eligat designetve, cum plena independentia ab arbitrio laicorum, continenter communicatur. Sane sicut potestas communicanda, ita potestas communicans vel ad communicandum quomodocumque conferens est supernaturalis ideoque positivae et immediatae divinae institutionis. Ergo inest illis omnibus et solis, qui ad eam exercendam positive ab ipso Domino mittuntur missione sive immediata sive saltem mediata, qua quidem missione donatio potestatis con-

tinetur (vide *Rom* 10, 15). Atqui primum hominum laicorum multitudo, id quod pro argumento jam sufficeret, nusquam apparet a Deo Domino missa. Quin etiam non missa ea divinitus apparet; videlicet quemadmodum ab initio ecclesiae fundator Deus et homo pro suprema sua in caelo et in terra potestate omnem potestatem hierarchicam in paucis apostolis solis collocavit, plane independenter a coetu reliquo fidelium, ita idem voluit, per eandem potestatem hierarchicam in aevum omne futurum non populum universum, sed homines selectos ad potestatem sacram plusve minusve participandam cooptari, cum independentia simili a voluntate hominum laicorum. Ad quod ostendendum

444 1. conducunt argumenta, quae pro parte I. et II. hujus thesis jam attulimus.

445 2. Ad haec ne indicium quidem ullum deprehenditur constitutionis ecclesiasticae ingenti mutatione in aliam ita versae, ut primo hierarchica potestas in apostolis solis integra exsisteret, deinde vero vel ex toto vel ex parte, ut pro ministris sacris constituendis, in multitudine populi sedere radicaliter inciperet.

446 3. Immo potius apostoli non tantum ipsi se constanter ut ministros Christi, non delegatos populi, exhibent (v. g. *Aci* 10, 41. 42; *l Cor* 4, 1; 2 *Cor* 5, 18—20), verum etiam alios ministros sacros auctoritate propria constituunt, eosdemque iterum alios etiam episcopos per se instituere jubent, nulla vel levissima injecta mentione potestatis cujuscumque, quae in populo fideli agnoscenda sit. Vide *Aci* 14, 22; *l Tim* 1, 3; *Tit* 1, 5—7.

447 4. Idem testificatione antiquitatis christianae confirmatur; qua jus asciscendi homines in ministerium sacrum magistratui sacro ita attribuitur, ut sive generatim laica auctoritas sive speciatim principatus laicus vel civilis qualiscumque, etiam Christianus, a negotio memorato removeatur. Praeter verba *Clementis romani* et *Ircnaei* (n. 48. 49) haec habeto *canonis* 31 ex iis, quos vocant *apostolicos* (al. 29; apud Hefele, Concilien-geschichte, Aufl. 2, Bd 1, 809): „Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, et segregentur omnes, qui illi communicant.“ — *Concilii nicaenil* quoque en. 4. iste legitur (Z/ 1, 323): -Episcopum convenit

maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari *(v.αΐΐΐστασίΐια)* . . Firmitas autem *(το δέ//.ΐρο)* eorum quae geruntur, per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo.“ — Et *canon laodicen.* 13 (Z/ 1, 783): „De eo quod non sit populis concedendum, electionem facere eorum qui altaris ministerio sunt applicandi" ; vide et cn. 12 (ib.). — Vel *concilii nicaeni* /Z, oecumenici VII, cn. 3 *(D* 246): „Omnis electio a principibus facta episcopi aut presbyteri aut diaconi irrita maneat . . Oportet enim, ut qui provehendus est in episcopum, ab episcopis eligatur." — Vel etiam *conciliiconstantinop. IV.* oecumenici VIII, cn. 22 *(D* 278): „Promotiones atque consecrationes episcoporum, concordans prioribus conciliis, electione ac decreto episcoporum collegii fieri, sancta haec et universalis synodus definit et statuit, atque jure promulgat, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarchae vel metropolitae aut cujuslibet episcopi ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere, ac attendere sibi . . Quisquis autem saecularium principum et potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat in hoc, quod ecclesia de electione ac ordinatibne proprii praesulis se velle monstraverit." — His concordat *Coclestmus* ***I*** scribens (ep. 5. al. 3. ad episcopos per Apuliam et Calabriam constitutos; ***M*** 50, 436. 437): „Quae . . a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libito, licentia populis permissa, frangatur? Audivimus quasdam propriis destitutas rectoribus civitates episcopos petere sibi velle de laicis . . Quod numquam auderent, si non quorumdam illic his consentiens sententia conniveret . . Talibus itaque, fratres carissimi, qui juris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obviemus: hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat. . Docendus est populus, non sequendus." — Eodem spectat *concilii later.* ***I*** cn. 4. et 10 *(Γ)* 303. 305), ubi est finita pugna de investituris, h. e., de consuetudine prava principum laicorum non solum assignandi res temporales epi-

scopis legitime electis, sed ipsos eligendi. — Insuper videas damnatum a *Joanne XXII* errorem 3 Marsilii Patavini (/>425).- Ita et *Clemens l'I* interrogat patriarcham armenorum (apud Raynaldum, annal, eccl., ad a. 1351, n. 3): „Si credidisti et credis, neminem de dignitate episcopali ad archiepiscopalem, patriarchalem, vel catholicon posse transferri auctoritate propria, nec etiam auctoritate cujuscumque principis saecularis, sive rex fuerit, sive impérator, vel quicumque alius fultus qualicumque potestate et dignitate terrena.u

5. Theoriae praestitutae ipsa ecclesiae praxis semper respondebat; qua ministri sacri nunquam censebantur populi ministri neque, etsi erat occasio adeo frequens vel cotidiana, a populo instituebantur neque ab hoc deponebantur neque puniebantur neque utcumque ab eo judicabantur; neque etiam a sententia hierarchiae in causa fidei vel sacrae disciplinae ad votum universitatis hominum fidelium, per suffragia collecta exquirendum, fiebat unquam appellatio; neque unquam Christianorum multitudo ullam legem ecclesiasticam ferebat neque consensu demum suo robur conciliabat latae. Atqui ista omnia eatenus tantum explicantur, quatenus pars, nulla potestatis sacrae, nominatim constituendi membra hierarchiae nulla plane facultas, sive actualis sive solum radicalis, penes populum invenitur.

6. Ex dictis patet, sollemnem in hac causa *concilii tridentini* enuntiationem non nisi fidei avitae exactam declarationem esse. Ita illud (s. XXIII. c. 4. de sacr. ordinis; *D &>!)*·. „Docet insuper sacrosancta synodus, in ordinatione episcoporum, sacerdotum et ceterorum ordinum, nec populi, nec cujusvis saecularis potestatis et magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo a populo, aut saeculari potestate ac magistratu vocati et instituti, ad haec ministeria exercenda ascendunt, et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non ecclesiae ministros, sed fures et latrones per ostium non ingressos habendos esse.“ Respondet cn. 7 *(D* 844): „Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi: \el eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem; v(“l ordines ab ipsis collatos sine populi vel potestatis saecu-

laris consensu aut vocatione irritos esse, aut eos, qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros, anathema sit.“ Legas et rejectam a *Pio VI* propositionem pistoriensem 2. 3 (Z) 1365. 1366) vel syllabi *Pii IX* propositionem 50. 51 (Z) 1598. 1599).

7. Nova huic parti confirmatio per ea adicietur, quae de suprema et independente pontificis romani potestate sacra disseremus. 450

8. Nec prodest adversariis provocare a. ad *Act* 6, 1—6. At enim ibi populus quidem traditur testimonium bonae famae reddidisse, ut et externorum aestimatio de ministris sacris ordinandis attendebatur (cf. *1 Tini* 3, 7)', apostoli autem constituisse diaconos perhibentur. Neque etiam ex iis, quae apostoli vel per prudentiam vel per caritatem populo concesserunt, jus divinitus populo datum conjectare licet. ; . 451

b. Ex doctrina *Cypriani* (ep. 68. n. 3-5; *M* 3, 1023 ss) et *Leonis M.* (ep. 10. c. 4. 6 vel ep. 14. al. 12. c. 5; .1/ 54, 632 ss. 673) potest quidem plebs testimonium de promovendis clericis praebere vel etiam ex concessione prudentis caritatis, quodammodo postulare seu petere promotionem et eatenus concurrere ad actum electionis proindeque sensu latiore quopiam eligere. Attamen iisdem locis plebs clericis opponitur, qui eligendi, proprie scilicet, habeant facultatem; nam ex Cypriano id curandum est, ut ^episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit^, „ut de universae fraternitatis suffragio et de episcoporum qui in praesentia convenerant . . judicio episcopatus“ deferatur; et ex Leone sunt exspectanda vel quaerenda „vota civium, testimonia populorum . . honoratorum arbitrium, electio clericorum“, „ille omnibus praeponatur quem cleri plebisque consensus concorditer postularit: ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitan! judicio is alteri praeferatur qui majoribus et studiis juvatur et meritis: tantum ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne civitas episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, et fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit habere quem voluit.u Medium autem cognoscendae qualitatis bonae ordinandorum, quod prae 452

àtiis aptis populi testificatione continetur, jure tantum ecclesiastico adhibitum tunc esse, satis significat ipse Cyprianus, cum illud non ubique, sed nfere per provincias universas* receptum usu indicet, velut conveniens exemplis per scripturam ipsam suppeditatis. Unde interventus laicus, interdum tumultuosus vel jam minus utilis, deinde etiam exclusus est; et in universum ab exordio ecclesiae usque ad hunc diem varia pro temporum locorumve varietate viguit disciplina in episcopis constituendis, ipsa potestate legitima hierarchica eam aut decernente aut certe approbante. Ex dictis eorum quoque intellegentiam veram assequeris, quae narrat Cyprianus (ep. 52. n. 8; **J/** 3, 770 ss) de Cornelio episcopo romano facto „a plurimis collegis . . qui tunc in urbe Roma aderant*, facto „de Dei et Christi ejus judicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit suffragio, et de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio.*

453 c. Similiter sicubi etiamnum in ministris sacris arcessendis homines laici partem quandam, instituendos nominando vel praesentando, habeant, eadem facultas non est laicorum illorum ex se propria, sed a sacra potestate per benignam concessionem aliquam derivata, ideoque sacra potestas est et ipsa et a sacra potestate superiore pendet.

454 d. Quae autem ex ratione a *Richerio* obiciuntur, turpi laborant confusione subjecti potestatis vel eorum, in quibus est potestas, et finis potestatis vel eorum, pro quibus eadem potestas instituta est, qui sane sunt fideles omnes (cf. *1 Cor3,2$).* Et ipso oculi, quo homo videat, exemplo ad conclusionem Richerio contrariam pervenitur; cum enim vis videndi utilis sit homini toti, non tamen est in omnibus ejus membris. Praeterea principium: «propter quod unumquodque tale, et illud magis*, a quo quis quaerat sibi opem, absurde ad finales causas secundum mentem adversariam quidem applicatur; quod et exempla obvia patefaciunt Nec fas est indolem ecclesiae, utpote societatis supernaturalis et positive a Deo institutae, ex ipsa natura civilium societatum definire; idque nefas est, quaecumque sententia de subjecto primario civilis auctoritatis antefertur (cf. s. *Thomae* S. theol. 3. q. 1. a. 3).

455 Demonstratio p. ÏΛ. Et quatenus quidem loco isto episcopis, romano paulisper praetermisso, ex voluntate Christi

jurisdictionem minime universalem, sed partem tantum populi Dei curandam esse affirmamus, sufficere queant argumenta qiperius (th. VII. p. 111; n. 230 ss) allata; quibus licet addere sententiam (. *hrysosfomi* (in Eph hom. 11. n. 2; *M* 02, 83) vel *Theodorefi* (in Eph 4, 11. 12; *M* 82, 535). \7erumtamen illud ipsum simul cum asserto hujus partis altero, quo unum episcopum debere jure divino esse dicimus pro ecclesia particulari una, recte colligitur sive ex doctrina sive ex praxi ipsa, quam ab exordio ecclesiae constantem sine ulla exceptione omnia superantia monumenta clara attestantur. Sane

1. unum pro ecclesia particulari una episcopum satis signi- 456
ficat illud apostoli *1 Tim* 3, 2: „Oportet ergo episcopum (ror j-r/ezoaor) irreprehensibilem esse“, praesertim si comparatio fiat cum numero plurali diaconorum ita enuntiato (v. 8): „Diaconos 4/(rzworç) similiter pudicos". Eodem spectat *TU* 1, 7: „Oportet enim episcopum *(ior Ιπίσκοπον)* sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem (orzorénor)." Pari modo huc refertur *Apoc 1*—3, ubi agnoscit Dominus ipse pro ecclesiis singulis septem Asiae minoris suos singulos angelos vel legatos *{Apoc* 1, 20), qui sunt episcopi, ut qui ecclesias suas repraesentent *{Apoc* 1, 4. 11 coi, 2, 1. 8. 12. 18 etc) et ministerium docendi et regendi vigilanter teneant *{Apoc* 2, 2. 14. 15. 19. 20; 3, 2. 3. 9).

2. Consentiunt Patres. Jam *Ignotium* audivimus facientem 457
assidue episcopi unius mentionem, cum de ecclesia una agitur n. 48. 50. 372. 432). Cujus etiam est expressa haec sententia (ad philadelph. n. 4; *F* 1, 227): ^Studeatis . . una eucharistia uti; una enim est caro Domini nostri Jesu Christi et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis, conservis meis; ut, quod faciatis, secundum Deum faciatis." — Item eo referas professionem fidei a schismaticis *Cornelio* papae a. 251. oblatam ab eoque acceptam *{D* 1779): „Nos Cornelium episcopum sanctissimae ecclesiae catholicae, electum a Deo omnipotente et Christo Domino nostro scimus; nos errorem nostrum confitemur; imposturam passi sumus; circumventi sumus perfidia et loquacitate captiosa; nam tametsi videbamur quasi quandam communicationem cum schismatico et haeretico homine habuisse, cor tamen nostrum semper in ecclesia fuit; nec enim ignoramus, unum Deum esse et unum Christum esse Dominum, quem con-

fessi sumus, unum sanctum Spiritum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere ** Congruit, quod Cornelius scribit ironice de Novatiano ad Fabium episcopum antiochensem (apud Eusebium, hist. eccl. l. 6. c 43; **J/** 20, 622): „Ergo ille evangelii vindex ignorabat, unum episcopum esse oportere in ecclesia catholica.~ — Similiter *Cyprianus* id, quod Dominus directe de pastore uno ecclesiae universae statuit, ad constitutionem ecclesiarum particularium accommodat scribendo (de unitate ecclesiae n. 8; **J/** 4, 505): „Monet ipse in evangelio suo et docet dicens: .Et erit unus grex et unus pastor* (Jo 10, 16). Et esse posse uno in loco aliquis existimat aut multos pastores aut plures greges : Ad haec vide verba ejusdem Cypriani antea recitata (n. 47). Lege et ep. 52, n. 8 (**J/** 3, 773). — *Chrysostomus* vero loquitur (in Tit hom. 2. n. 1 ; **J/** 62, 671): „,Et constituas*. inquit, ‚per civitates presbyteros' (Tit 1, 5). Episcopos hic dicit, ut jam alibi diximus. ‚Sicut et ego disposui tibi: si quis sine crimine est. Per civitates* ib. 5. 6), inquit: neque enim volebat totam insulam uni committi, sed unicuique suam curam et sollicitudinem assignari: ita enim labor ipsi levior futurus erat, et subditi majori cum diligentia gubernandi erant, si doctor multas ecclesias regendas non percurreret, sed uni gubernandae et ornandae operam daret." — *Thcodoretus* (eccl. hist. l. 2. c. 14: **J/** 82, 1042) rhanc populi christiani pietate ac justitia insignem acclamationem" refert: ‚Unus Deus, unus Christus, unus episcopus.** — Et *concilii nicaeni I* cn. ‹8 (Z/ 1. 328) hoc velut axioma per se clarum continet: ..ut in civitate una non videantur duo episcopi esse *'ira //(iv ıT] nddaa óio tjricw.ortot ωση '.** — Praeterea huc pertinent ejusdem concilii nicaeni cn. 5—7. 12. 13. 16. 18. 19(// 1,323ss; cf. 2)20); ex *canonibus apost.* cn.5(al.4j. 15 (14). 32 (30). 33 (31). 35 (33). 36 (34). 39 (37). 40 (38. 39). 41 vel 40 (apud Hefele, Conciliengeschichte, Aufl. 2, Bd I. 801. 804. 805. 809—814). Cf. et ***Justini*** apol. 1. n. 65. 67 (71/ 6,427.430) vel sententiam *Clementis romani* supra (n. 431 positam.

D8 Porro constitutionem talem ex voluntate ipsius Dei repetendam esse, etiam apertius tum indicatur a *Clemente* memorato, appellante sacerdotem summum unum divinitus statutum testamenti veteris typici, tum docent nos potissimum verba illa *ignalti,* professionis fidei *Cornelio* exspectatae, *Cypriani.* nar-

rata a *Thcodorcto,* quippe quibus unitas episcopi cum rebus immutabilibus vel divinis enumeretur.

3. Hinc etiam catalogi a vetustis Patribus confecti episco- 459
porum ecclesias apostolicas continua serie moderantium inde ab apostolis institutoribus unum tantummodo pro tempore eodem episcopum urbis unius exhibent. Praeter auctores pridem (h. 49) citatos, i. e., *Irenaeum, Eusebium* (cujus videas hist. eccl. passim 1. 2—:9; *M* 20, 130 ss), *Hieronymum,* consule et *Optatum* (de schismate donatist. 1. 2. n. 3; *M* 11, 947 ss) vel *Augustinum* (ep. 53. al. 165. n. 2; *AI* 33, 196). Quibuscum conferatur testimonium *Tertulliani* supra (n. 215) positum. Itidem in actis vel subscriptionibus synodalibus singuli episcopi singularum civitatum, teste historia, apparent (ita vide de *synodo III carthag.* a. 256. *M* 3, 1085 ss).

4. Doctrina eadem catholica confirmatur ex plena suffi- 460
cientia episcopi unius ad ministros sacros et fideles omnes ecclesiae unius particularis perfecte gubernandos, atque ex analogia cum principio monarchico unitatis ecclesiae universab's; de quo mox dicemus.

5. Reiciuntur autem exceptiones, quae petuntur a. ex 461
Act 20, 17; ubi (coi. v. 28) videntur memorari episcopi plures urbis Ephesi. Non quidem utimur quorundani Patrum, ut *Chrysostomi* (in Phil hom. 1. n. 1; **J/**62, 183), *Hieronymi* (in fit 1,5; *AI* 26, 562), *Theodoreti* (in Phil 1 1; **J/** 82, 559), opinione, ex qua temporibus illis primis episcopale nomen episcopis et presbyteris simplicibus fuerit commune; cujus opinionis argumentum aptum desideratur (cf. *concilii trid.* s. XXIII. c. 4; supra n. 438); unde cetoroqui denuo percipitur, quam Patres longe a pluribus episcopis pro una eademque civitate cogitandis absint. XTeque etiam confugimus ad hypothesim *Pefavii* (dissert, eccl. 1. 1. c. 2; de eccl. hierarch. 1. 1. c. 4. n. 1 q secundum quam pro extraordinariis aetatis apostolicae adjunctis plures in una urbe viri episcopali charactere insigniti ecclesiam illam gubernaverint, quod quaedam copia episcoporum, pro necessitate in urbes vel provincias alias mittendorum, deberet tunc parata esse; quacum hypothesi, praesertim quatenus extenditur ad regimen commune, tum alia momenta superius proposita, tum nominatim quod protulimus ex *sl/>oc,* parum concinunt. Itaque potius solvimus

difficultatem affirmando, non tantummodo ab Epheso, sed etiam ex urbibus huic veluti metropoli finitimis episcopos ad apostolum Mileti subsistentem convenisse. Quae sententia et in ipso sacro textu fundamentum habet, intervallum quoddam episcoporum illorum indicante (v. 25. 31), et auctoritate gravi *frenari* com munitur referentis (l. 3. c. 14. n. 2; **J/** 7, 914): „ln Mileto convocatis episcopis et presbyteris, qui erant ab Epheso et i reliquis proximis civitatibus .

462 b. Similis responsio esto ad objectionem sumptam ex *Phil* 1, 1, ubi episcopi, qui sint Philippis, salutantur. Nomine videlicet Philipporum aliae ecclesiae tamquam filiales includuntur. Sicut enim ex Epheso per Asiam, ita ex Philippis per Macedoniam evangelium propagatum est (cf. *Aci* 16, 12). Neque mos ejusmodi epistulas instar encyclicarum integris provinciis destinandi est ab apostolo alienus (cf. 2 *Cor* 1, 1; *Coi* 4, 16). Ceterum per illud /rio/i *σἰτ'Αγε* (Phil 4, 3) s. Paulus forsitan alloquatur unum episcopum ipsius urbis Philipporum,

463 c. S. *Hieronymus* scribens (ad Evangclum ep. 146. al. 85. n. 1; **J/**22, 1193), apostolum perspicue docere, „eosdem esse presbyteros quos episcopos[*], si reapse a thesi nostra dissentiret. tamquam singularis in praesenti quaestione cum scriptoribus nonnullis ab ipso dependentibus relinquendus esset, quemadmodum relinquit eum *Vazquez* (in 3. disp. 240. c. 1. n. 15—1? Ceterum s. doctor refellendo hominem aequantem diaconos presbyteris, immo et praeferentem, utique ea urgeat, per quae presbyteri ad ipsos episcopos propius accedunt, proindeque pro innato animi fervore et adversarii audacia fortius quam diligentius disputando presbyteros episcopis etiam fere pares ponat; sed horum supra illos secundum potestatem saltem ordinis vel conferendi sacramenta ideoque ex divino jure eminentiam in ipsa illa, quae opponitur, epistula ad Evangelum agnoscit; vide verba pridem allegata (n. 442); quibuscum haec cohaerent (ib. n. 1. 2; **J/** 22, 1194. 1195): ..Omnes (episcopi) apostolorum successores sunt . . Et ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de veteri testamento, quod Aaron et filii ejus atque levitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi et presbyteri et diaconi vindicent in ecclesia.u Cf. ep. 14. al. Ç n. 8 (4/ 22, 352); ep. 41. al. 54. n. 3 (supra n. 47); ep. ·»– al. 2. n. 7 /1/ 22, 533. 534). ubi legimus: „Illud etiam

dico, quod episcopi sacerdotes (al. patres) se esse noverint, non dominos: honorent clericos quasi clericos, ut et ipsis a clericis, quasi episcopis honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitii44, scilicet L. Licinii Crassi: „Cur ego te, inquit, habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorero? Quod Aaron et filios ejus, hoc esse episcopum et presbyteros noverimus: Unus Dominus, unum templum, unum sit etiam ministerium . . Pessimae consuetudinis est in quibusdam ecclesiis, tacere presbyteros, et praesentibus episcopis non loqui, quasi aut invideant, aut non dignentur audire . . .Gloria patris est filius sapiens4 (Prov 10, 1). Gaudeat episcopus judicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes4·'; tum cf. adversus Jovinian. 1. 1. n. 34 (**J/** 23, 256 ss); 1. 2. n. 28. 34 (J/ 23, 325. 332. 333). Neque obstant ea, quae in epistula citata ad Evangelum occurrunt (n. 1; *AI 22,* 1194): „Alexandriae a Marco evangelista usque ad Heraclam et Dionysium episcopos presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se, quem industrium noverint, et archidiaconum vocent.44 At enim per haec non praecellens illa ex divino jure dignitas episcopi jam agnita negatur, sed tantum consuetudo quaedam tunc quidem peculiaris ecclesiae alexandrinae memoratur, secundum quam episcopus eligi solebat et a collegio et ex collegio presbyterorum, non interventu diaconorum, nedum populi (cf. *Epiphanù* adv. haeres. 69. sive 49. n. 11; ***M*** 42, 219); cujus episcopi electi ordinationem, pro scopo suo hic non copiosius traditam, Hieronymus idem satis alibi significat (interpret, chron. ad a. 64. et 110; **J/** 27, 586. 608).

Porro attenta eadem confessione potestatis sacramentalis 464
praestantioris inditae episcopo, afferentis objective etiam regiminis suscipiendi capacitatem specialem (cf. n. 236. dictum contra luciferianos), sententiae ejusdem Patris aliae, quamvis paulo duriores, in sensum sanum accipi facilius item possint. Nimirum cum „in schismatis remedium·4 unus praepositus ceteris ep. ad Evangelum n. 1) exhibetur, mera occasio legis divinae exsequendae indicata vel ratio ejusdem divini juris reddita censeri potest. Cum autem aequiperari presbyter episcopo videtur, praeterquam quod directe agitur de nominibus ab

initio communibus, respicitur potestas sola jurisdictionis, ad quam capessendam et vel sub episcopo vel sine eo exercendam simplex quoque presbyter, proximus episcopo, est prae aliis idoneus. Similiter explicare ea liceat, quae Hieronymus in lit 1, 5 scribit. Ubi inter alia et haec habet (-1/26,062.563: „Idem est ergo presbyter qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur in populis: ‚Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephae' (1 Cor 1,12), communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret, et schismatum semina tollerentur. Putet aliquis non scripturarum, sed nostram esse sententiam, episcopum et presbyterum unum esse, et aliud aetatis, aliud esse nomen officii: relegat apostoli ad philippenses verba., (Phil 1, 1. 2). Philippi una est urbs Macedoniae, et certe in una civitate plures, ut nuncupantur, episcopi esse non poterant. Sed quia eosdem episcopos illo tempore quos et presbyteros appellabant: propterea indifferenter de episcopis quasi de presbyteris est locutus . . Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiae consuetudine ei qui sibi praepositus fuerit, esse subjectos, ita episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispositionis dominicae veritate, presbyteris esse majores, et in commune debere ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate solum praeesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum judicaret.“ Quibus verbis illud tantum juris mere ecclesiastici affirmetur esse, quod episcopus, cum valeat per jus divinum, sicut Moyses, vel ecclesiam solus regere vel prudenter uti opera presbyterii, ecclesiam per se ipse jam regere consueverit; ad hoc indicetur, in episcopos ecclesiarum particularium non a Domino immediate, sed interposita humana sacra auctoritate regendi facultatem derivatam esse ac porro derivari. Sed et notari potest, non licere cum Hieronymo constitutionem universalem episcoporum repetere *ex* occasione factionum Corinthiarum ita, ut in epistulis ad Titum et ad philippenses, videlicet posterioribus epistula ad Corinthios, aequalitas primigenia *presbyterorum et* episcoporum deprehendatur.

d. Nihil denique obest probatae veritati, quod in traditione conspicimus presbyteros vel etiam diaconos, nempe instar consultorum atque adjutorum, simul cum episcopo ecclesiam administrantes, ut et ipsis laicis honor saltem consulendi aliquando datus est; vide v. g. *Cypriani* ep. 4. 5. 11. 12. 13. 71 (.1/ 4, 230 – 235. 256-261. 408—411).

Thesis XIV. *Nominatim s. Petrus in primatu jurisdictionis erga ecclesiam universam exercendo, auctore principe pastorum, Christo, debet habere serie nunquam interrupta suecessores.*

Declaratio. Praeter eos, qui primatum ipsius s. Petri negant, adversantur thesi speciatim illi, qui primatum Petri vel admissum vel transmissum dotem extraordinariam fuisse censent ideoque in successoribus saltem singularibus minime duraturam ; unde primatum reapse in ecclesia vigentem non nisi honoris, humanae institutionis, a civili potestate introductum esse dictitant; videlicet adversantur, quotquot etiam directe primatus jurisdictionis perpetuitatem ex Christi voluntate ortam impetunt. Quales sunt graeci schismatici (ut Nilus thessalonicensis, de primatu papae; **J/**149, 699ss) aliive orientales cf. error, damn, armenorum 84. 85. 90; *D* 1826—1828), Marsilius Patavinus (cf. artic, damn 4; *D* 426), Wiclefus (cf. artic. damn. 9 37. 41; *D* 485. 513. 517), Hus (cf. artic. damn. 9. 29; *D* 530. 549), cum l.uthero (cf. error damn. 25. 26; *I)* 649. 650) et Calvino (inst. 1. 4. c. 6. 7) protestantes (cf. v. g. supra n. 73. adnot.).

Est autem thesis nostra haec de fide, novissime a *concilio Vaticano* sollemniter his verbis definita (s. IV. c. 2; *D* 1670. 1671): «Quod autem in beato apostolo Petro princeps pastorum et pastor magnus ovium Dominus Christus Jesus in perpetuam salutem ac perenne bonum ecclesiae instituit, id eodem auctore in ecclesia, quae fundata super petram ad finem saeculorum usque firma stabit, jugiter durare necesse est . . Si quis ergo dixerit, non esse ex ipsius Christi Domini institutione, seu jure divino, ut beatus Petrus in primatu super universam ecclesiam habeat perpetuos successores; aut romanum Pontificem non esse beati Petri in eodem primatu successorem, anathema sit.“ Videsis et breve *Pii VI* «Super soliditate", 28. nov. 1786 editum (/> 1363).

468 Demonstratio. 1. lamdiu perseverare debet fundamentum, uniens et firmans domum superstructam, quamdiu perseverat ipsa domus. Atqui domus ecclesiae divinitus aedificatae debet ex voluntate Christi ad finem saeculorum usque firma contra quosvis impetus hostiles stare (th. XII); fundamentum autem hujus domus, per primatum jurisdictionis exercendum, non est a Domino statutum nisi unus cx omnibus selectus Simon Petrus (th. III). Ergo primatus idem jurisdictionis, auctore Christo ipso, perpetuo durare in ecclesia debet. Atqui Petrus in persona sua non erat permansurus semper, sed clarificaturus morte sua Deum {*Jo* 21, 19). Ergo restat, ut ex institutione Domini perpetuus sit primatus Petri in Petri successoribus, vel ut serie nunquam interrupta unus semper in ecclesia sit, qui potestatem datam primum Petro habeat et exerceat in ecclesiam universam. Et vero sensus integer verborum Christi promittentis uni Petro dignitatem petrae {*Mat* 16,18 col. 7,24.25), per rem expressam plane manifestus, talis est: ego constituam ecclesiam meam super te, velut fundamentum firmum in perpetuum, serie scilicet successorum continua permansurum, unde efficiatur atque efficietur, ut ecclesia, conatibus malis nullis, quamvis continuis, evertenda, immobilis statura sit et ipsa in perpetuum.

169 2. Simile argumentum inde petitur, quod unus Petrus auctus est a Christo potestate clavium suprema ad ligandi solvendique actus deducenda in regno Christi et pro regno finem nunquam habituro, quod unus Petrus designatus est fraternitatis omnis confirmator contra insidias satanae aetate nulla quieturi, quod ipse unus est a Domino nominatus pastor super agnos Christi atque oves, i. e., gregem Domini universum, saeculo quovis utique sub cura pastoris cujusdam summi exstaturum. Nimirum ex voluntate Domini Petrus munere perpetuo primatus per se vel successores suos fungi debet.

3. Perennis est censenda ex fundatoris voluntate ecclesiae forma visibilis ea, quae, nullo facto indicio futurae mutationis, ab initio ecclesiae est inserta, vel potius qua constituta est ecclesia ipsa demum condita (cf. n. 410). Atqui, ut ostensum est, forma primitiva a Domino electa est monarchica, creato nempe uno supremo visibili ecclesiae rectore. Ergo rector

talis etiam post Petrum continuo ecclesiam ex voluntate Christi regere debet. Quae ipsa perpetuitas primatus et ex eo confirmatur, quod secus providisset Christus tam potens ecclesiae praesidium et unitatis centrum pro aetate ea, qua foret minus adhuc necessarium, subtraxisset autem idem ipsum tunc, cum, jam extraordinariis apostolorum donis desinentibus et regno Christi latius diffuso gentesque adeo dissonas indole ac moribus complectente, magis vel maxime ecclesia, et loco et tempore catholica, praesidio illomet coepisset indigere. Atqui coicere oeconomiam ita comparatam est absurdum.

4. Et sane ex *Mal* 28, 18—20 potestas omnis sacra, si 471
non et omnium singulorum ad collegium apostolicum spectantium, certe collegii universi, disponente Domino, perpetua esse debet. Atqui eatenus est perpetua, quatenus perpetuus est primatus Petri; primatus enim est potestas aliqua praecipua, immo plane singularis, idemque est potestas collegio essentialis, quia pro collegrio ipso est principium unitatis.

5. Ad eandem conclusionem ducit nos consideratio no· 472
minum variorum, i. e., regni, civitatis, domus, ovilis, quibus ecclesia, utique perpetua, divinitus describitur (n. 414), quatenus ita unus rex, civium praefectus, paterfamilias, pastor supremus pariter futurus in perpetuum indicatur.

6. Ecclesia perennis debet, auctore ipso Deo, esse per- 473
petuo corpus unum aspectabile, utique organicum (n. 414). Atqui talis corporis est proprium caput unum a membris reliquis distinctum, idque non primarium solum, sed etiam sub Christo secundarium visibile.

7. Hierarchia ecclesiae respondet hierarchiae synagogae 474
typicae. Atqui, considerata quidem jurisdictione sacra, toti synagogae unus pontifex summus semper conspicuus praeerat.

8. Hanc veritatem fundamentalem praedicant Patres, ubi verba in evangeliis Simoni Petro dicta etiam ad successores Petri referunt, ubi petram ecclesiae insuperabilem extollunt, ubi cathedram Petri, super quem fundata sit ecclesia, aetate adhuc sua stantem exhibent, ubi Petrum semper in succès soribus quidem vivere et judicium exercere asseverant, ubi Petrum in potestate clavium recipienda personam ecclesiae gessisse contra montanistas et novatianos statuunt, ubi primatum Petro ad efficiendam ecclesiae unitatem impertitum

est>e docent. \ ide e. g. verba superius allata *Cypriani*(n 27 1281 *Pirmilianii*n. 68), ()/Λζ/ζ\η. 92. 236), *Paeranii*n'. 87),*Ambrosii C'hrysoslonn\n.* 164), ***Ilieranynu\x***.87.236),. *lugusfini*\n. <0.112.124\ Philippi legati in *concilio ephesino* (n. 71), *Thcodoreti* (n. 184), *Leonis* J/. (n. 147), *Gelasti I* (n. 148), *Pelagii II* (ib.), .*Maximi marlyris* (n. 102), *Mitaliani* (n. 148), *Bedae* (n. 92), *Theodori sfuditae* n. 148. 165 , *Leonis IX* (n. 149), *Bernardi* (n. 149 165), *Innoccntii III* (n. 106. 149. 166. 174), *Georgii trapczuntiiiyi.* 140). — Adiciamus hanc sententiam *Cypriani*(ep. 40. al. 43. n.5; .1/4,336;: _l)eus unus est et Christus unus, et una ecclesia, et cathedra una super petram1) Domini voce fundata.“ — Ita et *Augustinus* ide agone christiano c. 30. n. 32; **J/** 40, 308): „Non . . sine causa inter omnes apostolos hujus ecclesiae catholicae personam sustinet Petrus; huic enim ecclesiae claves regni coelorum datae sunt, cum Petro datae sunt.a — Vel *Leo M.* (serm. 3. al. 2. c. 2. 3; *M* 54, 145. 146): „Firmitas fundamenti, cui totius ecclesiae superstruitur altitudo, nulla incumbentis sibi templi mole lacessit (al. lassescit). Soliditas enim illius fidei, quae in apostolorum principe est laudata, perpetua est; et sicut permanet quod in Christo Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Christus instituit . . Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta ecclesiae gubernacula non reliquit . . Si quid itaque a nobis recte agitur, recteque discernitur, si quid a misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est operum atque meritorum, cujus in sede sua vivit potestas, et excellit auctoritas." — Cum Leone I concinit *Leo XIII* nuper de primatu Petri docens (encycl. de unitate ecclesiae, 29. jun. 1896): „Ejusmodi autem principatum, quoniam constitutione ipsa temperationeque ecclesiae, velut pars praecipua, continetur, videlicet ut principium unitatis ac fundamentum incolumitatis perpetuae, nequaquam cum beato Petro interire, sed recidere in ejus successores ex alio in alium oportuit . . Cum ecclesiam divinus auctor fide et regimine et communione unam esse decrevisset, Petrum ejusque successores delegit in quibus principium foret ac velut centrum unitatis." — Ab aliis testimoniis hic proferendis abstinemus, quia quibus successio in primatu

1i In editione vindobonensi *liartel* legit potius: „super Petrum.*4

Petri specialiter pontifici romano in thesibus sequentibus asseritur, iisdem veritas quoque generalis, i. e., aliquem debere esse semper in primatu Petri ex ordinatione Domini successorem, continetur ac denuo enuntiatur.

{). Accedit argumentum haud contemnendum convenientiae. 476
Nimirum auctore ipso Christo ecclesia universa debet in perpetuum prae se ferre formam societatis, i. e., unitatem, fidei quidem, cultus, communionis, effingendam et conservandam vi principii consentanei, h. e., etiam exterioris; quod principium a Domino electum credere non licet nisi auctoritatem aliquam semper vivam eandemque non sane naturalem nec politicam, sed supernaturalem sacram; neque etiam auctoritas haec est pacto ullo posita in coetu fidelium cunctorum democratico, neque in episcopis omnibus et singulis, cum hi appareant inter sese independentes et ecclesiarum dumtaxat particularium rectores (cf. th. II. et XIII). Itaque solum superest, ut principium unitatis aut reperiatur in aristocratico episcoporum omnium collegio, per vota plura causas majores decidente, aut in una quapiam persona, quae in monarchae modum habens plenitudinem potestatis ecclesiam gubernet universam. Atqui prior hypothesis est parum verisimilis. Etenim repugnat illa analogiae cum regimine ecclesiarum particularium divinitus instituto, de quo per argumenta propria quoque constat. Praeterea oriri possunt controversiae, quae celerem requirant compositionem, et pericula, quibus a suprema potestate remedio prompto occurrendum sit; atqui difficile saepius et longum est concilia universalia cogere vel etiam pastorum super orbem terrae dispersorum suffragia colligere. Ergo videtur prorsus forma regiminis monarchica a Domino delecta pro ecclesia sua esse.

Consequens idem aliis momentis rationum roboratur, ut 477
contemplatione regiminis vigentis per auctorem naturae in ipsa societate domestica, in plerisque societatibus civilibus, regiminis dictatoris ad tempus necessitatis publicae constitui interdum soliti, regiminis divine ordinati synagogae, regni denique ipsius et unius Dei. E re scribit *Hieronymus* (ep. 125. al. 4. ad Rusticum monachum n. 15; **J/** 22, 1080): „Etiam muta animalia, et ferarum greges, ductores sequuntur suos. In apibus principes sunt, grues unam sequuntur ordine litte-

rato, imperator unus, judex unus provinciae. Roma ut condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, et parricidio dedicatur. In Rebeccae utero Esau et Jacob bella gesserunt (Gen 25, 22). Singuli ecclesiarum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi, et omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In navi unus gubernator, in domo unus dominus, in quamvis grandi exercitu unius signum exspectatur." Cf. in. 47) verba *Cypriani.* — Insuper experientia teste sectae supremo uno rectore destitutae dilabuntur, cum ecclesia romana pastori uni summo parens unitate jugiter emineat et floreat. Cujus capitis virtutem pro tuenda unitate inimici quoque ipsi ecclesiae perspectam probe habent; ideo enim contra principium unitatis idem potissimos conatus suos derigunt. — Rationem autem a priori, cur constitutio monarchica sit, per se quidem, optima ideoque a Christo dilectae sponsae suae data, reddit s. *Thomas* hanc, quod „illud . . quod est per se unum, potest esse causa unitatis convenientius quam multi uniti- (S. theol. 1. q. 103. a. 3; quocum vide contra gent. 1. 4. c. 76). — Ouodsi imperio monarchico mere humano ex defectu subjecti potestatis incommoda nonnulla sunt admixta, haec praerogativis a se communicatis vel minuere vel etiam tollere Deo facile est. Ceterum licet ecclesiae gubernatio sit simpliciter monarchica, h. e., penes unum ita plene subditam habentem sibi ecclesiam totam, ut ex nullo ipse pendeat, commodis tamen aristocratiae, quin et democratiae, ecclesia non privatur; nam ex divina institutione monarchae est adjunctus coetus optimatum, i. e., episcoporum; tum vero neque summus pontifex neque ceteri episcopi hereditaria successione dignitatem suam consequuntur, verum ex populo omni optimi quique promoveri ad eandem possunt.

478 10. Pro objectionibus solvendis haec notato: Primatus erat personalis Petro eo sensu, ut non esset aliis cum Petro tempore uno eodemque obtinendus, at non sensu eo, ut esset datus Petro tamquam homini privato sive ad peculiarem Petri utilitatem ideoque cum Petri morte exstinguendus: ordinatur enim primatus, ut gratia gratis data, in bonum aliorum, ecclesiae scilicet universae. Unde etiam meritum congruum personale Petri nequaquam id effecit, ut primatus a Christo institueretur, sed ut Petrus potius quam alius in

accipiendo munere primatus instituti vel absolute instituendi esset primus.

Thesis XV. *Successor s. Petri in primatu sustinendo* 479
de ecclesia Christi tota aynoscendus est episcopus romanus.

Declaratio. Adversarii veritatis, quam tuendam nunc aggredimur, exstiterunt illi ipsi, quos superius (n. 4fifi) nominavimus. Est autem thesis praesens saltem ut doctrina certa maximi momenti catholica sanctissime profitenda.

Demonstratio. 1. Successor s. Petri in primatu super 480
ecclesiam Christi totam aut est episcopus romanus aut est nullus. Atqui hoc alterum disjunctionis membrum thesi prae cedente est exclusum.

Prob. maj. Quicumque est successor in primatu Petri, debuit ac porro debet se ut talem profiteri proindeque et obsequium sibi postulare; neque enim primatus institutus est ad faciendum nihil, sed ad eundem pro necessitate vel opportunitate exercendum eoque ipso ecclesiam fulciendam et in unitate continendam. Atqui omnibus fatentibus solus episcopus romanus successionem in primatu sibi vindicavit et etiamnum vindicat; quod est adeo verum, ut ne ipse quidem Photius asserere primatum sibi, serio saltem vel constanter, ausus sit, sed ambitione instigante potius divinam primatus institutionem impugnaverit atque episcopo romano primatum tantummodo honoris inter patriarchas vel sibi cum illo aequalem dignitatem ex urbis suae aequalitate attribuere studuerit. Cum ep. 152. *Xicolai I {A/* 119, 1157) cf. en. 1. synodi habitae sub *Photio* a. 879 *(II* 5, 1210).

2. Petri successor in primatu ratione theologica ipsaque 4.81
philosophica percipitur esse ille, quem successorem semper et ubique ecclesia agnovit. Atqui successorem semper et ubique agnovit ecclesia pontificem romanum, consensu quidem tum theoretico tum practico.

Prob, prior pars minoris. Theoriam spectant fere testimonia 4.82
supra (n. 475) memorata, quae ab auctoribus non ad successorem indeterminatum, sed in concreto ad antistitem romanum referuntur. Quibus ob rei gravitatem alia quaedam ex pluribus selecta, sive Patrum singulorum sive synodorum, addi·

mus, eaque petita maxime ex saeculis ecclesiae prioribus, de quibus solis dubium esse posset. Nimirum

a. *Theodorus sfudita* quidem supplicat „Paschali papae Romae* (l. 2. ep. 12; **J/** 99, 1151): „Audi apostolicum caput, a Deo praeposite pastor ovium Christi, janitor regni coelorum, petra fidei super quam aedificata est catholica ecclesia. Petrus enim tu, Petri sedem exornans et gubernans. Lupi graves irruperunt in caulam Domini: portae inferi, ut olim, ruptae sunt in ipsam.[*] Idemque scribit (l. 2. ep. 74. ad Michaelem imperatorem; **J/** 99, 1310): „‚Nunc tempus acceptable' (2 Cor 6,2. . , ut uniamur nos vertici ecclesiarum Dei Romae, et per eam tribus patriarchis.^ — *Graecorum liturgia* Martinum I papam, quem ipsi die 13. april., 15. et 20. sept, colunt, hisce praedicat (apud *Nille-s,* Kalendarium manuale 1, 137. 138): „Quo te nomine compellabo, Martine? Dicamne omnibus illustrem orthodoxae doctrinae rectorem? Dicam te divinorum dogmatum absque ullo errore sacrum coryphaeum? Dicam erroris veracissimum reprehensorem? . . Te episcoporum novimus basim, orthodoxae fidei columnam et religionis magistrum. Decorasti divinam Petri sedem, et in ejus divina petra immobilem quum custodisses ecclesiam, cum eo glorificatus es." Eadem liturgia Gregorium M. die 12. mart, ita celebrat (ib. 121): Sacratissime pastor, factus es successor in sede et zelo coryphaei, populos purificans et ad Deum adducens; successor in sede principis chori discipulorum, unde verba veluti fulgores, o Gregori, proferens face illuminas fideles; ecclesiarum prima quum te ad pectus complexa esset, irrigat omnem terram, quae sub sole est, piae doctrinae divinis fluentis; salve, o fax religionis, quae splendoribus verborum tuorum universum orbem illuminas; pharus in procella erroris jactatos ad litus revocans et a morte liberans: organum actum afflatibus Spiritus.[u]

■184 Porro *Enuodius* episcopus ticinensis in libello apologetico pro synodo palmari, composito jussu synodi et per synodum aliam confirmato et inter acta publica relato, in causa Symmachi papae haec v. g. eloquitur (4/ 63. 200): Aliorum forte hominum causas Deus voluerit per homines terminare; sed (al. sedis) istius praesulem suo, sine quaestione, reservavit arbitrio. Voluit beati l etri apostoli successores coelo tantum debere innocentiam, et subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere con·

scientiam. Nolite aestimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus prae ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum utitur teste, quo judice. Dicas forsitan, omnium animarum talis erit in illa discepta-tione conditio. Replicabo uni dictum: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam' (Mat 16, 18); et: ‚Ouaecunque solveris super terram, erunt soluta et in coelo' ib. 19); et rursus sanctorum voce pontificum dignitatem sedis ejus factam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est, ubique submittitur, dum totius corporis caput esse desig-natur: de qua mihi videtur dictum per prophetam: ‚Si haec humiliatur, ad cujus fugietis auxilium, et ubi relinquetis glo-riam vestram?' (Is 10,3)“. — Similia *Avitus* episcopus viennensis nomine episcoporum Galliae monet (ep. 31; *M* 59, 248. 249): .Dum de causa romanae ecclesiae anxianimi ac trepidi essemus, utpote nutare statum nostrum in lacessito vertice sentientes, quos omnes una criminatio utique sine invidia multitudinis percusserat, si statum principis obruisset, perlata est sollici-tudini nostrae ab Italia in exemplaribus sacerdotalis forma decreti, quam de papa Symmacho apud urbem collecti Italiae antistites ediderunt . . Non facile datur intelligi, qua vel ra-tione vel lege, ab inferioribus eminentior judicetur. Nam cum celebri praecepto apostolus clamet, accusationem vel in pres-byterum recipi non debere, quid in praecipuum generalis ec-clesiae criminationibus licere censendum est? Quod synodus ipsa venerabilis laudabili constitutione prospiciens, causam quam, quod salva ejus reverentia dictum sit, pene temere susceperat inquirendam, divino potius servavit examini . . Sic dignitas in qua floretis, universo orbi speciem romani nominis mundo labente contineat, ut in conspectu vestro non sit ec-clesiae minor quam reipublicae status; quodque vobis Deus posse praestitit, prosit et nobis; nec minus diligatis in ecclesia vestra sedem Petri, quam in civitate apicem mundi. Si pro-fundo illo tractatus vestri consilio rem videtis, non ea tantum-modo quae Romae geritur causa cogitanda est. Sed et in sacerdotibus ceteris potest si quid forte quod vocaverat (nu-taverat?) reformari; at si papa urbis vocatur in dubium, epi-scopatus jam videbitur, non episcopus vacillare . . Reddet

rationem qui ovili dominico praeest, qua commissam sibi agnorum curam administratione dispenset: ceterum non est gregis pastorem proprium terrere, sed judicis."

485 Item libellus, quem dederunt *apocrisarit alexandrinac ecclesiae* legalis ab urbe Roma, i. e., ab Anastasio II papa, Constantinopolim destinatis, continet ista (n. 14—16; corp, script, eccl. lat. ed. vindobon. 35, 472. 473): „Obtestamur vos . . ut ad urbem Romam favente domino venientes hanc chartulam offeratis apostolicae sedis antistiti Anastasio, quae ex persona sanctae ecclesiae vobis alexandrinae oblata est, ut ejus sanctitas relegens, quae sibi fuerint placita, seu litteris ad sanctissimum archiepiscopum nostrum datis seu per aliquem internuntium manifestare dignetur, nam cum a sanctitate ejus fidei rectae fuerit servata confessio, quae est a beatis patribus constituta, nos paratos existere profitemur ad urbem Romam legatos, qui pro unitate sanctarum dei ecclesiarum agere debeant, destinare, confidimus autem in domino nostro Jesu Christo, quod huic fidei ejus beatitudo consentiens juxta illa, quae in responsione sunt posita, veluti proprios etiam nostros populos arbitretur et pro eorum regimine sollicitudinem gerat cupiens secundum deum omnibus utilis approbari." — *Gclasrus l* hunc in modum scribit (ep. 13. ad episcopos Dardaniae; 71/59,63): „(Prima sedes, i. e., romana) et unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, et continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum, ecclesia nihilominus subséquente et tenuit semper et retinet." — Ita et *Simplicius* papa (ad Zenonem vel Basiliscum Augustum ep. 4; **J/** 58, 40): „Perstat . . in successoribus suis haec et eadem apostolicae norma doctrinae, cui Dominus totius curam ovilis injunxit, cui se usque ad finem saeculi minime defuturum, cui portas inferi nunquam praevalituras esse promisit, cujus sententia quae ligarentur in terris, solvi testatus est non posse nec in coelo . . b. Petri apostoli voce, qualiscunque sedis ejus minister, obtestor, ut inimicos antiquae fidei non sinas impune grassari.·4

486 *Prosper* vero de haeresi Pelagii canit (carm. de ingratis v. 39-42; *M* 51, 96. 97): „Pestem subeuntem prima recidit — Sedes Roma Petri: quae pastoralis honoris — Facta caput mundo, quidquid non possidet armis. — Religione tenet." –

Pariter *Leo M.* verbis supra (n. 475) recitatis mox et haec subnectit (serm. 3. al. 2. c. 4; *M* 54, 147. 148): „In persona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo et omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cujus dignitas etiam in indigno haerede non deficit. Unde venerabilium quoque fratrum et consacerdotum meorum desiderata mihi et honoranda praesentia hinc sacratior est atque devotior, si pietatem hujus officii in quo adesse dignati sunt, ei principaliter deferunt, quem non solum hujus sedis praesulem, sed et omnium episcoporum noverunt esse primatem. Cum ergo cohortationes nostras auribus vestrae sanctitatis adhibemus, ipsum vobis, cujus vice fungimur, loqui credite, quia et illius vos affectu monemus, et non aliud vobis, quam quod docuit, praedicamus . . Licet omnem ecclesiam, quae in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce fundatos, et Dominus noster Jesus Christus cum omnibus redemit, et beatus apostolus Petrus prae omnibus erudivit/ — Leoni consentit *Petrus Chrysologus* (ad Eutychem, inter ep. Leon. 25. c. 2; *M* 54, 741 ss): „In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his quae a beatissimo papa romanae civitatis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede et vivit et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem/ — Consentiunt et *episcopi metropolis arelatcnsis* (inter ep. Leon. 65. al. post ep. 49. c. 2; *M* 54, 881), persuasionem praedecessorum Leonis eam exhibentes, ut ,.per beatissimum Petrum apostolorum principem sacrosancta ecclesia romana teneret supra omnes totius mundi ecclesias principatum/ — Quin et consentit ipsa *lifurgia graeca,* qua Leo M. die 18. febr. sic laudatur (apud *Nilles,* Kalendariummanuale 1,107): .Petri successor ejus primatum quum obtinuisset *(ὁ Πέτρον ὁιά-ὐοχοζ /.ai* rzjr *τούτον ιτροεόρεΐαν ττλοντι,σα)* et fervidum zelum haberet, Dei impulsu tomum conscribit.

Praeterea *Coelestinus I* scribit (ep. *3;* *M* 50, 428): ,.Nosque 487
praecipue circa omnes cura constringimur, quibus necessitatem de omnibus tractandi Christus in sancto Petro apostolo, cum illi claves aperiendi claudendique daret, induisit/ —*Bonifatius I* (ep. 14. n. 1; **J/**20, 777): «Institutio universalis nascentis ec-

clesiae de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus et summa consistit. Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias, religionis jam crescente cultura, fonte manavit. Xicaenae synodi non aliud praecepta testantur: adeo ut non aliquid super eum ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri: omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Hanc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum: a qua se quisquis abscidit, fit Christianae religionis extorris, cum in eadem non coeperit esse compage.4 — *Zosimus* (ep. 12. η. 1; .1/20, 676): „Tantam . . huic apostolo (Petro) canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, ut et ligata solveret, et soluta vinciret; par potestatis data conditio in eos, qui sedis haereditatem, ipso annuente, meruissent: habet enim ipse, cum omnium ecclesiarum, tum hujus maxime ubi sederat, curam? – *Innocentius I* (ep. 29. al. 24. ad concil. carthag. η. 1; A/20,582.583): rIn requirendis Dei rebus quas omni cum sollicitudine decet a sacerdotibus, maxime a vero justoque et catholico tractari concilio, antiquae traditionis exempla servantes, et ecclesiasticae memores disciplinae, vestrae religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmastis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid apostolicae sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus apostolum, debeatur, a quo ipse episcopatus et tota auctoritas nominis hujus emersit. Quem sequentes, tam mala damnare novimus, quam probare laudanda.4 —Expresse etiam *Siricius* scribit (ep. 1. adHimerium tarracon. η. 1; *M* 13, 1133): nPortamus onera omnium qui gravantur: quin immo haec portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suae protegit et tuetur haeredes? — Atque *Optatus* (de schismate donatistar. 1. 2. n. 3—5; **J/** 11, 948—950. 955. 956): „Ergo cathedram unicam, quae est prima de dotibus (ecclesiae), sedit prior Petrus: cui successit Linus, Lino successit Clemens, . . Damaso Siricius, hodie qui noster est socius: cum quo nobiscum totus orbis commercio formatarum, in una communionis societate concordat. Vestrae cathedrae vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vindicare . . Si Victori?

quem donatistae Romam miserant, ut et ipsi in urbe episcopum haberent, „diceretur, ubi sederit? nec ante se aliquem illic fuisse monstraret, nec cathedram aliquam, nisi pestilentiae ostenderet. Pestilentia enim morbis exstinctos homines ad inferos mittit, qui inferi portas suas habere noscuntur; contra quas portas, claves salutares accepisse legimus Petrum, principem scilicet nostrum; cui a Christo dictum est: ‚tibi dabo claves regni coelorum, et portae inferorum non vincent eas' (Mat 16, 19. 18). Unde est ergo quod claves regni coelorum vobis usurpare contenditis, qui contra cathedram Petri, vestris praesumptionibus et audaciis, sacrilegio militatis?"

Adjungimus, secundum lectionem a Miodoiiski nuper emen- 488
datam, textum ex pseudocypriano tractatu *adversus aleatores,* cujus auctor, ex judicio recentissimorum criticorum omnium, est sat antiquus, isque secundum fere cunctos episcopus romanus; qui ab aliis quidem, id quod apparet rectius, censetur floruisse post Cyprianum, sed ante saeculum V, ab aliis existimatur nominatim Miltiades, ab aliis etiam dicitur esse\;ictor I; ubi talia inveniuntur (η. 1): „Multa et magna nobis ob universam iraternitatem cura est, fideles, maxime ex saeva perditorum hominum audacia (id est aleatorum), qui alios ad nequitiam, se in laqueum mortis demergunt. Et quoniam in nobis divina et paterna pietas apostolatus ducatum contulit et vicariam Domini sedem caelesti dignatione ordinavit et originem authentici apostolatus super quem Christus fundavit ecclesiam in superiore nostro portamus, accepta simul potestate solvendi ac ligandi et cum ratione peccata dimittendi: salutari doctrina admonemur, ne dum delinquentibus adsidue ignoscimus, ipsi cum eis pariter torqueamur." — Ipse *Cyprianus* de Cornelio pontifice romano narrat (ep. 52. al. 55. ad Antonian, n. 8; **J/** 3, 770 ss): .Factus est autem Cornelius episcopus . ., cum Fabiani locus, id est cum locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis vacaret." Idem de asseclis Fortunati pseudoepiscopi (ep. 55. al. 59. ad Cornelium n. 14; JZ 3, 818 ss): „Pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto, navigare audent, et ad Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis et profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse romanos, quorum fides apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum.

489 *Irenaei* (ex l. 3. c. 3; **J/** 7, 848 ss) testimonium celebratum hic pro praesenti scopo integrum audiamus: ^Traditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni ecclesia adest respicere omnibus qui vera velint videre: et habemus annumerare eos qui ab apostolis instituti sunt episcopi, et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter a reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam ipsas ecclesias committebant. Wilde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes . . Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximae et antiquissimae, et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae ecclesiae, eam quam habet ab apostolis traditionem, et annuntiatam hominibus'fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo . . praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea quae est ab apostolis traditio. Fundantes igitur et instruentes (orzodouroirmcj beati apostoli ecclesiam, Lino episcopatum administrandae ecclesiae tradiderunt *(την τξ ιπσκοττξ λ&τοίζγϊαν ιηχείριναν)* . . Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui et vidit ipsos apostolos, et contulit cum eis, et cum adhuc insonantem praedicationem apostolorum et traditionem ante oculos haberet, non solus, adhuc enim multi supererant tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit quae est Romae ecclesia potentissimas (izctyftrrar^y) litteras corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians quam in recenti ab apostolis acceperat traditionem . . Nunc duodecimo loco episcopatum ab apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione *(cûiti)* et successione, ea quae est ab apostolis in ecclesia traditio et veritatis praeconatio pervenit usque ad nos.

Et est plenissima haec ostensio, unam et eamdem vivificatricem fidem esse, quae in ecclesia ab apostolis usque nunc sit conservata, et tradita in veritate.“ Nimirum auctoritas vel solius ecclesiae romanae, nominatim pro doctrina tradita cognoscenda, tantum valet, quantum omnium simul collectarum ecclesiarum proindeque ad haereticos omnes confundendos, quod ipsa maxima et antiquissima habet prae ecclesiis ceteris potiorem principalitatem, non sane temporis, sed principatus (cf. l. 4. c. 38. n. 3; **J/** 7, 1108), potestatis, auctoritatis (cf. l. 1. c. 26. n. 1; *M* 7, 686 cum *Philosophumenon* l. 7. n. 33; l. 10. n. 21; **J/**16, 3341. 3437), vel et originis praestantioris, ejus quidem, ob quam ad ipsam convenire, utique moraliter, i. e., cum ipsa consentire prorsus debeat ecclesia universa, fideles simul omnes, tuiti traditionem puram apostolicam in ipsa ecclesia romana ut in principio ac centro (cf. dictum *Optati* supra n. 236).

Hinc jam in *Pastore Herniae* cuipiam Clementi, qui se- 490
eundum eruditos paene omnes est romanus Clemens I, vindicatur munus veluti encyclicas ad ceteras ecclesias dirigendi (vide n. 433). — *Ignatius* vero (in ipsa inscriptione ep. ad romanos; ***I*** 1, 213) vocat ecclesiam romanam eam, „quae etiam praesidet in loco regdonis romanorum frr/C *vxà προν.άΰηται εντόύφ χωοιον (Ρωμαιων)*“ (cf. ad magnesios η. 6; ***Fl,*** 195) et quae sit .universo caritatis coetui praesidens *(προχα&ημένη τη αγάπη)"* (cf. e. c. ad trallianos n. 13; ***F*** 1, 211). Et inferius romanos rogat (n. 9; ***F*** 1, 223): „Memores estote in precibus vestris ecclesiae Syriae, quae mei loco Deo pastore utitur. Solus Jesus Christus illam vice episcopi reget atque x^estra caritas *iiorog (ΐϊ'τηΓ Ιησοί Χριστό επισκοπήσει. καί η τμων αγάπη)."* — *Clemens* denique *romanus* in parte non ita pridem detecta epistulae l loquitur, sicut decet eum, qui primatus sui erga corinthios quoque ipsos conscius sibi sit. Ita enim monet (n. 59; ***F*** 1, *135):* .*Sin* autem quidam non obtemperaverint iis, quae ille (Deus) per nos dixit, cognoscant, offensioni et periculo non parvo sese implicaturos esse; nos autem innocentes erimus ab hoc peccato.4 Vide etiam, praeter verba superius (n. 372) posita, epistulae ejusdem n. 1. 7. 44. 45. 47. 63 *(F 1, 61.* 71. 117. 121. 143).'

Sicut aliquando non sensu 491
successoris Petri, ita episcopo romano in traditione appellatio fit vicarii Petri (ut supra n. 486), videlicet maxime proprio, cum pontifex romanus omnis aeque

atque Petrus a Christo habeat commissam sibi potestatem, Christi ipsius nomine exercendam, sed quod episcopus romanus tenet locum Petri succedendo in eandem illam potestatem, quam perpetuo duraturam Dominus instituit in ipso Petro ut in radice prima perennis seriei, repraesentante proinde omnes suos successores et secundum potestatem suam in his jugiter vivente.

492 Neque vim exceptio habet hinc exsistens, quod ipsos pontifices romanos testantes de primatu suo induxerimus. Nam et Patres alii, immo ex dicendis integra concilia proindeque ecclesia universa in hac eadem re consentiunt,- quemadmodum etiam pontifices illosmet pro testibus et doctoribus ecclesia tota venerata est. Praeterea fas non est episcoporum romanorum testimonium reicere, quia et nemini melius quam subjecto potestatis de juribus inditis constat, et testium, de quibus agitur, veracitas, immo et sanctitas, est plane explorata; nec tam in sua quam in ecclesiae et Christi causa testimonium illi dicunt. Ipsa quoque fiducia, qua antistites romani loqui solent de primatu suo non ut de re tum primum inducenda, sed ut de re jam cunctis nota et dudum exercitata, est signum non dubium veritatis. Ceterum non est mirum, si splendidiora ex tempore vetustissimo ipsorum romanorum praesidum de hac quaestione documenta exstant; eorum enim acta propter ipsam suam dignitatem diligentius conservari aequum erat.

493 b. Ex synodis *oecumenica VIII* subscripsit (act. 1) regulae fidei ab Hadriano II propositae, quae, prout jam pridem ab Hormisda pontifice episcopis orientis schismatis acaciani participibus praestituta erat et recepta a plurimis episcopis (cf. *Rustici* diae. disp. contra acephalos; ***M*** 67, 1251 s), ab imperatore Justiniano (ad Agapetum ; **J/66,** 42 s), ab ipsis patriarchis constantinopolitanis Joanne II (ad Hormisdam : ***M*** 63, 444 s), Epiphanio (cf. ib. 494 s), Menna (ed. vindob. 35, 340 ss), est hujusmodi (Z? l 41): rPrima salus est regulam rectae fidei custodire et a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri J. C. praetermitti sententia dicentis: Tu es Petrus etc, haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica citra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe et fide minime separari cupientes et Qj . Patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes haereses . . Suscipimus autem et probamus epistolas beati Leonis

papae universas, quas de Christiana religione conscripsit, sicut praediximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, et praedicantes ejus omnia constituta. Et ideo spero, ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et verax Christianae religionis et perfecta soliditas: promittens in sequenti tempore sequestratos a communione ecclesiae catholicae id est non consentientes sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria." — Hadriani I epistulis duabus in *concilio occumenico VII* (act. 2) lectis, „.sancta synodus dixit: Tota sacratissima synodus ita credit, ita sapit, ita dogmatizat" (77 4, 103), et iterum „sancta synodus dixit: Sequimur, et suscipimus, et admittimus" (ib.): porro in epistulis iisdem primatus episcopi romani clare enuntiatur: sic v. g. in epistula ad imperatores data legimus (ib. 82): .Ipse princeps apostolorum beatus Petrus, qui apostolicae sedi primitus praesedit, sui apostolatus principatum ac pastoralis curae successoribus suis, qui in ejus sacratissima sede perenniter sessuri sunt, dereliquit; quibus et auctoritatis potestatem, quemadmodum a Salvatore nostro Domino Deo ei concessa est, et ipse quoque suis contulit ac tradidit divino jussu successoribus pontificibus." — *Concilium oecumenicum VI* (act. 18; *H* 3, 1422. 1423 in sermone acclamatorio seu prosphonetico ad imperatorem): „Summus autem nobiscum concertabat apostolorum princeps: illius enim imitatorem, et sedis successorem habuimus fautorem, et divini sacramenti mysterium illustrantem per litteras. Confessionem tibi a Deo scriptam illa romana antiqua civitas obtulit, et dogmatum diem a vespertinis partibus extulit charta: et atramentum videbatur, et per Agathonem Petrus loquebatur." — Similiter in *concilio chalccdoncnsi* (act. 2: 7/2, 306) post lectionem epistulae Leonis papae Patres clamaverunt: „.IIaec Patrum fides, haec apostolorum fides. Omnes ita credimus, orthodoxi ita credunt. Anathema ei qui ita non credit. Petrus per Leonem ita locutus est." — Verbis superius (n. 71) propositis Philippus legatus sedis apostolicae in *concilio cphesino* haec subjunxit: „Hujus itaque secundum ordinem successor et locum tenens fxorct *τάξιν δ διάδοχη v.ai umorrom'c}* sanctus beatissimusque papa noster Caelestinus episcopus, nos ipsius praesentiam supplentes^ ad nane sanctam synodum misit.** — epistula *sy/todi scirdicciisis* ad Julium I

haec continentur (?/ I, 653): ..Hoc . . optimum et valde congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id est, ad Petri apostoli sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant sacerdotes.u <

494 l'nde persuasio antiquitatis universae exprimi perspicitur sollemnibus illis recentiorum conciliorum declarationibus, quibus romanus pontifex ut successor primatus s. Petri celebratur. Ita decernit *concilium lafcrâneuse* ***IT*** (c. 5; ***D*** 362): „Antiqua patriarchalium sedium privilegia renovantes, sancta universali synodo approbante, sancimus, ut post romanam. ecclesiam, quae disponente Domino super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi fidelium et magistra, constantinopolitana primum, alexandrina secundum, antiochena tertium, hierosolymitana quartum locum obtineat/ — In confessione fidei Michaelis Palaeologi, ipsi a Clemente IV proposita et ab ipso in *concilio lugdunensi* ***II*** Gregorio X oblata. haec reperiuntur (Z> 389 : „Ipsa quoque sancta romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae ceteris tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum forum pertinentibus appellare: et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potest judicium recurri: et eidem omnes ecclesiae sunt subjectae, ipsarum praelati obedientiam et reverentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesias ceteras ad sollicitudinis partem admittit; quarum multas et patriarchales praecipue diversis privilegiis eadem romana ecclesia honoravit, sua tamen observata praerogativa tum in generalibus conciliis, tum in aliquibus aliis semper salva/ — *Concilium florentinum* statuit (in decreto unionis graecorum; *D* 589): „Diffinimus, sanctam apostolicam sedem, et romanum pontificem, in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque ecclesiae

A4

caput et omnium Christianorum patrem[1]) ac doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur/ — Quae quidem *concilium vaticanum* (s. IV. c. 2—4; *D* 1670 ss) rursus confirmavit.

Prob. pars altera minoris, argumenti supra (n. 481) positi, i. e., doctrinae veterum agendi rationem respondisse. 495

a. Ejus est primatus in ecclesiam universam, cujus est leges ferre validas pro ecclesia universa, leges universales sanctione apposita urgere, authentice interpretari vel etiam in iisdem dispensare. Atqui tale jus, ecclesia agnoscente, in antiquitate ipsa exercebat episcopus romanus.

Prob. min. Disciplinam *Victoris I* erga asianos consuetudinem ecclesiae romanae in celebrando paschate suscipere recusantes *Eusebius* sic describit (hist. eccl. l. 5. c. 24; .1/ 20, 498): „A7ictor quidem romanae urbis episcopus illico omnes Asiae vicinarumque provinciarum ecclesias tanquam contraria rectae fidei sentientes a communione abscindere conatur *(άποτέμνειν, ώ ετεροδοξοίσα , τη κοινή ενώσεω πει-*çirrca); datisque litteris universos qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate ecclesiae prorsus alienos esse pronuntiat. \erum haec non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quae paci et unitati caritatique erga proximum congruebant . . Ex quorum numero Irenaeus . . A^ictorem . . decenter admonet, ne integras Dei ecclesias morem sibi a majoribus traditum custodientes a communione abscindat/ Videlicet non jus Victoris in dubiùm vocatur, sed ejus usus minus utilis a nonnullis ducitur. — Similiter *Stephanus I* asianis haereticos rebaptizantibus excommunicationem comminatus est, ut ex epistula *Dionysii alexandrini* ad Sixtum (Xystum) II Stephani successorem scripta et ab *Eusebio* (hist. eccl. l. 7. c. 5; *M* 20, 646)

[1]) Hinc titulus sacer patris vel papae, datus jam Eleuthero (ex *Eusebii* hist. eccl. 1.5. c. 4; .1/20, 439), velut per excellentiam romano pontifici adhaesit; cui quidem ille, cum olim in ecclesia communis esset aliis, maxime episcopis (cf. v. g. *Cassiani* de cocnobior. inst. prnef.; *M* 49, 55. 57), a saeculo V reservari coepit ita, ut reliquis etiam expresse postea negaretur (videsis *Hefdc,* Conciliengeschichte, Aufl. 2, Bd 4, 653).

citata constat (cf. *Cypriani* ep. 74. ad Pompejum n. 8; .4/3, 1133; *Firmiltani* ep. 75. ad Cyprian, n. 24; .1/ 3, 1174). Vide et *Vinceniii Hrin.* commonit. l n. 6 (**J/** 50, 645 ss). — *Synodus arelatensis* a. 314. ad Sylvestrum I (// 1, 263): „Primo loco de observatione paschae dominicae, ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis observetur, et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.u — Et *7.eo M.* (ep. 96. al. 76. ad Ravennium arelat ; **J/** 54, 945): ..Ad praecipuum religionis nostrae pertinet sacramentum, ut in festivitate paschali nulla sit toto orbe diversitas. Et quia hoc divina institutio et paterna traditio ad nostram sollicitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam solemniter admonemus ut pascha Domini" anni sequentis 452 -celebrandum nobis die decima calendarum aprilium recognoscas." — Cum ipsum oecumenicum concilium nicaenum I icn. 15; ***H*** 1, 330) et sardicense (cn. 1; ***H*** 1, 638) episcoporum ab una in aliam sedem transitionem vetuisset, nihilominus teste *Socrate* (hist. eccl. 1. 7. c. 36; **J/** 67, 819; cf. *Bonifatii* **/** ep. 15; **J/** 20, 779 ss) episcopus romanae urbis Perigenem pro ecclesia patrensi ordinatum constitui Corinthi in metropolitana sede jussit, atque, ut narrat idem *Socrates* (ib. c. 36. 40; **J/** 67, 818. 830), Proclus, quamvis episcopus urbis cyzicenae nominatus, in episcopali solio constantinopolitano collocatus est, exhibitis ab imperatore Theodosio *Coelestini* episcopi romani litteris, rquas ille Cyrillo Alexandriae episcopo et Joanni antiocheno et Rufo thessalonicensi in eam rem miserat, docens nihil obstare quominus is qui alicujus ecclesiae nominatus sit, aut reipsa exsistat episcopus, ad aliam ecclesiam transferatur/ — Namque agebat antistes romanus ex principio, quod *Gelasius* ***I*** his enuntiat (ep. 9. ad episcopos Lucaniae c. 1; **J/** 59, 48): ^Necessaria rerum dispensatione (al. disputatione vel dispositione) constringimur, et apostolicae sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum de creta librare, et retro praesulum decessorumque nostrorum praecepta metiri, ut quae praesentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus." — Ex *Ittiirgta gracca* (13. aug., apud *Nilles,* Kalendarium manuale 1, _44. 245) s .*Maximus* -divino zelo velut igne succensus antiquiorem Romam venit et papae beatissimo Martino suasit

successor Petri pontifex romanUB probatur, uljudcxsuminus, ipso consensu practice). 395

[naohwrtr), ut peculiarem synodum congregaret atque duces in impio dogmate eorum, qui unam in Christo voluntatem somniabant, anathemate percelleret?'

b. Illius agnoscitur re ipsa potestas jurisdictionis in ec- 497
clesiam universam, ad quem deferuntur causae finiendae ex parte qualibet ecclesiae, vel ad cujus tribunal sacrum fiunt pro ultima sententia ferenda ab aliis judiciis quibuscumque appellationes. Atqui haec cernitur antiqua esse ecclesiae omnis erga pontificem romanum se gerendi ratio.

Prob. min. Illa sunt *Tertulliani* jam montanistae de pon- 498
tifice romano, sive *Zephyrino* sive *Callisto* 7, verba (de pudicitia c. 1; *M* 2, 980 ss): „Audio etiam edictum esse propositum, et quidem peremptorium; pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum, edicit: ‚Ego et moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto' . . Sed hoc in ecclesia legitur, et in ecclesia pronuntiatur, et virgo est? Absit, absit a sponsa Christi tale praeconium . . Erit igitur et hic adversus psychicosu, i. e., catholicos, «titulus . . Nunquam societatis repudium delicti praejudicium est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur? Cf. et ib. c. 13. et 21 (JZ 2, 1003. 1024. 1025) vel *Philosophumenon* l. 9. n. 12 (JZ 16, 3385 ss). — Et iterum *Tertullianus* scribit (adv. Praxeam c. 1; *M* 2, 155. 156): «Idem (Praxeas) tunc episcopum romanum, agnoscentem jam prophetias Montani, Priscae, Maximillae, et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae et Phrygiae inferentem, falsa de ipsis prophetis et ecclesiis eorum asseverando, et praecessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam

esse, indicat *Eusebius* dicens (hist. eccl. l. 6. c. 36: JZ 20, 598): .Ad Fabianum romanae urbis episcopum, et ad complures alios ecclesiarum antistites de recta fidei suae ratione epistolas scripsit. -

Etiam clarius *Hieronymus* (ep. 84. al. 65. ad Pammachium et Oceanum n. 10: JZ 22, 751): «Ipse Origenes in epistola, quam scribit ad Fabianum romanae urbis episcopum, poenitentiam agit, cur talia scripserit, et causas temeritatis in Ambrosium refert, quod secreto edita in publicum protulerit.“ — Huc spectat etiam illud factum ab *Athanaiio* relatum (ep. de sen-

tentia Dionysii n. 13; **J/** 25, 499): nCum Dionysius episcopus (alexandrinus) . . epistolam . . contra Sabellii haeresim ad Ammonium et Euphranorem, studio religionis permotus, scripsisset, quidam ex ecclesia fratres, sanae quidem doctrinae homines, non sciscitati tamen eum qua de causa ita scripsisset, Romam se contulere, iliumque apud cognominem *Dionysium romanum* episcopum accusarunt. Quibus ille auditis, una scripsit et contra Sabellii sectatores et contra eos qui ejus essent sententiae, quam cum post Arius protulisset, ab ecclesia est ejectus . . Misit quoque ad Dionysium litteras, ut indicaret, qua de re accusatus ab illis fuisset. Ille vero quamprimum sui purgandi causa libros edidit, quos inscripsit ‚Elenchus*' et ‚Apologia*. Hic animadvertas velim exsecrandam Christi hostium officinam, et quo pacto ad suam ipsi ignominiam haec moverint: cum enim Dionysius romanus episcopus adversus eos etiam scripserit, qui dicunt Filium Dei creaturam et rem factam esse, liquido constat, non jamprimum, sed olim quoque ab omnibus anathemate damnatam fuisse Christi hostium arianorum haeresim. Deinde cum Dionysius alexandrinus episcopus de epistola sua sese purgarit, palam est illum nec ejus fuisse sententiae quam ei ascribunt, neque omnino prava Arii doctrina imbutum fuisse.^

499 In causa *Athanasii* ita scribit ***Julius I*** (ep. ad antiochenos n. 13; **J/** 8, 896): „Non . . suo motu, sed accersitus ac litteris nostris acceptis, (Athanasius) huc accessit.“ Eodem pertinet illud *concilii sardicensis* (ep. ad eccl. alex.; ***H*** 1, 655 ss): „Aequitas judicii fratris et coepiscopi nostri Julii liquidissime apparuit; qui non temerario consilio, sed cum matura deliberatione sententiam tulit, adeo ut nihil relinquatur dubii de communione fratris nostri Athanasii.“ Et *Sacrales* (hist. eccl. l. 2. c. 15; **J/** 67, 211): „Athanasius post diuturnos labores aegre tandem in Italiam pervenit . . Eodem tempore Paulus quoque Constantinopolis episcopus, Asclepas Gazae, Marcellus Ancyrae, quae urbs est minoris Galatiae, Lucius denique Adrianopolis, alius aliam ob causam accusati et ecclesiis suis pulsi, in urbem regiam adventant. Ubi cum Julio romanae urbis episcopo causam suam exposuissent, ille, quae est romanae ecclesiae praerogativa, liberioribus litteris eos communitos in orientem remisit, singulis sedem suam restituens", ubi

cogitandus est ex mente Socratis actus restitutionis juridice saltem validus sive per se efficax, „simulque perstringens illos qui supradictos episcopos temere deposuissent." Concordat *Sozomeniis* (hist. eccl. l. 3. c. 8; **J/** 67, 1051 ss): „Episcopus igitur romanus cum singulorum (Athanasii aliorumque) causas cognovisset, omnesque in nicaenae fidei doctrinam consentientes reperisset, tanquam idem cum ipso sentientes, in communionem recepit. Et quoniam propter sedis dignitatem omnium cura ad ipsum spectabat, suam cuique ecclesiam restituit. Scripsit etiam orientalibus episcopis, reprehendens eos quod in supradictorum causis non recte judicassent, et quod ecclesiarum statum turbarent, eo quod decretis concilii nicaeni minime acquiescerent. Simulque paucos ex illorum numero ad constitutum diem adesse jussit, qui docerent justam ab ipsis prolatam fuisse sententiam; minatusque est se in posterum non passurum, nisi a novandi studio absisterent. Et Julius quidem ista scripsit.'· Accedit denique grave testimonium *Theodoreti* (eccl. hist. l. 2. c. 3; ***M*** 82, 995): „Athanasius . . secessit ipse, et in occidentem se contulit. Ad romanum enim episcopum, Julium videlicet, qui ecclesiam illam tunc regebat, eusebiani compositas in Athanasium calumnias perscripserant. Is vero, ecclesiasticam sequens regulam, et ipsos Romam venire jussit, et divino Athanasio ad judicium diem dixit. Qui simul ac citationem accepit, in viam quamprimum se dedit." — Orientalibus Timothei episcopi depositionem postulantibus ita respondet *Damasus* (ep. 7; *M* 13, 370. 371): „Quod vestra caritas debitam sedi apostolicae reverentiam tribuit, filii honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo sane honori est . . Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum, Apollinaris haeretici discipulum, cum impio suo dogmate jampridem abdicasse . . Itaque quid est, cur abdicationem Timothei a me rursus requiratis, qui etiam hic judicio sedis apostolicae, Petro quoque episcopo Alexandriae praesente, abdicatus est una cum magistro suo Apollinare?"

Insuper antiquitus non solum ab hominibus ipsius occidentis est appellatum ad pontificem romanum appellatione etiam proprie dicta, i. e., a reis provocatum, ut prioris et inferioris judicis sententia per ipsum tamquam judicem superiorem corrigeretur seu revocaretur (quemadmodum appellavit

Basihdes, episcopus Hispaniae, a judicio synodi ad Stephanuin. ex epistula *(.yfnani* 68, al. 67. n. 5, A/ 3, 1028, ubi quidem non carpitur nisi vitium obreptionis), verum et ex oriente appellationes eaeque cum effectu interpositae noscuntur. Exemplum *Eustathii)* provocantis ad Liberium, sic *Basilius* affert (ep. 263. al. 74. ad occidentales n. 3; **J/** 32, 979): nEx episcopatu ejectus, propterea quod antea Melitinae depositus esset, hanc sibi restitutionis viam invenit, ut ad vos se conferret. Quaenam autem ei proposita fuerint a beatissimo episcopo Liberio, et quibusnam assensus sit. ignoramus, nisi quod epistolam attulit, quae eum restituebat, eaque ostensa concilio tyanensi in suum locum restitutus est. Hic nunc depopulatur fidem illam, ob quam susceptus est . . Quoniam igitur istinc evenit illi facultas laedendi ecclesias, ac data a vobis fiducia utitur ad subversionem multorum, necesse est istinc quoque venire et emendationem, ac per litteras ecclesiis significari, quibusnam conditionibus susceptus sit, et quomodo nunc immutatus irritum faciat beneficium sibi concessum a Patribus qui tunc erant/ — Appellationi saltem aequipollet haec *Chrysostomi* ab injusto judicio Theophili episcopi alexandrini ad Innocentium I provocatio (ep. ad Innoc. n. 4; **J/** 52, 534): „Obsecro ut scribas quod haec tam inique facta, et ab una solum parte absentibus nobis, et non declinantibus judicium, non habent robur, sicut neque sua natura habent; illi autem qui adeo inique egisse deprehensi sunt, poenae ecclesiasticarum legum subjaceant/' Unde et *Innocentius I* ad Theophilum (ep. 5; *M* 20, 495): „Tu igitur, si judicio confidis, siste te ad synodum quae secundum Christum fuerit, et ibi expositis criminationibus sub testibus nicaeni concilii canonibus, alium enim canonem romana non admittit ecclesia, securitatem habebis contradictionis expertem/ Cf. alteram *Chrysostomi* ep. ad Innocentium (Af 52, 535. 536).

501 Accepta appellatione *Eutychis* ita monet Flavianum episcopum constantinopolitanum *Leo* J/. (ep. 23. al. 20; *M* 54, 733): „Facti tui nosse volumus rationem, et usque ad nostram notitiam cuncta deferri, quoniam nos . . nihil possumus, incognitis rebus, in cujusquam partis praejudicium definire . . Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse sollicitos, quam plenissime et lucide universa nobis, quod ante

facere debuit, indicare festinet." Cf. et ep. 24. al. 21. ad Theodosium Augustum (**J/** 54, 735. 736). — Hinc *Llavianus* obsecundans, statu quaestionis explanato, his Leonem rogat (inter ep. Leonis 26; **J/** 54, 747): „Vindicans communem rem sanctarumque ecclesiarum compositionem, dignare per proprias quidem litteras suffragari depositioni canonice adversus eum Eutychem) factae, confirmare vero et piissimi Christumque amantis nostri imperatoris fidem. Res namque solo indiget ex vobis impulsu atque subsidio, quod per vestram prudentiam ad tranquillitatem et pacem cuncta statim translaturum est. Sic enim et quae insurrexit haeresis, et ob eam excitatus tumultus facile cessabit, Deo coopérante, per vestras sacras litteras; prohibebitur vero et quae evulgatur futura esse synodus, ut ne sanctissimae totius orbis ecclesiae perturbentur." — Ipsum quoque *Flavianum,* a Dioscoro alexandrino, episcopo tunc primo post romanum, in conciliabulo ephesino condemnatum, Romam appellasse *Liberatus* diaconus hisce verbis refert (breviar. c. 12; *AI* 68, 1005): „Flavianug autem, contra se prolata sententia, per ejus legatos sedem apostolicam âppellavit libello." Et re vera recens detectus est „libellus appellationis Flaviani episcopi constantinopolitani ad Papam Leonem", quo v. g. dicitur *{Zeitschrift fur hath. Theol.* Innsbruck 1883. 7, 193. 194): „Opportunum est quidem ad presens tempus mediocriter referre, et uti apostolica appellatione adVestram Sanctitatem ut progrediens ad orientem auxilium ferre periclitanti piae sanctorum Patrum fidei . . Habuimus universos poene qui convenerunt episcopos consentientes in omnibus nobis, praeter alexandrinum et qui cum ipso affuerunt qui, ex quo die ordinatus sum episcopus implacabiles adversum me inimicitias vehementer exercet nulla existente causa. Qui numquam me suis litteris dignum judicavit, neque ea quae secundum Dominum nostrum caritas praedicatur erga me habuit, me ei in omnibus obtemperante . . Post illam injustam vocem quam contra me emisit sicut ipsi placuit, me appellante thronum apostolicae sedis principis apostolorum Petri et universam beatam quae sub Vestra Sanctitate est synodum, statim me circumvallat multitudo militaris . . Oro itaque Vestram Sanctitatem, ne obdormire patiamini super his quae (ab) insipienti et furioso consilio circa me gesta

sunt, cum nullae praecedant causae quae me in reatum aliquem adducant. Sed insurgere primum quidem in causa rectae fidei nostrae quae quadam libidine periit. Deinde propter eversionem ecclesiasticarum constitutionum curam facere . . scribere etiam Dioscoro . . Dare etiam formam quam Deus vestrae menti inspirabit, ut tam occidentali quam etiam orientali in unum facta Patrum synodo, similis ubique praedicetur fides, ut praevaleant sanctiones Patrum. Inritum vero deduci valeant atque dissolvi omnia quae male . . gesta sunt: afferre medicinam horribili huic vulneri quod per totum jam poene orbem serpendo pervenit.“ — Ita habet etiam „libellus appellationis ad Leonem papam *Eusebii Doryleorum** pariter repertus (l. c. 195. 196): „Ab exordio consuevit thronus apostolicus iniqua perferentes defensare . . Causa autem rei quod sensum rectum tenetis, et inconcussam scrutatis erga Dominum nostrum Jesum Christum fidem, nec non etiam indissimulatam universis fratribus et omnibus in nomine Christi vocatis tribuitis caritatem. Quamobrem ego inevitabilibus inretitus, ad solum post Domini relictum auxilium, afflictus et in extremis laborans confugio . . Libellos obtuli appellationis meae, in quibus vestrae sedis cognitionem poposci, deprecor . . pronuntiate evacuari et inanem fieri meam iniquam condemnationem a religiosissimo episcopo Dioscoro et eorum decretum qui inviti consenserunt ejus voluntati, reddentes mihi dignitatem episcopatus, et vestram communionem litteris vestris ad meam exiguitatem datis, quibus et dignitatem praesentetis et communionem.u — Appellavit et *Theodoretus* (ep. 113. ad Leonem; *M* 83, 1315 ss) eodem latrocinio depositus: „Supplices oramus sanctitatem tuam, ut tempestate jactatis Dei ecclesiis opem ferat . . Post tantos sudores ac labores indicta causa condemnatus sum. At ego apostolicae vestrae sedis exspecto sententiam, et oro atque obtestor sanctitatem tuam, ut mihi ad rectum ac justum tribunal vestrum provocanti opem ferat, jubeatque ad vos venire, et doctrinam meam apostolicis vestigiis inhaerentem ostendere . . Ante omnia ut a vobis docear oro, an me oporteat in hac injusta depositione acquiescere, an non: vestram enim sententiam exspecto. Quod si in judicatis manere me jussentis, manebo, neque ulli hominum deinceps molestus ero, sed rectum Dei Salvatorisque nostri judicium exspectabo.u

Proinde *Augustinus* priorem respiciens aetatem attestatur 502
jep. 43. al. 162. c. 3. n. 7; *M* 33, 163): „Non mediocris utique auctoritatis habebat (Carthago) episcopum (Caecilianum), qui posset non curare conspirantem (in concilio) multitudinem inimicorum, cum se videret et romanae ecclesiae, in qua semper apostolicae cathedrae viguit principatus, et ceteris terris, unde evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum, ubi paratus esset causam suam dicere, si adversarii ejus ab eo illas ecclesias alienare conarentur.“ — Pariter *Leo M.* (ep. 10. ad episcopos per provinc. viennens. c. 2; **J**/54, 629. 630): „Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat apostolicam sedem, pro sui reverentia a vestrae etiam provinciae sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam, et per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse judicia.“ — Similiter ex dictis liquet, quam vere *Gdastus I* scribere potuerit (ep. 13. ad episcopos Dardaniae; J/ 59, 67): „Sed nec illa praeterimus, quod apostolica sedes frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo praecedente, et absolvendi quos synodus inique damnaverat, et damnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuerit facultatem: sanctae memoriae quippe Athanasium synodus orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi graecorum non consensit, absolvit. Sanctae memoriae nihilominus Joannem constantinopolitanum synodus etiam catholicorum praesulum certe damnarat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit; itemque sanctae memoriae Flavianum pontificum[1]) congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit, potiusque qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundae sedis praesulem sua auctoritate damnavit, et impiam synodum non consentiendo[2]) submovit, ac pro veritate, ut synodus chalcedonensis fieret, sola decrevit, in qua pontificibus innumeris, qui latrocinio corruerant ephesino, veniam poscentibus, sola concessit, et in sua perfidia permanentes, nihilominus sua auctoritate prostravit; quam congregatio quae illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta.

[1]) In editione vindobonensi curata a *Guenther* additur: „graecorum“.

quoniam sicut id quod prima sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit judicandum, ecclesia tota suscepit?

503 C. Generatim mos antiquus atque constans sive fidelium singulorum sive synodorum recurrendi in causis religiosis non tantummodo ex occidente, verum etiam ex oriente ad episcopum romanum pro dubiis cum auctoritate dissolvendis proque rebus componendis, certe est agnitio practica primatus eidem romano pontifici in ecclesiam universam inhaerentis. Atqui a temporibus antiquis in ecclesia observatur consuetudo talis antistitem romanum, in majoribus praesertim causis, consultandi, qui et adhibito auctoritatis pondere respondentem, sive per se ipsum sive per legatos, curam in ecclesia universa ponere solebat.

504 *Major* patet. Etenim romanum pontificem consultum esse non ob qualitatem ullam potius privatam, proinde extraordinariam seu transeuntem, uti scientiam vel vitae sanctitatem insigniorem, sed ratione publici muneris pastoralis, cum sede immutabilis, vel ex constantia usus hujus et ex eo intellegitur, quod quaestiones romano praesuli propositae cum auctoritate, in synodos quoque integras interdum exercenda, dirimendae erant. Ad hoc per ipsam universalem indolem consultationum constat, munus illud neutiquam fuisse simplicem episcopatum urbis Romae, neque dignitatem metropoliticam provinciae ecclesiasticae romanae, neque primatis provinciarum Italiae, neque patriarchae totius occidentis, verum pastoris summi ecclesiae universae. Immo occidentalibus fere ipsis episcopum romanum formaliter ut caput ecclesiae totius rescripsisse, per formulas dicendi persuadetur.

505 *Prob. min.* Praeter facta alia jam commemorata pertinet eo illud, quod, superstite quidem adhuc s. Joanne apostolo, *Clemens romanus* ecclesiae Corinthiorum, auctoritate adhibita, succurrit. — Quem interventum respicere videtur *Ignatius* dicens (ad romanos n. 3; *P* 1, 215): „Xeminem unquam fascinastis; alios docuistiscui sententiae hanc subjungit: pEgo vero illa quoque firma esse volo, quae docetis et praecipitis/ – Eundem interventum illum certe simul cum beneficiis tempo ralibus *Dionysius* episcopus *Corinthi* respicit, ubi *Eusebio* teste (hist. eccl. l. 4. c. 23; **J/** 20, 387 ss) ad romanos scribit: „IIaec . . vobis consuetudo est jam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis,

et ecclesiis quamplurimis, quae in singulis urbibus constitutae sunt, necessaria vitae subsidia transmittatis . . Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum etiam adauxit, tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes, tanquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando . . Hodie sacrum diem dominicum transegimus. In quo epistolam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistolam, optimis praeceptis ac documentis abundabimus.[43] — Ipse quoque s. *Polycarpus,* Joannis apostoli discipulus et episcopus smyrnensis, itinere longo Romam venit, cum s. Aniceto pontifice de tempore celebrandi paschatis et de aliis rebus ecclesiasticis collaturus (vide *Eusebii* hist. eccl. l. 4. c. 14; l. 5. c. 24; ***M*** 20, 338. 507; *Hieronymi* de viris illustr. c. 17 ; ***M*** 23, 635). — Item ad rectam doctrinam investigandam se contulit Romam *Hegesippus* (ex *Eusebii* hist, eccl. l. 4. c. 22; ***M*** 20, 378); profectus est ad Eleutherum in causa religiosa *Irenaeus (M 'I,* 183; cf. *Hieronymi* de viris illustr. c. 35; ***M*** 23, 649); similiter *Abercius* episcopus hierapolitanus in epitaphio suo saeculi II, indicando principatum Romae ex contextu ipso sacrum, non profanum solum, atte statur (cf. Civiltà catt. 1896. 1, 218) : „.Roraam me misit (pastor immaculatus) regiam contemplaturum et reginam visurum aurea stola (cf. *Hermae* vis. 1. c. 2; ***F*** 1, 339), aureis calceis indutam; ibique vidi populum habentem sigillum splendidum (cf. ep. 2, quae dicitur *Clementis romani,* n. 6—8; ***F*** 1,153 ss; *Hermae* sim. 8. c. 6; sim. 9. c. 16. 17. 31 ; F 1, 489 ss. 533 ss. 555)"; et (ex *Eusebii* hist. eccl. l. 6. c. 14; ***M*** 20, 554) *Origenes* „Zephyrino per haec tempora romanam ecclesiam gubernante, se in urbem Romam advenisse scribit, *cum sibi in votis fuisset, sicut ipsemet alicubi dicit, romanam ecclesiam omnium antiquissimam coram videre.[44] — *Dionysius alex.,* praeterquam quod ecclesiae romanae curam refert de ecclesiis longinquis Syriarum vel Arabiae sublevandis (vide *Eusebii* hist. eccl. l. 7. c. 5; .1/ 20, 643), de validitate baptismi cuidam impertiti Sixtum Xystum) II consuluit (ib. c. 9; *AI* 20, 654. 655), his praemissis: .Opus habeo, frater, consilio tuo, et sententiam tuam expeto, ne forte ipse halluciner, tali ad me negotio delato.[45] — Praeterea *Basilius AI.* visitationem (irnazii/vr) pontificis romani im-

ploratam ut necessariam malis orientis auferendis exemplo prisco sic commendat (ep. 70. al. 220. ad Damasum; **J/** 32, 435): ⁿNovimus . . ex serie memoriae, a patribus nostris interrogatis et litteris etiamnum apud nos asservatis edocti *Dionysium* beatissimum illum episcopum, qui apud vos et recta fide et reliquis virtutibus enituit, invisisse (f.T/azévrrôuérnr) ecclesiam nostram Caesariensem, et patres nostros per litteras consolatum esse, ac misisse, qui fratres captivos redimerent. Nunc autem difficilior ac tristior est rerum nostrarum status, et cura majore indiget . . Quare nisi jam ad suppetias ferendas excitemini, paulo post nec quibus manum porrigatis inventuri estis, omnibus sub haeresis potestatem redactis.“ Idem Basilius narrat (ep. 69. al. 52. ad Athanasium n. 1; **J/** 32, 431): „Nobis autem operae pretium esse visum est ad episcopum Romae scribere, ut res nostras invisat *(ïπΐϋ/.ίψαοϋαι),* et consilium dare, ut cum illinc communi ac synodico decreto aliquos mitti difficile sit, ipse hoc negotium suo marte aggrediatur (crrror *avtevrfoai moi το πξαγμά),* eligens homines idoneos ad perferendos itineris labores, idoneos ad eos, qui apud nos perversi sunt, lenitate ac animi constantia corrigendos.^

506 Celebre est testimonium *Hieronymi* (ep. 123. al. 11. ad /Ygeruchiam n. 10; 3/ 22, 1052): „Ante annos plurimos, cum in chartis ecclesiasticis juvarem *Damasum* romanae urbis episcopum, et orientis atque occidentis synodicis consultationibus responderem . — Judicio *Sirieii* de damnatione Joviniani ac sociorum *Ambrosius* aliique episcopi sic subscribunt (inter ep. Ambrosii 42. η. 1; **J/** 16, 1124): „Recognovimus litteris Sanctitatis tuae boni pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi januam serves, et pia sollicitudine Christi ovile custodias, dignus quem oves Domini audiant et sequantur: et ideo quia nosti oviculas Christi, lupos facile deprehendes, et occurres quasi providus pastor, ne isti moribus (morsibus?) perfidiae suae feralique ululatu dominicum ovile dispergant.u — Anastasium I consuluit *Joannes* episcopus *hierosoiymifanus,* num Rufinus propter versos e graeco in latinum Origenis ττίρί σρχωΐ' libros condemnandus esset (vide ep. 1. ejusdem *Anastasii; Ai* 20, 68 ss). — Minores *archimandrites* et ceteri *monachi secundae Syriae,* ab eutychianistis saeva passi, scribunt «sanctissimo et beatissimo unhersae orbis terrae patriarchae Hormisdae. continenti sedem

principis apostolorum Petri“ (quod nexemplum relationis" invenitur inter ep. Hormisdae 22. et 23; **J/** 63, 410. 411 ; al. ep. 39): .Quoniam . . Christus Deus noster principem pastorum et doctorem et medicum animarum constituit vosl) . dignum est passiones, quae nobis contigerunt, exponere, et immisericordes ostendere lupos, qui dissipant gregem Christi, ut auctoritatis baculo eos expellat de medio ovium, verbo autem doctrinae animam sanet, et orationis medicamentis mitiget . . Deprecamur ergo, beatissime pater2), . . ut exsurgatis, cum fervore et zelo, et condoleatis juste pro corpore laniato, nam caput estis omnium, et vindicetis fidem contemptam, canones conculcatos . . Vobis a Deo data est potestas et auctoritas ligare et solvere.“ — *Possessor,* episcopus ille afer, judicium Hormisdae de libro Fausti rejensis episcopi, his exposcit (post ep. 69. Hormisdae; .1/ 63, 489): „Decet et expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum. Qui enim majorem circa subjectos sollicitudinem gerit, aut a quo magis est nutantis fidei stabilitas exspectanda, quam ab ejus sedis praeside, cujus primus a Christo rector audivit: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo- ecclesiam meam'(Mat 16,18)?“ — Ipse imperator *Justinianus* ad Joannem II ita scribit (inter ep. Joannis; ***M*** 66, 14. 15; al. ep. 84): „Reddentes honorem apostolicae sedi et vestrae sanctitati, quod semper nobis in voto fuit et est (ut decet patrem), honorantes vestram beatitudinem, omnia quae ad ecclesiarum statum pertinent, festinavimus (festinamus) ad notitiam deferre vestrae sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem vestrae apostolicae sedis et statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire; quae (qui) hactenus obtinet, et incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Itaque omnes sacerdotes universi orientalis tractus et subjicere et unire sedi vestrae sanctitatis properavimus. In praesenti ergo quae (hic) commota sunt, quamvis manifesta et indubitata sint, et secundum apostolicae vestrae sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme (ferme) custodita et praedicata, necessarium duximus ut ad notitiam vestrae sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quidquam quod ad ecclesiarum

1 Editio, quam *Thiel* fecit, recipit: constituit nobis vestrum sanctum angelum·1.

’) *Thiel* praefert: „beatissimic.

statum pertinet, quamvis manifestum et indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestrae innotescat sanctitati, quae (quia) caput est omnium sanctarum ecclesiarum/

.507 Ad haec jam antiquitus per varias regiones orbis a pontificibus romanis esse legatos, nuntios, vicarios suos pro opportunitate constitutos, compluribus documentis clare demonstratur. Ita e. c. *Siricius* scribit (ep. 4. ad Anysium thessalonic. episc.; **J/** 13, 1148. 11491: „Etiam dudum . . litteras dederamus, ut nulla licentia esset sine consensu tuo in Illyrico episcopos ordinare praesumere/ — Pariter *Innocentius I* (ep. 1. ad Anysium thessalonic. ; **J/** '20, 463 ss) eam in Illyrici ecclesias potestatem Anysio confirmat, quam a praedecessoribus suis Damaso, Siricio, Anastasio eidem episcopo thessalonicensi collatam esse memorat. Qui et praecipit (ep. 13. ad Rufum thessalon. episc. n. 3; *M*20,516): „Arripe itaque, dilectissime frater, nostra vice per suprascriptas ecclesias, salvo earum primatu, curam : et inter ipsos primates primus, quidquid eos ad nos necesse fuerit mittere, non sine tuo postulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam quidquid illud est finietur, aut tuo consilio ad nos usque perveniendum esse mandamus/· — *Zosimus* (ep. 1. ad episcopos Galliae c. 1. 3: **J/** 20, 642 ss): „Placuit apostolicae sedi, ut si quis ex qualibet Galbarum parte, sub quolibet ecclesiastico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi metropolitan! arelatensis episcopi formatas acceperit, quibus sacerdotium suum, vel locum ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus adstipulatione perdoceat . . Quisquis igitur, fratres carissimi, praetermissa supradicti formata, sive episcopus, sive presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiori gradu sit, ad nos venerit, sciat se omnino suscipi non posse. Quam auctoritatem ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat, id quod statuimus omnimodis esse servandum. Si quis autem haec salubriter constituta temerare tentaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum . . Ouoniam metropolitanae arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cujus fonte totae Galliae fidei rivulos acceperunt, directus est, idcirco quascumque paroecias in quibuslibet territoriis, etiam extra provincias suas, ut antiquitus habuit, in-

& FI

temerata auctoritate possideat. Ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censemus, nisi magnitudo causae etiam nostrum requirat examen.u — *Coclcsiinus I* (ep. 3. ad episcopos Illyrici; **J/** 50, 427 ss): „Inter ceteras curas et diversa negotia quae ad nos ex cunctis veniunt semper ecclesiis, propensiorem nos etiam vestri sollicitudinem gerere, et ex decretorum nostrorum sanctione discetis, et ipsarum qualitate causarum poteritis advertere . . Nec nova haec sedi apostolicae cura de vobis est: statutum (nostis saepius experimento?) nostris saepius experimentum hoc, quod nos agimus, thessalonicensi ecclesiae semper esse commissum, ut vobis vigilanter intendat. Facile disciplinae subdi se patitur, qui ipsam ut condecet amplectitur disciplinam . . Sunt culpae aliquantae non leves, quae illis innatae provinciis ad nos, cum simus longius, non possunt pervenire; aut jam semotis omnibus, non ita ut sunt acta, interposito temporis spatio perferuntur; quas omnes nos intercessione fratris et coepiscopi nostri Rufi . volamus resecari. Cui vicem nostram per vestram provinciam noveritis esse commissam, ita ut ad eum, fratres carissimi? quidquid de causis agitur, referatur . . Per eum etiam ad nos' si quid est, referatur?' — *Leo Al.* (ep. 14. al. 12. ad Anastasium thessalonic. episc. c. 1; *AI* 54, 668. 669): „Dilectioni tuae priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi ut curam quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostrae mansuetudinis adjuvares et longinquis a nobis provinciis praesentiam quodammodo nostrae visitationis impenderes: siquidem continenti opportunoque prospectu promptum tibi esset agnoscere quid in quibusque rebus vel tuo studio componeres, vel nostro judicio reservares. Nam cum majora negotia et difficiliores causarum exitus liberum tibi esset sub nostrae sententiae exspectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id quod mensuram tuam excederet deviandi.ul) Idem Leo etiam scribit (ep. 111. al. 84. ad Marcianum Augustum c. 3; *AI* 54, 1022): .Illud quoque clementiae vestrae benevolentiam peto, ut venerabilem fratrem vestrum fratrem meum Julianum episcopum, in vestro,

*) De genuinitate epistulae hujus vel ceterarum spectantium ad vicariatum thessaloniccnsem vide *Zeitschrift für hath. Theol.* Innsbruck 1897. 21, 1 ss.

sicut facere dignamini, habeatis affectu; cujus obsequiis praesentiae meae vobis imago reddatur. Nam et de fidei ejus sinceritate confidens, vicem ipsi meam contra temporis nostri haereticos delegavi; atque propter ecclesiarum pacisque custodiam, ut a comitatu vestro non abesset, exegi. Cujus suggestiones, pro concordia catholicae unitatis, tamquam meas audire dignemini?

508 Ceterum ad partes, quas pontifices romani speciatim in episcopis sive confirmandis sive deponendis, in celebrandis synodis, in causis fidei habuerint, locis suis oratio redibit,

500 Ne ethnicos quidem ipsos priorum saeculorum auctoritas praecellens romani pontificis praeteriit. Eo referre licet, quod teste *Cyfriano* ep. 52. al. 55. ad Antonianum n. 9; **J/** 3, 774) *Decius* imperator „multo patientius et tolerabilius audiret, levari adversus se aemulum principem, quam constitui Romae Dei sacerdotem.'* — Item huc pertinet, quod narrat *Eusebius* (hist. eccl. l. 7. c. 30; **J/** 20, 719): „Cum Paulus (samosatenus) a recta fide simul et episcopatu excidisset, Domnus . . administrationem antiochensis ecclesiae suscepit. Sed cum Paulus e domo ecclesiae nullatenus excedere vellet, interpellatus imperator *Aurelianus* rectissime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi praecipiens, quibus italici Christianae religionis antistites et romanus episcopus scriberent. Hoc modo vir supra memoratus cum summo dedecore per saecularem potestatem ab ecclesia exturbatus est."—Vide etiam *AmmianiMarcellini\^r\xxng&sM*.. 15. c. 7.

510 Hinc recte celebratur a *Leo XIII* (encycl. de unitate ecclesiae, 29. jun. 1896) „consensus antiquitatis, quae episcopos romanos sine ulla dubitatione sic semper observavit et coluit ut beati Petri legitimos successores"; ubi et adjungitur: .,Quem vero lateat quot in eamdem rem extent et quam luculenta sanctorum patrum testimonia? . . Quod igitur erat in fide Christiana, quod non una gens, aut una aetas, sed aetates omnes, et oriens pariter atque occidens agnoscere atque observare consueverat, id meminit, nullo contradicente, ad ephesinam synodum . . legatus."

3. Factum est historicum, episcopatum urbis Romae a s. Petro apostolo susceptum et ad ipsius mortem retentum usque esse. Atqui in primatu de ecclesia universa illum eundem s. Petro succedere est censendum, qui succedat ei in episcopatu particulari ad vitae exitum retento.

Prob. maj. a. argumento quodam generali atque indirecto: 512
Persuasum erat Christianis ab aevo apostolico per saecula complura constanter et ubique de episcopatu romano s. Petri. Nimirum catholicos quidem ad pontificem romanum instar capitis ecclesiae totius tanto tempore honorandum non alia unquam ratione adductos esse constat, nisi quod episcopi urbis Romae perpetua serie singuli singulis succedentes eam sedem obtinerent, in qua episcopus ipse primus, b. Petrus, pastoris summi jura moriens reliquisset. Certe etiam adversarii primatus coguntur confiteri, initio saeculi V legitimam pontificis romani inde a Petro successionem fuisse placitum Christiani nominis universi receptissimum; atqui ex consensu saeculi V colligitur cum certitudine consensus saeculi IV; neque enim factum adeo fundamentale, a quo tota constitutio et vita publica ecclesiae penderet, quo supposito ecclesia una super reliquas omnes gradu proprio depulsas efferretur, tempore intermedio effingi potuit, quin ullus ex tot Patribus, pastoribus et doctoribus ecclesiae, scientia et sanctitate eminentibus, sive occidentis sive saltem orientis, reclamaret; qualis reclamationis ne vestigium quidem exstat; immo vero documenta saeculi V, quae episcopatum romanum s. Petri attestantur, notitiam hanc simpliciter ut ab antiquitate derivatam exhibent. Porro ratiocinio simili quaenam sententia saeculi III, II, I fuerit, infertur. Haeretici autem ipsi seu schismatici vetustiores omnes factum tantopere invisum vel et diserte objectatum negare non sunt ausi; primi romanum iter atque episcopatum Petri waldenses impugnarunt, dein Marsilius Patavinus multique protestantes, rationibus omnino futilibus innixi; quapropter alii, admissa potius romana Petri sive sede episcopali sive saltem commorationel;, primatum hinc immerito tributum esse romanis antistitibus contendunt.

·) Ita nuperrime *Harnack* (Chronologie der altchristlichen Litteratur, Bd 1 244, Anm. 2): „Der Martyrertod des Petrus in Rom ist einst aus tendenziös-protestantischen, dann aus tendenzkritischen Vorurtheilen bestritten worden. In beiden Fallen hat der Irrthum der Erkenntniss wichtigcr geschichtlicher Wahrheiten Vorschub geleistet, also seine Dienste gethan. Dass es aber ein Irrthum war, liegt heute für jeden Forscher, der sich nicht verblendet, am Tage. Der janze kritischc Apparat, mit dem Baur die alte Tradition bestrittcn bat, gilt heote mit Recht für werthlos."

513 Atqui non nisi veritas explorata reddi potest ut sufficiens ratio persuasionis talis, i. e., universalis in societate tam ingenti, continuae per multa saecula, ad tempus ipsum, quo res testata evenisse affirmatur, pertingentis ejusque insuper de facto, quod sit momenti pro tota societate summi neque solum criticae schismaticorum vigilanti, verum etiam aemulationi catholicorum tam obnoxium, quam quod maxime, Neque error hac in causa vel cum legibus moralibus vel cum providentia divina satis conciliari potest.

b. Ad hoc non desunt directa priorum saeculorum testimonia. Ouae ut rite aestimentur, est ante oculos habendum, non de longitudine episcopatus controversi accurate definienda, sed simpliciter de episcopatu romano b. Petri modo agi. Hunc autem episcopatum, quamvis per se sine ulla in urbe Roma residentia, quam vocant, cogitari atque exstitisse possit, fatemur tamen sponte, in concreto vel historice nexu tam arto cum adventu Petri apostoli in urbem et romana commoratione cohaerere, ut his negatis ipsa veritas episcopatus, saltem pro testificatione historica directa, vel vacillet vel aegre sustineri queat. Sed et vicissim jure postulamus, ne testimonia illa, quibus iter romanum, commoratio in urbe, martyrium ibi confectum perhibetur, tamquam ea seponantur, quibus pro episcopatu demonstrando momenti nihil insit. Nam cum episcopatus ipsis quidem minime excludatur, aliis vero locis aperte enuntietur, factum illud unum, quod in veritate rerum exstitit, ex pluribus velut elementis, i. e., adventu in urbem, commoratione, episcopatu romano usque ad mortem pro Domino in cruce gloriosam coalescere intellegitur; unde et auctores illos, qui horum tantum partem per occasionem memorant, respicere factum integrum ideoque elementa cetera implicite testari judicandum est. Et sane factum, de quo agitur, ita comparatum erat, ut ejus ratione antiquitas Christiana agnosceret episcopos romanos ut successores Petri; atqui ad hoc non sufficit profecto adventus vel commoratio simplex neque martyrium in urbe qualecumque, verum potius episcopatus romanus flagitatur. Itaque proferimus ex ordine primorum quattuor saeculorum testimonia.

Oj

Et saeculum quidem 1\ ab *Hieronymo* attingitur; qui non magis suam quam nominis totius christiani firmissimam persua-

siunein sic v. g. exprimit (de viris illustribus c. 1; *M* 23, 607 ss): .Simon Petrus, filius Joannis, provinciae Galilaeae, e vico Bethsaida, frater Andreae apostoli, et princeps apostolorum, post episcopatum antiochensis ecclesiae, et praedicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia, secundo Claudii imperatoris anno, ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id est, decimum quartum. A quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis: asserens se indignum qui sic crucifigeretur ut Dominus suus . . Sepultus Romae in Vaticano, juxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur.a — Pariter *Chrysostomus* (in inscriptionem Actorum hom. 2, habita Antiochiae, n. 6; *M* 51, 86. 87): „Quando Petri feci mentionem, subiit animum meum alterius Petri recordatio, communis patris et doctoris, qui cum illi in virtute successisset, etiam illius cathedram est adeptus. Haec enim est una etiam nostrae civitatis praerogativa dignitatis, quod principem apostolorum ab initio doctorem acceperit. Aequum enim erat, ut ea, quae nomine Christianorum ante universum orbem terrarum ornata tuit, primum apostolorum pastorem acciperet. Sed cum eum doctorem accepissemus, non in perpetuum retinuimus, sed regiae civitati Romae illum concessimus: imo vero in perpetuum ipsum retinuimus: nam corpus quidem Petri non retinemus, sed Petri fidem tamquam Petrum retinemus.^ \zide et hom. 32 in Rom n. 2 (J/ 60, 678), ubi ille sic Romam felicem celebrat: „Propterea ego Romam diligo, quamquam aliunde illam laudare possim, a magnitudine, ab antiquitate, a pulchritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter gestis. Sed missis ceteris omnibus, ideo illam beatam praedico, quia Paulus et dum viveret illis scripsit, atque ipsos ita dilexit, ac praesens ipsos alloquutus est, vitamque ibidem clausit. Ideoque hinc clarior est civitas, quam ex aliis omnibus; ac quemadmodum corpus magnum et robustum duos illa urbs habet oculos splendentes, horum videlicet sanctorum (Pauli et Petri) corpora. Non ita splendet caelum, cum radios sol emittit, ut romanorum urbs duas illas lucernas habens per totum orbem lucem emittentes. Hinc rapietur Paulus, hinc I etrus. Cogitate

et exhorrescite, quod spectaculum visura sit Roma, Paulum videlicet repente ex illa theca cum Petro resurgentem, et sublatum in occursum Domini; qualem rosam Christo mittit Roma, quibus coronis urbs illa circumdatur, quibus aureis catenis cingitur, quos habet fontes! Propterea urbem admiror, non propter auri copiam, vel propter columnas aliumque fastum, sed propter has ecclesiae columnas."

516 Pariter *Ephraem syrus* (de Salvatoris nostri passione et resurrectione serm. 1. η. 1; ed. Lamy 1, 342): «Divus praeco Simon ex urbe Roma alta voce praedicabat.“ Et (hymn. 8. de crucifixione n. 8; ib. 712): ..Occidens duas splendidas offerat coronas, coronas suavem per omnes orbis partes odorem spargentes. In occidente duo astra immerguntur et duo apostoli sepulti jacent; illic perpetuo refulgent radii qui nunquam immersi fuerunt. Simon quippe solem devicit et apostolus (Paulus) lunam operuit." Insuper s. Ephraem memorat distincte (carm. nisib. 59; ib. LXXIV), «Simonem deorsum in ligno fuisse crucifixum." — *Eusebius* (chronicor. 1. 2; *M* 19, 539): «Petrus apostolus, cum primum antiochenam ecclesiam fundasset, Romam mittitur, ibique evangelium praedicans 25 annis ejusdem urbis episcopus perseverat." Est quidem iste liber Hieronymo interprete et amplificatore editus; sed et apud Syncellum, qui textum graecum Eusebii servavit, haec leguntur (ib.): *Πέτρο ὁ κορυφαίο, πρώτην* à* *Αντιόχεια Οεμελιώσα εκκλησίαν, ει 'Ρώμην απεισι κηρϋττων τδ ενα^γέλιον· δ δ|αυτό μετά τη εν Αντιοχείηι εκκλησία καί τη εν 'Ρώμη πρώτο προέστη έω τελειώσεω αντου.* Cf. etiam versio armenia. Consona habet Eusebii chronie, in annum 11 et 13 Neronis (ib. 543. 544); hist. eccl. 1. 2. c. 14. 15. 17; (JZ20, 170 ss); 1.3. c, 2. 4 (ib. 215.222). Ceterum Eusebio licuit inspicere, praeter Irenaeum (cf. Eusebii hist. eccl. 1. 5. c. 6; **J/** 20, 446), opera *Uegesippi,* qui de se ipse attestatur (ib. 1. 4. c. 22; *M* 20, 377): *Γενόμενο δέ εν Ρώμη, διαδοχήν έποιησάμην μέχρι Ανικιτου, ου διάκονο ην 'Ελεύθερο. Καί παρά Ανίκητου διαδέχεται Εωτηρ, μεθ' ω* 'Ελεύθερο. Έν έκαστη δέ διαδοχή καί έν έκαστη πόλει ούτω έχει, ώ δ νόμο κηρύττει καί οί προφήται καί δ Κύριο.* — Ita *auctor carminis adv. Marcionem* (1. 3. c. 9; *Al* 2, 1077. 1078): „Hac cathedra, Petrus qua sederat ipse, locatum — Maxima Roma Linum, primum considere jussit . . Constabat pietate vigens ecclesia Romae Composita a Petro, cujus successor et

ipse Jamque loco nono cathedram suscepit Hyginus." — Eodem spectant *Petrus alexandrinus* episcopus et martyr (ep. canon, n. 9; *Al* 18, 483), *Arnobius* (adv. gentes 1. 2. n. 12; J/5, 828), *Lactantius* (divinar. institut. 1. 4. c. 21; *Ad* 6, 516. 517, et de mortibus persecutor, n. 2; *Ad 7,* 195 ss), *Athanasius* (apolog. de fuga sua n. 18; *Ad* 25, 667), *Optatus* (supra n. 236. 487), *Epiphanias* (haeres. 27. vel 7. n. 6; *Ad* 41, 371 ss), *Orosius* (historiar. 1. 7. c. 6. 7; *Ad* 31, 1072 ss), *Augustinus* (ep. 53. al. 165. ad Generosum c. 1. n. 2. 3; *Ad* 33, 196. 197, et de haeresibus n. 1; *Ad* 42, 25. 26), alii. — Plena denique apparet ex quarto saeculo in praesenti quaestione cum occidentalibus consensio orientalium eorumque non solorum hominum catholicorum, sed et *sectarum veterum,* ut nestorianorum. Sane in officio divino, v. g. apostolorum Petri et Pauli, sic illi ecclesiae romanae gratulantur (apud *Ebedjesu Khayyath,* Syri orientales seu chaldaei nestoriani et romanorum pontificum primatus. Romae 1870. c. 1. n. 2): «Beata es Roma celeberrima, urbs regalis, sponsi caelestis ancilla, in qua quasi in portu positi sunt duo praecones veritatis, Petrus ille caput apostolorum super cujus firmitatem aedificavit Servator noster ecclesiam suam fidelem, et Paulus electus ac apostolus." Et in officio dominicae 3. sanctificationis vel dedicationis ecclesiae canitur antiphona (ib. c. 2. §. 3): .Dicit Roma in saecula saeculorum (duratura) aedificata est ecclesia, quae non vincetur a regibus neque a potestatibus." Et denuo ecclesia chaldaica in officio ss. Petri et Pauli cantat apud *Josephum David,* Antiqua ecclesiae syro-chaldaicae traditio circa Petri apostoli ejusque successorum romanorum pontificum divinum primatum. Romae 1870. art. 3. §. 1): «Exornemus, fratres, nosmetipsos laudabilibus ac eminentibus actibus in commemoratione apostolorum et doctorum, qui doctrina sua mundum illuminarunt; Petri electi apostolorum capitis, qui Romae complevit suum ministerium . .“ Ecclesia autem syriaca in officio eodem loquitur (ib.): „Glorificemus Deum majestate plenum, qui ad fortissimam Romam misit jugum discipulorum illustrium, Petrum et Paulum . . Per Neronem impium coronati sunt magnates apostolorum, Petrus et Paulus/' Porro in officio pentecostes syrorum dicitur (ib.): „Spiritus descendit de coelo ad coenaculum, et ignem ad instar linguarum apostolis distribuit. Simonem misit Romam", et: „Missi sunt

apostoli ad evangelizandos omnes populos; unicuique autem eorum locum designavit et dedit Filius Dei; Simoni quidem Romam."

Ô17 Saeculi III testis *Anatolius alex.,* laodicensis in Syria episcopus, haec narrat (canonis paschal, c. 10; **J/** 10. 217): „Asiae episcopi . . indubitanter omnibus annis, quando 14. luna adfuisset, et agnus apud judaeos immolaretur, aequinoctio transvadato, pascha celebrabant, non acquiescentes auctoritati quorumdam, id est Petri et Pauli successorum; qui omnes ecclesias in quibus spiritalia evangelii semina severunt, solemnitatem resurrectionis Domini in die tantum dominica posse celebrari docuerunt. Unde et contentio quaedam exorta est inter eorum successores, X'ictorem scilicet romanae urbis eo tempore episcopum, et Polycratem qui tunc in episcopis Asiae primatum gerere videbatur.“ — Eodem facit testimonium a s. *Firmiliano,* in defensione quidem causae nequaquam bonae, in epistula ad Cyprianum data memoratum; quod pridem (n. 68) positum resumatur; in epistula autem illa etiam haec legimus (n. 6. 17; **J/** 3, 1159. 1169 : „Eos autem qui Romae sunt non ea in omnibus observare quae sint ab origine tradita, et frustra apostolorum auctoritatem praetendere scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschae et circa multa alia divinae rei sacramenta videat esse apud illos aliquas diversitates, nec observari illic omnia aequaliter quae Hierosolymis observantur, secundum quod in ceteris quoque plurimis provinciis multa pro locorum et nominum (hominum?) diversitate variantur, nec tamen propter hoc ab ecclesiae catholicae pace atque unitate aliquando discessum est. Quod nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversum vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum amore et honore mutuo custodierunt, adhuc etiam infamans Petrum et Paulum beatos apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint, qui in epistolis suis haereticos exsecrati sunt et ut eos evitemus monuerunt . . Stephanus, qui per successionem cathedram Petri habere se praedicat, nullo adversus haereticos zelo excitatur.4 — Quibus adde perspicua verba *Cypriani,* quae supra (n. 488) recitavimus. — *Origenes,* quem supra (n. 505), Eusebio tradente, jam audivimus sub Zephyrino pontifice petiisse Romam, *Eusebio* eodem teste (hist. eccl. l. 3. c. 1 ; **J/** 20, 215) „haec . . in tertio volumine expositionum in

Genesim disertis verbis commemorat": „Petrus per Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam atque Asiam judaeis qui in dispersione erant, praedicasse existimatur. Qui ad extremum Romam veniens, cruci suffixus est capite deorsum demisso: sic enim ut in cruce collocaretur oraverat? — *Auctor Philosophumenon* de Simone mago (l. 6. n. 20; *M* 16, 3225): „Simon . . usque ad Romam progressus incidit in apostolos, cui multum Petrus adversatus est praestigiis seducenti multos/' — Accedit catalogus veterrimus pontificum romanorum a Petro incipiens, qui fuerit confectus ab *Hippolyto* et est receptus in catalogo liberiano (vide *Duchesne,* le liber pontificalis, Paris 1886. 1, IX col. II—IV et 2 ss). — Item ab *auctore libri contra Artemonis haeresim* elaborati, aequali quidem Zephyrini, nominatur (ex *Eusebii* hist. eccl. l. 5. c. 28; *M* 20, 511) Victor „tertius decimus a Petro romanae urbis episcopus/' — Etiam *Caji* presbyteri testimonium prodit his *Eusebius* (hist. eccl. l. 2. c. 25; *M* 20, 207 ss): „Paulus quidem Romae capite truncatus, Petrus vero cruci suffixus fuisse, eodem (Nerone) regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quae in urbis Romae coemeteriis etiamnum visuntur (zrà *πιστουταί γε την ιστορίαν ί Πίτρον ν.αι Παύλου ει δεύρο κρατήσασα επι τών αύτό&ι κοιμητηρίων πρόσρησι).* Sed et Cajus quidam, vir catholicus *(εκκλησιαστικό*

Qui Zephyrini romanae urbis episcopi temporibus floruit, in eo libro quem scripsit adversus Proclum patronum sectae cataphrygarum, de loco in quo praedictorum apostolorum sacra corpora *(τα ιερά σκηνώματα,* cf. *2 Pet* 1, 14) deposita sunt, ita loquitur: ‚Ego vero, inquit, apostolorum tropaea possum ostendere. Nam sive in \raticanum, sive ad ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi tropaea eorum qui ecclesiam illam (romanam) fundaverunt *(είρήσει τά τρόπαια τών τούτην ιδρισαμίνων την εκκλησίαν)**— Saeculi saltem III est hoc testimonium *Tertulliani* (de praescript, c. 36; *M* 2, 49): „Percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipsae adhuc cathedrae apostolorum suis locis praesident . . Si . . Italiae adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas praesto est. Ista quam felix ecclesia ! cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt; ubi Petrus passioni dominicae adaequatur: ubi Paulus Joannis exitu coronatur/' Cf. ib. c. 32 (**J/** *2, 45)*

et de baptismo c. 4 (**J/** 1, 1203) vel Scorpiace c. 15(4/2,151) vel adv. Marcionem 1. 4. c. 5 (**J/** 2, 366).

518 Ex saeculo II ad nos pervenit *Irenaei* testimonium superius (n. 489) allatum ; quod quidem perpensa viri qualitate est gravissimum et vel solum ad hanc omnem controversiam finiendam sufficit. Ejusdem auctoris est et haec sententia (1. 3. c. 1. n. 1; **J/** 7, 844. 845): „Matthaeus in hebraeis ipsorum lingua scripturam edidit evangelii, cum Petrus et Paulus Romae evangelizarent, et fundarent ecclesiam *(τον Hît ç o v χαί τον Παύλον εν lPtôuij εναγγελιΖομενών, χαί ϋεμελιονντων ττν &.χλησίαν).*“ — De *Clemente alex,* haec testatur *Eusebius* (hist. eccl. 1. 6. c. 14; ***M*** 20, 551 : „In iisdem libris *(νπστνπώσεων)* Clemens traditionem quamdam de ordine evangeliorum quam a vetustioribus presbyteris acceperat, refert in hunc modum. Dicebat ex evangeliis, prius scripta esse illa quae seriem generis dominici continent. Marci autem evangelium ex hujusmodi occasione scriptum fuisse. Cum Petrus in urbe Roma verbum Dei publice praedicasset, et Spiritu sancto afflatus evangelium promulgasset, multi qui aderant Marcum cohortati sunt, utpote qui Petrum jamdudum sectatus fuisset, et dicta ejus memoria teneret, ut quae ab apostolo praedicata erant conscriberet." — Quibuscum et haec adnotatio ejusdem *Eusebii* cohaeret (1. 2. c. 15; 4/20, 171): „Cui (Clementi) testis etiam accedit *Papias,* hierapolitanus episcopus." — Aliud pretiosum testimonium inseruit *Eusebius* historiae suae ecclesiasticae (1. 2. c. 25; ***M*** 20, 210), *Dionysii* episcopi *Corinthiorum,* his narratis: „Porro ambos (Petrum et Paulum) uno eodemque tempore martyrium subiisse, Dionysius Corinthiorum episcopus ad romanos scribens, testatur his verbis: ‚Ita et vos', inquit, ‚tanta admonitione vestra, sementem quae Petri ac Pauli satione succreverat, romanos scilicet et Corinthios, simul commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi, sparso evangelicae doctrinae semine nos instituerunt; et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent *(ομοίω ôè χαί ει την Ιταλίαν, ομόσε όιόάξαντε),* eodem tempore martyrium pertulerunt'." vi

519 Saeculo ipso I concepta dici debet persuasio *Ignatii* ad factum, de quo agitur, haud obscure alludentis per conjunctionem specialem duorum illorum apostolorum et quidem Petri non

minus quam Pauli cum romanis ita indicatam (ad romanes n. 4; *1'* 1, 217 ss) : „l£go omnibus ecclesiis scribo omnibusque mando, quod lubens pro Deo moriar, siquidem vos me non impediatis. Obsecro vos, ne intempestivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei et per ferarum dentes molor, ut purus panis Christi inveniar. Feris potius blandimini, ut mihi sepulcrum fiant . . Christum pro me supplicate, ut per haec instrumenta Deo hostia inveniar. Non at Petrus et Paulus vobis praecipio (ov% ὠ *Πέτρο y.ai Παύλο iuac'ioouuai* n<zr). Illi apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus. Sed si patiar, libertus fiam Jesu Christi et in ipso resurgam liber/ Cf. verba martyris eiusdem, quae jam dedimus (n. 490j. — Confirmatio accedit dictis hactenus ex testificatione *Clementis romani,* considerata in contextu, unde facile intellegimus cum Paulo Petrum referri in martyres in urbe ipsa Clementis tempore passos; qui quidem in hunc modum scribit (ep. 1. ad corinthios n. 5. 6; *jFI, 67* ss): .Ut vetera exempla (effectuum zeli et invidiae) relinquamus, ad proximos athletas veniamus *ελ&ωμεν επί του έγγιστα γενοιϊϊίοι* αZ/Zζ'τά); saeculi nostri *(τη γενεά ημών)* generosa exempla proponamus. Propter zelum et invidiam, qui maximae et justissimae columnae erant, persecutionem passi sunt et usque ad mortem certaverunt *(εω θανάτου η&λησαν,* quae lectio *ηίΗ.ησαν* ex codice constantinopolitano nuper invento jam est certa). Ponamus nobis ante oculos bonos apostolos (τοι *άγα&οί άποπόλου):* Petrum, qui propter zelum iniquum non unum aut alteram, sed plures labores sustulit atque ita martyrium passus *[ιιαρτυρησα)* in debitum gloriae locum discessit. Propter zelum et contentionem Paulus patientiae praemium exhibuit, septies in vincula conjectus, fugatus, lapidatus, in oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est, qui postquam mundum universum justitiam docuit et ad occidentis terminos venit et coram praefectis martyrium subiit *(μαρτυρήσα επί των ηγουμένων),* sic e mundo migravit et in locum sanctum abiit, summum patientiae exemplar exsistens. Viris istis sancte vitam instituentibus *(οσίω πολιτευσαμένοι)* magna electorum multitudo aggregata est *(συνηϋροίσϋη),* qui suppliciis multis et tormentis, propter zelum passi, exemplar

optimum inter nos (fi· fui»·) extiterunt. Propter zelum perse cutionem passae mulieres Danaidae et Dircae4, i. e., feminae Christianae coactae personam Dirces vel Danaidarum susti-nere, „postquam gravia et nefanda supplicia sustinuerunt, ad firmum fidei cursum pertigerunt et debiles corpore nobile praemium acceperunt.41).

520 Immo in scriptura ipsa factum, de quo quaeritur, indicatur. Etenim *1 Pel* 5, 13, ubi dicitur: „Salutat vos ecclesia, quae est in Babylone coelecta, et Marcus filius meus", nomine Babylonis metaphorice Romam designari, eandemque epi-stulam a s. Petro scriptam esse Romae, Patres et interpretes veteres consentiunt. Hanc expositionem *Eusebius* jam attri-buit *Clementi alex,* et *Papiae* hierapolitano ; nam postquam narravit, romanis rogantibus a Marco, Petri sectatore, evan-gelium ex doctrina Petri viva voce ipsis tradita esse scriptum et auctoritate Petri comprobatum et id referri a Clemente in sexto institutionum libro et a Papia, episcopo hierapolitano, ita dicere pergit (hist. eccl. 1. 2. c. 15; *Al* 20, 171 ss): „Porro Marci mentionem fieri ajunt a Petro in priore epistola, quam Romae scriptam esse contendunt, idque Petrum ipsum innuere, qui Romam figurate Babylonem appellat *(τον όέ Μάρκον in-r-*

U*

f) Juverit hoc loco audire *Funk* (ad n. 5) notantem: „Petrum Romae mor-tuum esse Clemens hic non expressis quidem, sed satis perspicuis verbis dicit. Duo praesertim consideranda sunt. Cnm Paulus, altera ecclesiae columna, ut nemo negat, Romae mortem subierit, verisimile est. Petrum a Clemcnte *roman* ideo simul cum eo nominatum esse, quia ipse quoque in illa urbe martyrium passus est. Accedit, quod auctor c. G de Christianorum persecutione per Neronem Romae facta satis aperte loquitur, et cum hoc capitulum artissime cum antecedente cohaereat, etiam Petrus Romae decessisse putandus est. Quae ita esse et plures theologi protestantes agnoverunt, e. g. Ncander, Geschichte der Pflanzung und Leitung der Kirche durch die Apostel cd. IV 1847 II 601 sq.; Hilgenfeld. Historisch-kritische Einleitung in das N. T. 1875 p. 620 sq. Zeitschrift f. wiss. Thcol. 1872 p. 353 sq ; 1876 p. 59—6-1; Seyerlen, Entstehung und erste Schick-sale der Christengemeinde zu Rom 1874 p. 51 sq. Bene dicit Harnack ad h. l.: Lis sub judice adhuc non esset, nisi critici fabulis illis Pseudoclcmentis vel judai-zantium Christianorum plus quam par est auctoritatis tribuerent.14 Unde etiam regesta pontificum romanonim in editione priore quidem, quam *Jaÿê* curavit, ordi-untur ab hac confessione : „S, Petrum una cum s. Paulo in urbe Roma de chri-stianis sacris praecepisse, conditaque ecclesia exstinctum esse, antiquissima sunt testimonia s. Clementis . In editione secunda nomen Clementis male praeter-mittitur.

„„πίίίΓ rôy *Πέτρον* Λ- *τη προτέρα Ιπιατολη, ην ν.αί συντάξαι φασ'ιν* y (ft'rr;ÿ 'Pw/RV, *τα τοϊτ' αϊτόν την πάλιν τροπικότερον iMηι προσειπόντά)* his verbis: ‚Salutat vos Babylonis ecclesia a Deo perinde ac vos electa, et Marcus filius meusi" Cf. *Hieronymi* de viris illustr. c. 8 (**J/** 23, 621). Et sane Roma significari potuit judaeis symbolo Babylonis, similiter quondam utentis, impiae, judaeos opprimentis; neque ulla inde exstitit occasio errandi, ratione habita Silvani (ex 5, 12) epistulam l deferentis; et prudentia suadere potuit, ut Romae nomen proprium reticeretur; tum etiam alibi Roma Babylon appellatur •*Afioc* 14, 8; 16, 19; 17, 5 coi. 9. 18; 18, 2. 10. 21); neque tropus talis est a stilo epistulae alienus (cf. *2 Tim* 4, 17, quin et *l Pet* 1, 1; 2, 2 etc), et videtur nomen Babylonis pro Roma velut alterum judaeis exstitisse. Adde, quod cum Petro Marcus utique fuit Romae (cf. etiam *Coi* 4, 10; *Philem* 24; *2 Tim* 4, 11). Praeterea vero, id quod in hypothesi adversa prorsus non intellegas, nec vestigium in antiquitate reperitur commorationis s. Petri Babylone sive assyriorum, sive etiam Aegypti, quae utraque tunc nullo fere numero civitas erat, cum e contrario adventus s. Petri in urbem Romam res sit testatissima et per traditionem ipsorum syrorum et Chaldaeorum enuntiata. — Insuper sunt in rem, quae a Patribus in sententiis quoque aliquot s. Pauli *(Rom* 1, 8. 11; 2 *Tim* 4, 21) explanandis adnotantur; sic *Theodorctus* (in Rom 1, 11; *M* 82, 55): „Quia primus eis magnus Petrus doctrinam evangelicam praebuit^ necessario intulit: ‚Ad confirmandos vos'. Non enim aliam, inquit, doctrinam vobis afferre, sed eam quae jam oblata est confirmare, et arbores jam plantatas irrigare volo."

C. Idem testantur varia urbis Romae monumenta, aposto- 521
lorum principis memoriae a tempore antiquissimo consecrata vel addicta, ut ipsius vincula, locus habitationis, actionis, martyrii, sepulcra, ecclesiae, festum cathedrae Petri, cathedra materialis, nominis Petri impositio quaedam singularis Christianis facta, typus ipse traditus stabilis imaginis s. Petri. Cujusmodi monumenta exsistentem veterem persuasionem et traditionem probant ita, ut vis argumenti non pendeat ex eo, quod illa, praesertim omnia, genuina sint vel ostendantur1).

') Cf. *Grisar,* Geschichte Roms nnd der Pâpste im Mittelalter 1, n. 154 177. (81 (coi. 182. adnot. 3). 185. 187-189. 191-193. 274. 285. 33R. 407.

522 d. Nec profecto ista argumenta positiva per merum silentium documentorum aliorum enervari possunt, eo minus, quod silentii talis etiam idonea ratio redditur. Videlicet Actuum apostolorum scopus immediatus est quidem historicus, sed talis, ut ad demonstrandam divinam ecclesiae originem, tamquam ad primarium finem, et ipse ordinetur; unde non est mirum, si non cuncta apostolorum singulorum gesta enarrantur. Ad hoc cum s. Lucas esset comes s. Pauli, hujus in vincula conjecti auctoritatem apostolicam et doctrinam de gentilium vocatione studiosius tuetur contra judaizantes vel et integritatem civilem directe pro romanis, actorum s. Petri haud ignaris. Ceterum cf. illud mystice dictum 12, 17: „Et egressus (Petrus) abiit in alium locum? — Porro in epistula conscripta ad romanos s. Paulo silentio praeterire s. Petrum ideo licuit, quod tunc in urbe Petrus minime esset vel quod Phoebe deferens epistulam (vide 16, 1. 2) Petro tradere et alia convenientia adjungere ore posset; quod et ex consuetudine simili s. Pauli servata alibi confirmatur. — Rationibus iisdem explicari potest, quod in epistulis Pauli datis Romae neutiquam Petrus memoratur; ubi etiam subesse potuit consilium prudentiae (cf. *1 Pet* 5,13; *Act* 12, 17), vel quod minus digne Petrus, caput scilicet ecclesiae, simul cum fidelibus aliis salutans induceretur.

523 Praeterea decipiunt se ipsi, qui ortum traditionis de romana sede Petri tandem in *1 Pet* 5, 13 maie intellecto et in commentis apocryphis hominum judaizantium vel pseudo-clementinis de Simone mago ponunt. At enim primum validissima, quae sunt allata, testimonia manifesto neque ex 1 Pet 5, 13 neque ex historia Simonis magi, partim etiam multo posteriore et indolem fabulae prae se ferente, pendent. Quin potius ordine inverso veteres complures voce Babylonis designari Romam, idque recte, tam definite ideo existimant, quod commoratio romana s. Petri aliunde explorata erat; quae ipsa instar facti certi et admissi in narratione omni, quamvis ementita, quae fit de Simone mago, supponi vel etiam per indicia accurata commonstrari deprehenditur, ita ut lis Petri cum Simone mago Romae habita non nisi ut adjunctum ejusdem facti probatissimi appareat. Quod quidem adjunctum quamvis fabulosum foret, incolumis maneret veritas illius fact! principalis, i. e., romanae sedis Petri; ceterum si dubitari

j possit de quibusdam rebus historiae Simonis magi accidentalibus per auctores etiam graves traditis, ut de statuta ipsi sta- I tua, ejus volatu atque morte violenta, substantia tamen sita in ro- |aana Simonis illiusmet conversatione merito suscipiatur; quam j colligas ex iis, quae testatur *Maximus taurin.* (hom. 72; **J/**57, ; 405. 406), *Jheodoretus* (haeret, fab. 1. 1. n. 1; ***M*** 83, 343;, \ *Justinus* (de haeresibus n. 1; ***M*** 42, 25. 26), *Hieronymus* j (supra n. 515), *Sulpicius Severus* (chron. 1. 2. n. 28; ***M*** 20, 145), (*tbiphanius* (haer. 21. n. 5; **J/** 41, 294), *yhnbrosius* (serm. contra Auxentium n. 13; **J/** 16, 1010), *Phila-stnus* (de haeresibus n. 29; **J/** 12, 1141), *Cyrillus hicros.* (catech. 6. n. 14. 15; I V33, 562. 563), *Eusebius* (hist. eccl. 1. 2. c. 13—15; **J/** 20, 167 ss), *Arnobius* (adv. gent. 1. 2. n. 12; ***M*** 5, 828. 829), *auctor* \ *Wùlosophumenon* (1. 6. n. 20; ***M*** 16, 3225; cf. supra n. 517), *IrtuWianus* (apologet, c. 13; ***M*** 1, 347. 348), *Irenaeus* (1. 1. c. 23. n. 1; **J/**7, 671), *Justinus* (apol. 1. n. 26. 56; ***M*** 6, 367. 414; cf. dial, cum Tryphone n. 120; ***M*** 6, 755).

524 Repugnantiam quoque, quam praetendant, inter episcopatum urbis alicujus et apostolatum esse nullam, palam fit ex i tacto demonstrato ipso, ex antiquitatis sensu, ex eo, quod etiam . Jacobus apostolus episcopus hierosolymitanus fuit. Sane hinc J quidem apostolatus continet haudquaquam obligationem, quae | et impleri nequit, jam se ad omnes gentes conferendi, sed solum jus, quocum componi potest domicilium ob gravem. causam, qualis imprimis certe Petro erat, honeste in spatio ' terminato collocatum; illinc cum episcopatu seu jurisdictione ; in ecclesiam particularem excursio in alium locum et absentia pariter justa jungi potest.

525 Porro simili pacto primatum quoque orbis episcopatui urbis non repugnare intellegimus. Et re vera cur hi dissideant magis quam dignitas episcopalis atque metropolitana, primatis alicujus regni, patriarchalis?

526 Neve obiciatur, antiquitus s. Petrum in episcopis romanis minime numerari, s. Paulum una cum s. Petro celebrari et ad romanam ecclesiam referri, etiam s. Paulum dici ecclesiae romanae fundatorem atque episcopos romanos exhiberi successores s. Pauli, proinde s. Petrum episcopum romanum non fuisse vel saltem s. Paulum aeque episcopum urbis exsti- j

tissel At enim s. Paulus antequam in urbem ipse advenisset, ad romanes scribens, anno fere 59, indicat ecclesiam Romae jam florentem *(Rom* 1, 8-15; 15, 14-24, 28. 30. 32. 33; 16, ly),

l) Ejusmodi opinionem, praevio *Lightfoot* juniore, est amplexus *Harnack,* ductus quidem rationibus penitus futilibus, ha scilicet ille (Chronologie der altchristlichen Litteratur 1, 703 701): „Dionysius von Korinth (bei Euseb., h. e. II. 25,8) nennt die rômische Kirche ,η *από iΠτοαν* x«l *Παύλον (fvitiie* (Clemens Roro, bezieht sich in gleicher Weise auf Paulus wie auf Petrus ep. I, 5; Ignatius schreibt ad Rom. 1: *ονχ* ώ; *ΠαΊ ο χα\ Παύλο διατάζομαι vuïr);* Irenâus illi, 3, 1) nennt die romische Kirche ,a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo [Paulo et Petro] Romae fundata et constituta* (s. 111,3,2: *χαϊ οixoJour'fJai'Tfç οί uaxdoioi άτιόαιολοι την ίχχληαίαν, Λίνφ την τη biiaxtmïjf λιιτονογίαν ίνεχιίοιοατ} ;* Tertullian schreibt de praesc. 36 von dieser Kirche: ,ista quam felix ecclesia cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Johannis exitu coronatur, ubi apostolus Johannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur4, und die alte romische Bischofslisle aus der Zeit Soter's . .* (catalogus certe quidem in forma sua propria hodie parum notus!) nzahlte nicht den Petrus, sondern den Linus ais den ersten Bischof und scheint in Beziehung auf das romische Bisthum den Petrus noch nicht vor Paulus bevorzugt zu haben. Eine solche Bevorzugung braucht man auch nicht notbwendig anzunehmen, wenn Tertullian de praescr. 32 schreibt: .Smyrnaeorum ecclesia Polycarpum ab Johanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum itidem*; denn diese Ueberlieferung schliesst die andere nicht aus, dass die romische Gemeinde sammt ihrem Amte dem Paulus ebenso verpflichtet ist wie dem Petrus, wenn sich auch vielleicht in ihr die Bevorzugung des lezteren bereîts ankündigt/ J 'H

«Dagegen geht ans Tertull. de pudicit. 21 hervor, dass der romische Bischof Calixt sich ais Inhaber des Stuhls des **Petrus** bezeichnet hat. Ebenso nent! sein Zeitgenosse und Rivale Hippolyt (bei Eusebius, h. e. V, 28, 3) den Victoi den 13. romischcn Bischof *,από J7finov* und dass z. Z. des Cyprian (s. auch die Pseudoclemcntinen) der romische Stuhl ais die cathedra, nicht des Petrus und Paulus, sondern ausschliesslich des Petrus galt, bedarf keines Bewcises (ep. 59,11; 55. 8; Firmilian in dem 75 Brief c. 17: ,Stephanus se successionem Petri tenere contendit* ,per successionem cathedram Petri habere se praedicat4; ep. 71, 3 [sic?:). Man muss also folgem, dass in der Zeit des Victor oder Zephyrin jene folgenreiche Umbildung der Ueberlieferung in Rom stattgefunden hat, kraft welcber Paulus in Beziehung auf das romische Bisthum eliminirt und das Amt an Petrus geheftet worden ist. Immerhin aber wurde Petrus noch nicht als der erste Bischof bezeichnet und gezahlt, sondern es verblieb bei der altcn Zahlung. und demgemass ist das Amt des Apostels und des Bischofs noch unterschieden worden: Petrus gait nicht als der erste Bischof, sondern als der Begriinder des romischen Bisthums. Doch kündigt sich die nothwendige Folgerung, Petrus sei der erste Bischof gewesen, bereits bei Calixt und Stephanus (.**successionem** Petri tenerel ,ca**thiedra Petri?) deutlich** an; in den Pseudocleinentincn Jiegt sie vor, nnd iro

0*

CF

Q)

cui ecclesiae utique, pariter ac minus amplis aliis civitatibus, episcopus proprius praeerat. Sed episcopus iste, prior quidem Lino, ut et auctor princeps, ex antiquitate Christiana universa non potest censeri nisi s. Petrus, qui etiam ex testimonio diserto jam sub Claudio Romam venerat (vide v. g. *Etiscbii* hist. eccl. 1. 2. c. 14; 71/20, 171). Sane jurisdictio apostolica continet et excedit episcopalem; unde qui erat apostolus, idem erat episcopus hominum a se primo conversorum, quamvis nomen apostoli ut excellentius retineret, et tamdiu episcopus manebat, quamdiu illos alii non tradidit, qui jam ut gregem proprium eos regeret; nominatim princeps apostolorum erat vi pri-

Catalogus Liberianus (sowie in alten Correcturen [1] des Textes des Irenaus) wird Petrus wirklich als der erste romische Bischof gezahlt.u

BDass bereits vor Calixt in Rom das Bisthum als die Stiftung des Petrus (lusschliesslich) bezeichnet worden ist, geht auch aus der Bischofsliste des Julius Africanus hervor, die er aus Rom bezogen hat . . aber aus dieser Liste folgt weiter, 1) dass Africanus bereits eine 25jahrige Wirksamkeit des Petrus in Rom kennt, 2) dass er nicht ihn als ersten **Bischof gezàhlt** hat (der Ausdruck episcopus4 findet sich nur in der Hieronymus'schen Ueberlieferung [Claudius ann. 11]; nach Syncellus und dem Armenier ist zu schliessen, dass Eusebius wo&rij geschrieben hat; was aber Africanus geschrieben hat, wissen wir nicht), sondern den Linus (ebenso wie Hippolyt). Also diirfen wir annehmen, dass die Legende (!) von der 25jahrigen Wirksamkeit des Petrus in Rom" (quam quidem quaestionem de longinquitate romani muneris Petri ex rationibus solidis annos 25 complectente licet nobis transmittere) rgleichzeitig mit der Verdrângung des Paulus aus den Ueberlieferungen iiber die Constitution der romischen Kirche zu setzen ist: iwischen c. 190 und 217 ist in Rom die Annahme einer 25jahrigen Wirksamkeit des Petrus daselbst officiell geworden und wurde dementsprechend das romische Bisthum ausschliesslich an Petrus geknüpft. In Folge davon ist — indem sich die Vorstellungen von der Gewalt des Episkopats steigerten — naturgemass Petrus allmihlich als der erste **Bischof** betrachtet worden. Doch hat es einige Decennien gedauert, bis dic alte Zahlung, nach der Linus als 1. Bischof gait, in Rom verdrangt und Petrus nicht mehr als apostolischer Begründer des Episkopats, sondern als erstcr Bischof aufgefasst wurde. Ausserhalb Roms ist noch im 4. Jahrh. voile Klarheit nicht geschaflen worden: Eusebius schreibt in der Chronik, Petrus habe der romischen Kirche ‚vorgestanden<u, i, e., munus antistitis vel episcopi obiisse, .zâhlt aber doch Linus als den 1. romischen Bischofu, videlicet prae Petro etiam apostolorum principe. „In der KGcschichte sagt er (III, 2): *τη Ρωμαίων ίχχληβία fura* 77-r *Παύλου* z<d *Πέτρου μαρτυρίαν πρώτο χληροϋται την ίπιβχοπην Λίνο ;* hier glaubt man noch Irenaus zu horen; allein gleich darauf schreibt er (HI, 4, 9): τοώio *μ?τά Η(jçονul* episcopum usque ad mortem solum proprium, *„τη Ί*ωιιαίων ίχχληοία την ίπιοχοπην ηό'η προτερον χληρω&ύ Λίνο δίύήλωται* (nach Π, 14 5 ist Petrus unter Claudius nach Rom gekommen).**

matus episcopus etiam particularis fidelium quorumlibet eo ipso, quod episcopo nulli peculiari attributi erant. Porro s. Paulo supervenienti certe non episcopatum suum romanum s. Petrus cessit. Neque Paulus veniens cum Petro jam praesente coepit esse simul episcopus romanus, sive ita, ut alter ab altero non penderet proindeque esset caput duplex, id quod est absurdum, sive ita, ut alter cum altero constitueret collegium quoddam unum episcopale. Qualis modus regendi nullo vetusto monumento traditur, immo antiquitati toti ipsique juri divino adversatur (vide supra n. 455—165). Idemqne ille modus pro Roma ipsa fingitur eo intolerabilius, quod esset suffectus in locum episcopatus ab uno Petro prius gesti, sicut etiam apostolis defunctis episcopus unus Linus subsecutus est. Praeterea si uterque episcopatum urbis aeque obtineret, utrius in re disciplinae sententia praevaleret? Num appellaret s. Paulus principem ecclesiae universae, videlicet s. Petrum, vel Petrus ut episcopus romanus se ipsum ut primatem? Nimirum hypothesis proposita pugnat cum primatu, quo s. Petrum excelluisse aliunde novimus.

527 Infirma vero sunt, quae pro hypothesi eadem proferuntur. Nam *Clemens romanus* quidem (supra n. 519) et postea *Dionysius Corinthius* (cf. n. 518) cum Petro memorat Paulum, non quasi aut neuter aut uterque fuerit episcopus romanus, sed quod uterque fuerit apostolus et martyr et nexu speciali commorationis aliquantae sparsique seminis doctrinae evangelicae tam cum romanis quam cum Corinthiis conjunctus. — Itidem *Ignatius* (n. 519) in memoriam redigit Petrum et Paulum formaliter ut apostolos, qui, quamvis modo dispari, romanos instituerint. — Deinde *Irenaeus* (n. 489) totus eo spectat, ut doctrinam ab apostolis primo pure traditam demonstret per episcopos succedentes, praecipue in ecclesia romana, conservatam esse incorruptam; cui consilio congruit cum s. Petro collaudare s. Paulum, quod et ipse foret apostolus et magister gloriosissimus gentium et nominatim romanorum et eatenus cum Petro auctor ecclesiae maximae romanae. — Neque *Tertullianus* (n. 517) vult praeter Petrum ponere Paulum ut episcopum romanum, sed ecclesiam romanam ex apostolis illis commendare, qui Romae evangelium praedicarunt vel martyrium aliquod pro fide subierunt, unde continuo et apo-

Qj

stoli Joannis Romae in oleum igneum demersi et in insulam relegati mentio fit. Ceterum cf. de praescript. c. 32 (J/ 2, 45). — Ad haec sicubi antiquitus, Petro cum Paulo, apostolis scilicet fundatoribus, ante nominatis, episcopus romanus primus numeratur Linus, id neque significat, s. Petrum episcopum urbis verum non fuisse, neque saltem indicat, aequalem episcopum fuisse s. Paulum: non illud, quia si ex usu sacro sollemni (cf. v. g. *Luc* 6, 13; *Eph* 4, 11) vocatur aliquando s. Petrus pro romanis ipsis potius apostolus quam episcopus, non ideo abnuitur res nominis, i. e., episcopatus urbis, inclusus apostolatu vel principatu apostolatus specialiter ad romanos applicato per ipsam episcopi distincti exclusionem, qui episcopatus etiam explicite alibi et postmodum asseritur; neque is aequalis tribuitur s. Paulo; enimvero solum ratione praedicationis et auxilii praestiti ut quidam fundator et velut episcopus coadjutor jungitur cum honore urbis et suo Paulus Petro, principi auctori et episcopo ecclesiae romanae sensu vocis pleno, utpote romanam sedem episcopalem uni erigenti erectamque retinenti, quae idcirco cathedra Petri, non Pauli, describitur vel etiam simpliciter proindeque proprie appellatur.

Quo pertinet cum testimoniis aliis, ut jam *Ircnaei* nume- 528
nntis s. Petrum episcopum urbis (l. 1. c. 27. n. 1; *M* 7, 687 col. *Zeitschrift fiir kath. Theol.* 1902, 62 ss), *Tertulliani* (de pudicitia c. 21; *M* 2, 1024 ss), *auctoris libri contra Artemonis haeresim* scripti (supra n. 517), *Hippolyti* vel catalogi liberiani (cf. l. c.), *Cypriani* (n. 488. et ep. 74. n. 2; *M* 3, 1130), *Firmiliani* (n. 68. 517), *Eusebii* exhibentis Linum episcopum romanum primum post Petrum (hist. eccl. l. 3. c. 4; ZZ20, 222; chronie, ed. Schoene 2, 156. 157. 212; cf. *Zeitschrift fier kath. Theol.* 1902, 236), *Hieronymi* (de viris illustr. c. 15; *M* 23, 631), *Damasi* Z, *Gelasii* Z, *Hormisdac* (infra n. 544), quod canit *Prudentius* (peristephanon hymn. 2. v. 433 ss; JZ 60, 322 ss): JJa, Christe, romanis tuis, — Sit Christiana ut civitas . . Confoederentur omnia — Hinc inde membra in symbolum: — Mansuescat orbis subditus, — Mansuescat et summum caput . . Et jam tenemus obsides — Fidissimos hujus spei: – Hic nempe jam regnant duo — Apostolorum principes. — Alter vocator gentium, — Alter cathedram possidens — Primam, recludit creditas — Aeternitatis januas.u Vel (hymn. 11. v. 31 s;

J/t>0, 535): „Una fides vigeat, prisco quae condita templo est: — Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri." — Similiter loquitur *Leo M.* (serm. 82. al. 80. in natali apostolorum Petri et Pauli c. 1; **J/** 54, 422. 423): „0mnium quidem sanctarum solemnitatum, dilectissimi, totus mundus est particeps, et unius fidei pietas exigit, ut quidquid pro salute universorum gestum recolitur, communibus ubique gaudiis celebretur. Verumtamen hodierna festivitas, praeter illam reverentiam quam toto terrarum orbe promeruit, speciali et propria nostrae urbis exsultatione veneranda est: ut ubi praecipuorum apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrii eorum sit laetitiae principatus. Isti enim sunt viri per quos tibi evangelium Christi, Roma, resplenduit; et quae eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt sancti patres tui verique pastores, qui te regnis coelestibus inserendam multo melius multoque felicius condiderunt, quam illi quorum studio prima moenium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibus is qui tibi nomen dedit fraterna te caede foedavit. Isti sunt qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis et regia per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latius praesideres religione divina quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis jus imperii tui terra marique protuleris, minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit quam quod pax Christiana subjecit." — Eodem referas illud ex *sacrantentario,* quod dicitur *leonianum* (nat. apost. Petri et Pauli n 20; **J/** 55, 56): „Vere dignum. Qui ut hanc sedem regimen ecclesiae totius efficeres, et quod haec praedicasset ostenderes ubique servandum, simul in ea et apostolicae principem dignitatis, et magistrum gentium collocasti." Cf. *missale gothicum* seu gothicogallicanum, n. 55, in missa ss. Petri et Pauli (**J/** 72, 295. 296). — Item *Epiphanius* differentiam potestatis Petri et Pauli erga ecclesiam romanam pro textu integro agnoscit, ubi scribit (haer. 27. n. 6; JZ41, 371 ss): „Romae primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter atque episcopi fuerunt (Zr *Ρώμῐ̈] γόο γεγόνασι πρώτοι Πέτρο ν.αί Ἵαυλο* οῐ̈ *απόστολοι αυτοί ἐπῐ̈σ/.οποι').* Inde Linus; tum Cletus. Post hunc Clemens, Petri et Pauli temporum aequalis . . Neque vero miretur aliquis, quod ante psurn in pontificiam dignitatem alii apostolis successerint, cum Petri ac Pauli esset aequalis . .

Utrum illis adhuc superstitibus impositis manibus episcopus a Petro", nempe episcopo proprio prae Paulo, „consecratus, eaque detrectata provincia ab omni administratione vacaverit . . an potius secundum apostolos *(ιιιτά* **n/** *των αποστόλων ϋιαόοχήν)* ab episcopo Cieto sit constitutus, liquido non constat . . Ac nemini sane mirum videatur, cur singula tanta cum diligentia percurrerim. Per haec enim perpetuo certa accurataque veritas ostenditur." (Videas et haer. 41 η. 1; 42. n. 1; *M* 41, 691. 695).

Itaque episcopi romani signifiatione minus propria, ut ab 529
Analolio alex, (supra n. 517; cf, n. 489 verba *Irenaei),* vocantur successores etiam Pauli, quod succedunt in ecclesia ea, quam s. Paulus post laborem cum s. Petro et sub Petro apostolicum sanguine fuso decoravit, vel quod potestatem apostolicam in docendo regendoque et ipsi pontifices romani obtinent. Quibus rationibus etiam imago Pauli cum imagine Petri in diplomatibus romanis, quamvis non omnibus, consociatur. Ceterum auctoritatem et ipsius Pauli, qua pontifices romani imperent, aeque atque indignationem, quam minentur, interdum potius potentiam patrocinii intellegunt; unde et beatissimae Virginis sanctorumque omnium auctoritas et indignatio similiter proponitur.

Pigmento nunc rejecto cohaeret aliud, quo etiam diutius, 530
h e., usque ad Anicetum pontificem singulis temporibus non singuli episcopi, sed collegium quodpiam episcoporum ecclesiae romanae praefuisse dicitur.[1]) Qualis sententia inaudita exclu-

[1]) Sic denuo *Harnack* disputat (Chronologie der altchristlichen Litteratur 1, 172 ss): „Lightfoot hat die Untersuchungen iiber die alteste romische Bischofsliste in cincr doppelten Richtung weiter zu fiihren gesucht. Er hat I. die Liste aof ihre Zuvcrlassigkcit gepriift und will das überraschende Ergebniss gewonnen haben, dass sic vom Amtsantritt des Clemens — als c. vom Jahre 88 an — verlâsslich sei, ja dass schon Linus und Ancnclctus monarchische Bischofe gewesen seien, und er hat IΓ. das Vcrzeichniss auf den Schriftstcller Hegesippus zuriickgeführt und damit eine noch friibere Abfassungszeit Hir dasselbe festgestellt; denn Hcgesipp habe nach Euseb., h. e. IV, 22, 2 seine chronologische Arbcit zur Zeit des Anicet gemacht und unter Eleutheriis publicirt . . Er bchauptct, dass alie Bischofe von Linus ab bercits monarchische Bischofe gewesen seien, und von Clemens, d. h. vom lezten Decennium des 1. Jahrhunderts, an fiihlt er sich vollcnds sicher. Auch gestcht er, kein anderes Gcgenargument gegen dieses Ergebniss zu kennen, als dic haltlosc Annahme, die Bischofe vor Xystus konnten noch nicht wirkliche Bischofe gewesen sein, weil frenans bei Euseb., h. e. V, 21 dic romischen Bischofe ruclcwarts nur bis Xystus aufzahle. Auf dieses Argument

ditur vel iis, quae de inore antiquitatis, immo de divino jure supra (n. 455—465) affirmata sunt; et cum Petrus unus ut episcopus sedem romanam occupaverit, parum scite statuitur,

mochte ich mich freilich auch nicht berufen, da derselbe Ircnaus im 3. Buch seines Hauptwerkes Linus, Anenkletus, Clemens, Euarestus und Alexander ebenso ais ‚monarchische Bischofe* aufführt, wie ihre Nachfolger. Auch dass Irenius dic Vorganger des Soler nicht ‚Bischofe*, sondcrn ‚Presbyter* nennt, ist nicht za urgiren. Aber es ist auffaUend, dass Lightfoot andere Argumente, die gegcn seine und die officielle rômischc Annahme sprechen, die Bischofe vom Tode des Petrus ab seien ‚bishops in the sense of monarchical rulers of the Roman Church* gcwesen, nicht anerkennt.-

.Das wichtigste innerhalb der romischen Gemeindc entstandene Buch, der Hirte des Hennas, stammt aus inneren Grunden, so wie es vorliegt, aus der nachtrajanischen Zeil, nach dem Zeugniss des Muratorischen Fragments und des Hippolyt (Catal. Liberianus) aus der Zeit des ‚Bischofs Pius*, also — auf die Liste berechnet — zwischen 139,41 und 154 6 (140—155). Aber das Buch selbst zeigt unwidersprechlich deutlich, dass damais die romische Kirche von einem Presbytercollegium geleitet wurde und wohl Bischofe besass, dass jedoch ein monarchischer Bischof noch fehlte. Vis. If. 4, 3 heisst es: *βύ δε aruyviiay ει τάύτην την πόλιν μετά των πρεσβυτέρων των προϊσταμένων τη ἐκκλησία* , vergi. Vis. III, 1, 8. Auch an den beiden Stellen, wo Bischofe erwahnt werden, erscheinen sic' nur im Plural; s. Vis. III, 5, 1 und Simii. IX, 27, 2 (zusammengestellt mil *φιιόξετοι\)*. Dasselbe ist der Fall in Bezug auf ‚Hirten*. Eine Mehrzahl von verantwortlichen Hirten wird vorausgesetzt (Sim. IX, 31, 5. G). Vis. HI, 9,7 liest man: Aw *ονν νμϊν λέγω τοϊ προηγουμένοι τη ἐκκλησία καϊ τοϊ πρώτοκα&εδρίται* — also wiederum ein Collegium. Vis. II, 2, 6 heisst es: *'Ερεϊ ουν τοϊ προηγουμένοι τη εκκλησία* ἰτκ *κατορ&ώσωνται τά οδού αντών ἰν δίκαιοονvij κιλ.* Mand. XI, 12 wird dem falschen Propheten vorgeworfen, dass er sich .erhohe und die *πρωτοκαθεδρία* haben wolle*, und Sim. VIII, 7, 4, 6 werden <olche getadclt, die da haben *Ζηλόν τινα (ν άλληλαι περί πρωτείων καϊ περϊ δό·η τίνο* , aber, fâhrt Hermas fort, *ἰν τοϊ ἰντολαϊ περϊ πρωτείων η περϊ δοξη τίνο ονκ εστιν.* Die zuletzt angeführten Stellen môgcn darauf hinweisen, dass der monarchîsche Episkopat damais im Anzug war; aber von diesem selbst ist in dem Bûche keine Spur zu finden. 1st dem so, dann bat es in Rom noch geraurae Zeit nach Trajan's Regierung keînen monarchischen Episkopat gegeben, dann ist aber auch die Angabe, der Hirt des Hermas sei zur Zeit, ‚da Pius auf der Cathedra der Stadt Rom sass*, geschrieben, streng genommen unrichtig und kann nur den Werth ciner ungefahren Zcitbestimmung haben, d. h. das Buch ist verfasst zu der Zeit, als Pius im regierenden Collegium der rômischen Gemcinde sass.“

pontificibus tribuere dicuntur, ut eandem conferant, sed ut divinitus collatam hanc agnoscant, infallibiliter declarent, observandam doceant vel urgeant. Praeter dicta *Maximi martyris* (supra n. 102), *Leonis M.* (n. 490), ***Bonifatii I*** (n. 487), *Zosirni* (ib.) proderit conferre illud *Innocenta 1* (ep. 29. ad episcopos concil. carthag. n. 1; ***M*** 20, 583): „Vel id vero, quod patrum instituta sacerdotali officio custodientes non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid quamvis de disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate justa quae fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque sumerent ceterae ecclesiae (velut de natali suo fonte aquae cunctae procederent, et per diversas totius mundi regiones puri latices capitis incorrupti manarent), quid praecipere, quos abluere, quos veluti coeno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda vitaret/ — Adde, quod a *Benedicto XII* est notatus error armenorum 85 *{D* 1827): „Armeni dicunt, quod usque ad concilium nicaenum romanus pontifex non habuit potestatem majorem, quam alii patriarchae: sed tunc de voluntate dicti concilii fuit ordinatum, quod romanus pontifex haberet potestatem super alios patriarchas[44]; et error 90 (7? 1828): „Armeni dicunt, quod potestas, quam Christus dedit beato Petro, dicendo ei: Quodcunque ligaveris etc., est solum data personae Petri et pro ipso solo, ita quod haec potestas non transivit ad aliquem ejus successorem/

3. Sane, ut th. XVIII ostendemus, non ab humana ulla 547
potestate, etiam sacra, sed ab ipso Domino, auctore solo primatus et ejus perpetuitatis, singulis romanis pontificibus, praevia quidem recta electione hujusque acceptione, primatus impertitur. Atqui ab ipso soloque Domino sic consequi primatum idem est ac divino jure, impleta successionis condicione, illum obtinere.

Demonstratio p. II, h. e., etiam prae aliis pontificem 543
romanum succedere in primatu ex ipsa voluntate Dei, saltem consequente.

1. Sedi romanae unitus est primatus ita, ut hinc avelli et alio transferri nunquam valeat. Atqui unio talis neutiquam

effectus potest esse solius humanae voluntatis, sed ipsi inducendae opus erat voluntate Dei saltem consequente, quae scilicet haberet ratum factum et decretum hominis idque in modum prorsus specialem, jam constituendo, ut inesset illi robur nunquam amittendum; quod quidem factum et decretum ex dissertatione praecedente (th. XV) intellegitur fuisse s. Petri, romanam sedem sibi uni excipientis et in cathedram primatus duraturam efferentis et sibi constanter ad mortem gloriosam retinentis. Ergo ex voluntate Dei ipsa saltem consequente sedi romanae primatus est unitus, proindeque jure divino prae aliis unus episcopus romanus satisfacit condicioni ad succedendum in primatu requisitae.

Frub. maj. a. Ex documentis traditionis non solum generatim successores Petri, sed nominatim pontifices romani diversorum saeculorum potestatem summam a Deo ita habent, ut ipsae Domini sententiae primatum enuntiantes ad eos directe appellatos referantur. Relege testimonia ex tractatu *adversus aleatores* (supra n. 488), *Hieronymi* (n. 87), *Innocenta I* (n. 487), *Coelestini I* ib.), *Leonis AL* (n. 496. 507), *Gelasii I* (n. 148), *formulae Hormisdae* (n. 493), *monachorum secundae Syriae (y.OTA, Pelagii II* (n. 148), *Vitaliani* (ib.), *Theodori studitae* (n. 148. 483), *Bernardi* (n. 165). — Eodem pacto Patres *concilii milevilani* de inimicis gratiae Christi ad Innocentium I scribunt (ep. 27. inter innocent, n. 3; **J/** 20, 571): „Arbitramur, adjuvante misericordia Domini Dei nostri, qui te et regere consulentem, et orantem exaudire dignatur, auctoritati sanctitatis tuae, de sanctarum scripturarum auctoritate depromptae, facilius eos, qui tam perversa et perniciosa sentiunt, esse cessuros, ut de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu, domine beatissime/' — Unde simpliciter jam sedes vel ecclesia romana, diserte nominata vel significata, ex verbis sive voluntate Christi vel Dei, ut primaria ratione, tenere principatum, eademque a divino Servatore fundata esse dicitur. Recole effata *Cypriani* (n. 488), *Damasi I* vel *Gelasii I* (n. 544), *Innocenta I* (n. 546), *Zosimi* (n. 487), *Bonifalii I* (ib.), *Augustini* (n. 70), ipsius *liturgiae nestorianae* dom. 3. sanctif. (n. 516), *Aviti* (n. 484), *Ennodii* (ib.), *Gregorii AL* (n. 544), *Maximi martyris* (n. 102), *Leonis IX* (n. 149), *Petri Damiani* (n. 544), *Gregorn VII* (ib.), *Bernardi* 149), *AnseImi havclbergensis*

i m. 545), *Innocenta III* (η. 106), *concilii later. IV* (n. 494), confessionis fidei approbatae in *concilio lugdun. II* (ib.), *Nicolai III* (n. 545), *Georgii trapezuntii* (n. 140), *Julii II* (n. 545). — Quibuscum cohaeret, quod cathedra romana ut prima de dotibus ecclesiae, per factum fatentibus id ipsis donatistis, exhibetur. Repete verba *Optati* (n. 487). — Similiter conjunctio cum sede romana ut omnibus necessaria describitur; eadem fides vera vel l catholica esse affirmatur ac romana; eadem unio cum ecclesia l catholica dicitur ac cum romana; quare et eadem ecclesia catho-] lica vel Christi ac romana celebratur. Resume locos jam pro- ! latos *Irenaei* (n. 489), *Petri Chrysologi* (n. 486), *Theodoreti* (n. 184), *Maximi martyris* (n. 102), professionis fidei praescriptae waldensibus ab *Innocenlio III* (n. 367), *Clementis VI* scribentis ad pa triarcham armenorum (ib.), allocut. *Pii IX* 9. dec. 1854 (n. 374j vel encycl. 10. aug. 1863 (n. 375); cf. verba professionis fidei acceptae *Cornelio* (n. 457).

l Insuper autem habe v. g. hunc locum *Cypriani* (ep. 52. 550 j al. 55. ad Antonianum η. 1; *M* 3, 763): ^Scripsisti etiam, ut exemplum earumdem litterarum ad Cornelium", romanum pon- i tificem, „collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni l sollicitudine jam sciret te secum, hoc est cum catholica ecclesia, communicare/ — Ita et *Ambrosius* (de excessu fratris ' sui Satyri, l. 1. n. 47; *M* 16, 1306;: „Advocavit ad se epi- l scopum, nec ullam veram putavit nisi verae fidei gratiam, percontatusque ex eo est utrumnam cum episcopis catholicis, hoc est, cum romana ecclesia conveniret?“ — Et *Hieronymus* (apol. adversus libros Rufini, l. 1. n. 4; *M* 23, 400): „Fidem suam quam vocat? Eamne qua romana pollet ecclesia? an illam, quae in Origenis voluminibus continetur? Si romanam responderit, ergo catholici sumus, qui nihil de Origenis errore transtulimus/ — Vel *Augustinus* (serm. 120. n. 13. ex Patrum nova biblioth. ed. a Maio; 1, 273): „Non jam te perversa et tortuosa cavea, haeresis arriana, in aliqua formidat nostra caelestis regina . . Cognosceris jam quae sis; omnibus palam facta es qualis sis. Non crederis veram fidem tenere catholicae, quae fidem non doces esse servandam romanam/ — Atque *Arnobius junior* (in Ps 106; J/53. 490): „Audi dicentem Dominum: ‚Petre', ait, ‚petit satanas ut ventilet vos sicut triticum in area: ego autem intercessi pro te' (Luc 22, 31. 32),

quasi qui dicat: Statui tibi procellam in aura, et feci ut sileant a te Huctus ejus. Laetatus est Petrus, quia siluerunt, et deduxit eum in portum voluntatis suae, in ecclesia sine dubio. Ubi exaltent eum in ecclesia populi? Et in cathedra seniorum laudant eum, quia posuit flumina in deserto, id est, in deserto hujus saeculi perambulans, quousque perveniret ad Romam, praedicavit baptismum Jesu Christi, in quo universa flumina benedicuntur usque hodie a Petro. Ipse posuit exitus aquarum in sitim, ita ut qui exierit foras ab ecclesia Petri, siti pereat. Posuit terram fructiferam in salsuginem. Sicut salsugo terram a fructu revocat, ita littera mundi a fructu spiritali revocat mentes. Sed per Petrum in salsugine litterarum positam Romam, fecit eam fructum afferre . . Posuit, inquit, desertum ab aquis, quae peccata lavant. Posuit in stagno aquarum, abundant aquae baptismatis, martyrum poenitentiae eleemosynarum abundant in deserto isto, quod ante Petri adventum siccum fuit et aridum, hoc nunc excultum est, cum constitueretur in eo civitas ecclesiae, in qua quotidie seminantur agri, et plantantur vineae, ut fiat fructus nativitatis, quos benedixit Deus, et fecit ut multiplicentur.·*' —*Hadrianus I* in epistula ad Tarasium patriarcham data et in concilio nicaeno II, oecumenico VII lecta scribit (act. 2; *II* 4, 99 ss): „Xobis succinctis lumbos mentis nostrae confitetur etiam nostra catholica et apostolica romana ecclesia, consonans et concordans adversus haereticorum amentiam . . Omne zizanium eradicetur ab ecclesia, et Domini nostri Jesu Christi sermo compleatur . . ‚Tu es Petrus . / Cujus sedes in omnem terrarum orbem primatum tenens refulget, et caput omnium ecclesiarum Dei consistit. Unde idem beatus Petrus apostolus Domini praecepto pascens ecclesiam, nihil dissolutum dimisit, sed tenuit semper et retinet principatum. Cui si adhaerere cupit vestra sanctitas, et nostrae apostolicae sedis, quae est caput omnium ecclesiarum Dei, sacram et orthodoxam formam incorrupte ac incontaminate ex profundo cordis et sinceritate mentis custodire studet, ut revera orthodoxa et Dei cultrix consistens, hoc primum omnipotenti Deo offerat sacrificium, ut ex persona nostra . . imperatorum . . vestigia obsecret . . ut sacras imagines . . in antiquum statum restituere et stabilire jubeant, conservantes traditionem hujus sacrae ac sanctissimae nostrae romanae ecclesiae, et persequentes ac

jbominantes malignorum et haereticorum errorem per certamen J restrum et fidelem sollicitudinem.*u* — *Bonifatius VIII* in bulla j .Unam sanctam" (Z2179O): „Porro subesse romano pontifici omni humanae creaturae declaramus, dicimus, diffinimus et pronunciamus omnino esse dc necessitate salutis.“ — *Marlinus V* proscripsit articulum 41 Joannis Wicleff (Z) 517): „Non est de necessitate salutis credere, romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias." — *Sixtus IV* damnavit hanc propositionem 7 Petri oxomensis (Z) 616): „Ecclesia urbis Romae errare potest.“ — Praeterea videas *professionem fidei tridentinae* (D 867).

Et cum tam saepe et tam variis loquendi formis conjunctio 551
primatus cum romana sede in antiquitate Christiana affirmetur,
ne semel quidem modo ullo indicatur, eatenus vel tamdiu futuram eam praedicari, quatenus vel quamdiu condicio successionis rite non mutetur.

Atqui per testimonia talia unio primatus cum romana sede 550
non contingens neque necessaria secundum quid neque transiens,
sed necessaria jam simpliciter ideoque perpetua esse noscitur;
quippe nimis absonum appareat eludere vim propriam tot
iocorum ubique intellecta hac tacita, nusquam audita condicione
limitante: quatenus vel quamdiu episcopus romanus sit successor in primatu Petri, quatenus vel quamdiu episcopatus urbis
conexus maneat cum primatu orbis.

1). Quin etiam expresse romanae sedis privilegia ut firma, 553
indeficientia, translationis non capacia, proin, non sane vaticinio facti contingentis, sed necessitate postulante juris, cum
ipso nomine Christiano perpetua laudantur. Et *Zosimus* quidem verbis superius (n. 487) positis haec adjungit: „Nec
patitur aliquid privilegii1) aut aliqua titubare aura sententiae"
Petrus in ecclesia, ubi sederat, „cui ipsa2) sui nominis firma et
nullis hebetata8) motibus constituit fundamenta, et quae sine suo
periculo temere nullus incessat; cum ergo tantae auctoritatis*)
Petrus caput sit, et sequentia omnium majorum studia firmaverit5),

t) in editione vindobonensi collectionis avellanae facta a *Guenthcro* additur: rRustineriu.

*) L. *c.* legitur: „ipseu.
L. c. ponitur rlabentia\
ib. inseritur: ⁀u.
Ib. scribitur: .statuta firmaverintl4.

ut tam humanis quam divinis legibus et disciplinis omnibus firmetur romana ecclesia, cujus locum nos regere, ipsius quoque potestatem nominis obtinere non latet vos, sed nostis, fratres carissimi, et quemadmodum sacerdotes, scire debetis[1]), tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia, nihil egimus, quod non ad vestram notitiam nostris ultro litteris referremus.“ — Ita et *Leo AI.* (serm. 5. al. 4. c. 2. 4; **J/** 54. 153 ss): „Q.uamvis . . singuli quique pastores speciali sollicitudine gregibus suis praesint, sciantque se pro commissis sibi ovibus reddituros esse rationem, nobis tamen cum omnibus cura communis est; neque cujusquam administratio, non nostri laboris est portio, ut dum ad beati apostoli Petri sedem ex toto orbe concurritur, et illa universalis ecclesiae a Domino eidem commendata dilectio etiam ex nostra dispensatione deposcitur, tanto amplius nobis instare oneris sentiamus, quanto cunctis majora debemus . . Subjungit autem se ad rationem solemnitatis nostrae, non solum apostolica, sed etiam episcopalis beatissimi dignitas Petri, qui sedi suae praeesse non desinit, et indeficiens obtinet cum aeterno Sacerdote consortium. Soliditas enim illa quam de petra Christo etiam ipse petra factus accepit, in suos quoque se transfudit haeredes.4 — Ex *Gdasio I* (ep. 14; *AI* 59, 90) Petrus Romae „aeterno hospitio conquiescit, praestans sedi, quam ipse benedixit, ut a portis inferi nunquam pro Domini promissione vincatur?' — Adaeque saeculo V *Moyses arinenius* historicus celebratus ecclesiam romanam vocat sponsam apostolicam sponsi immortalis (vide *Katholik* 1871. 1, 578). — Similiter ex sententia *Agathonis* (ep. 1. ad imperatores; **J/** 87, 1169) ecclesia apostolica, videlicet romana, „ut ab exordio fidei Christianae percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus permanet? — Eodem spectat dictum *Hadriani I* supra (n. 493) positum.

554 Tum vero perpendantur verba gravissima *Nicolai 1,* quibus privilegia sedis vel ecclesiae romanae a Deo posita vel plantata ideoque ab homine ex eadem sede vel ecclesia romana non transferenda vel evellenda, sed, quousque Christianum nomen praedicetur, permansura edicuntur. Ita ille (ep. 86. ad

*) L. c. legimus: ‚finiretur romanam ecclesiam, cujus locum regeret, ipsius quoque potestatem nominis optinere (non latet vos . . scire debetis)?

Michaelem imperatorem; **J/** 119, 927. 948): „Ad potentiam vestram inspirante Domino scripturi . . nihil profecto salubrius arbitramur . . quam prae omnibus flagitare suppliciter eum, per quem reges regnant, et legum conditores justa decernunt . quatenus et labia nostra ad annuntiandum laudem suam aperiens, dilatatum quoque os nostrum pastu doctrinae salutaris adimpleat, et quae per nostri apostolatus officium auribus vestris exterius dicimus, per se quoque nutu suae aspirationis interius mentibus vestris aspiret . . Rogamus omnipotentem Deum ut qui suae cognitionis vobis reseravit mysterium, tribuat quoque nosse ad plenum suas dispositiones.. et quae sint, vel quanta, et qualia privilegia ecclesiae romanae, et ex quo ceperint exordium, et quis ejus summae auctoritatis auctor existât vobis clementer aperiat. Quod si a nobis quaeritis scire, utpote a ministris Christi, et dispensatoribus mysteriorum ejus, vobis evidentius ostendemus; si vero nosse parvipenditis, et solum contra privilegia ecclesiae romanae nisus vestros erigitis, cavete ne super vos convertantur . . Porro si nos non audieritis, restat ut sitis apud nos necessario, quales Dominus noster Jesus Christus hos haberi praecepit, qui ecclesiam Dei audire contempserint, praesertim cum ecclesiae romanae privilegia, Christi ore in beato Petro firmata, in ecclesia ipsa disposita antiquitus observata, et a sanctis universalibus synodis celebrata, atque a cuncta ecclesia jugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus; et quod Deus statuit, firmum, validumque consistit. Illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tentât. Privilegia, inquam, istius sedis vel ecclesiae perpetua sunt; divinitus radicata atque plantata sunt; impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt, et permanent, Deo gratias, hactenus illibata, manebuntque post vos, et quousque Christianum nomen praedicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. Ista igitur privilegia huic sanctae ecclesiae a Christo donata, a synodis non donata, sed jam solummodo celebrata et venerata . . nos cogunt nosque compellunt omnium habere sollicitudinem ecclesiarum Dei.“ Hoc documentum, quod videtur hodie quidem vel non satis notum esse vel non satis consideratum, quaestionem per

se dirimet, sive existimatur tantum significatio maxime authentica firmae persuasionis ecclesiae, pro qua Nicolaus tamquam caput loquitur, ideoque actio docendi aequivalens ordinario et universali magisterio (cf. *concilii vatie,* s. III. c. 8; *D* lG41)t sive putatur ipsa sollemnis locutio ex cathedra peremptorie assensum postulans vel confirmans, ad quam ex dicendis (th. XXVII. p. III. n. 7) non exigitur, ut pontifex immediate ecclesiam universam alloquatur.

555 Dein *Leo IX* scribit (ad Michaelem constantinop. patriarch. ep. 100. n. 11. 12; **J/** 143 752): „Vos vero nec amor Dei et proximi, nec reverentia divinorum canonum . . revocat, quin publice maledicatis et detestemini genus electum, regale sacerdotium, gentemque sanctam (1 Pet 2,9). Quod quamvis omnibus ecclesiis Christi, quae unam catholicam in toto mundo efficiunt, a principe apostolorum, Petro sit vere dictum, nulli tamen verius aptatur quam illi cui proprie praesidet ipse qui coelestis regni meruit gubernacula obtinere, Domino Jesu Christo sibi dicente: ‚Tibi dabo claves. . . tantum apicem coelestis dignitatis in beato Petro et in ejus vicariis prudentissimus terrenae monarchiae princeps Constantinus intima consideratione reveritus, cunctos usque in finem saeculi successuros eidem apostolo in romana sede pontifices, per beatum Silvestrum non solum imperiali potestate et dignitate, verum etiam infulis et ministris adornavit imperialibus, valde indignum fore arbitratus terreno imperio subdi quos divina majestas praefecit coelesti/ Cf. verba ejusdem auctoris supra (n. 149) recitata. — Adde sententiam *Anselmi havelbergensis* ante (n. 545) positam. — Insuper *Nerses* patriarcha armenius saeculi XII cantat Romam, thronum magni principis apostolorum Petri, ecclesiam immobilem, aedificatam super petram Cephae, invictam portis inferi *{Kafholik 1*871.1,578s). — Congruit, quod „extractiones“ libri *Humberts de Romanis* de tractandis in concilio lugd. II ita habent (p. 2. c. 9; apud Mansi, concil. collect. 24, 124): „Nusquam . . nec unquam sine auctoritate romanae sedis fit verum concilium generale . . Petrus potestatem suam Romam transtulit, et non eam reliquit illi, quem Antiochiae praefecit. Ipse autem pontifex antiochenus esse desiit, ne essent duo simul, et romanus pontifex esse coepit. Potestas autem ejus, eo per martyrium consummato, debuit ad

aliquem transire super terram, et magis ad romanum, qui successit morienti, quam ad antiochenum, qui successit viventi, ne simul fierent duo papae, seu duo pontifices . . Successor carnalis non habet quidquid praedecessor habuit, illo distribuente ad libitum. Secus autem est in spirituali, qui nihil habet a praedecessore, sed a Deo, qui apud ecclesiam semper vult esse plenitudinem potestatis^.— Praeterea in corpore juris canonici libro 6. decretalium praemittitur hoc dictum *Bonifalii VIII',* „Sacrosanctae romanae ecclesiae, quam imperscrutabilis divinae providentiae altitudo universis dispositione incommutabili praetulit ecclesiis et totius orbis praecipuum obtinere voluit magistratum, regimini praesidentes, curis sollicitamur continuis . .“

Item *Clemens VI* pro unione cum ecclesia a patriarcha 556
armenorum quaerit (apud Raynald., annal, eccl. ad a. 1351. n. 3): „Si creditis tu et ecclesia armenorum, quae tibi obedit, omnes illos, qui in baptismo earadem fidem catholicam receperunt, et postmodum a communione fidei ejusdem ecclesiae romanae, quae una sola catholica est, recesserunt vel recedent in futurum, esse schismaticos et haereticos, si pertinaciter divisi a fide ipsius romanae ecclesiae perseverent.. Petimus, si creditis tu etarmeni tibi obedientes, quod nullus homo viatorum extra fidem ipsius ecclesiae, et obedientiam pontificum romanorum, poterit finaliter salvus esse.“ Sic quidem primatus pontificum romanorum ex termino suo essentialiter relativo, i. e., ex subditis, qui sint vel debeant esse homines omnes etiam futuri, omnino permansurus ponitur. Sed et directe de primatu romano post paulo pontifex interrogat: „Si credidisti, tenuisti vel credere ac tenere paratus es cum armenis tibi subjectis, quod omnes romani pontifices, qui b. Petro succedentes canonice intraverunt et canonice intrabunt, ipsi b. Petro romano pontifici successerint et succedent in eadem plenitudine, jurisdictione potestatis, quam ipse b. Petrus accepit a Domino Jesu Christo super totum et universum corpus ecclesiae militantis.. Si credidistis et creditis tu et armeni tibi subjecti, romanos pontifices, qui fuerunt, et nos qui sumus pontifex romanus, ac illos qui in posterum successive erunt, tanquam legitimos et potestate plenissimos Christi vicarios, omnem potestativam jurisdictionem, quam Christus ut caput conforme in humana vita habuit, immediate

ab ipso Christo super totum ac universum corpus militantis ecclesiae accepisse . . Si credidisti et credis, quod omnes romani pontifices qui fuerunt, nos qui sumus, et alii qui erunt in posterum, ex plenitudine potestatis et auctoritatis praemissae potuerunt, possumus et poterunt immediate per nos et eos de omnibus tanquam de jurisdictioni nostrae ac eorum subditis judicare, et ad judicandum quoscumque voluerimus ecclesiasticos judices constituere et delegare. . Si credidisti et credis, quod in tantum fuerit, sit et erit suprema et praeeminens auctoritas et juridica potestas romanorum pontificum qui fuerunt, nostri qui sumus, et illorum qui in posterum erunt, ut a nemine judicari potuerint, potuerimus, neque in posterum poterunt; sed soli Deo judicandi servati fuerint, servemur, et servabuntur: et quod a sententiis et Judiciis nostris non potuerit, neque possit, nec poterit ad aliquem judicem alium appellari.u Sensus hujus documenti tum ex se ipso tum ex epistulis ad Armeniae regem atque alios additis non est dubius. Ad capitula quaedam „pro pleniori eruditione . . ecclesiae armenorum in fide recta et vera sanctae romanae ac universalis ecclesiae^ missa armenorum patriarcha responsiones dederat, ex quibus a pontifice „cum . . cardinalibus, et nonnullis patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, aliisque praelatis ecclesiasticis, ac sacrae theologiae magistris decretorum doctoribus habita deliberatione matura" manifeste confessio partim „conditionata", partim „diminuta vel imperfecta", partim ,,forsitan scriptoris vel interpretis vitio minus vera" collecta est (ib. n. 2). ,,Et ideo, quia confessio sanctae et catholicae fidei simplex esse debet et clara", pontifex „cum magna deliberatione" armenis providit „interrogationes . . salubriter subnectendas, ut.. ad illas pure et simpliciter respondentes, effecti lucis filii" in ecclesiae verae membris esse et ad salutem pervenire possent (n. 2. 18). Hinc inter alia Clemens, quamvis post complures pontifices romanos dudum commoratus ipse Avenione, a patriarcha percontatur, num crediderit vel saltem posthac credere velit, b. Petri successores ut in romano pontificatu, ita in primatu fore pontifices romanos canonice vel legitime electos etiam futuros omnes; ubi omnes Clemens, ne incidat in vitium armenis exprobratum, dicit confitendos confessione fidei absoluta, non condicionata ordinis suc-

cessionis retinendi, confessione perfecta, non deminuta pluribus vel paucioribus exceptis, confessione vera ex toto, non ad tempus magis minusve longum, confessione, quae pure et simpliciter pontifices romanos omnes usque ad saeculorum finem complectatur. Porro inde ipsa vis auctoritatis insita documento plena intellegitur. Nimirum primatus futurorum quoque omnium pontificum romanorum proponitur credendus ut comprehensus „fide recta et vera sanctae romanae ac universalis ecclesiae", ut objectum confessionis „sanctae et catholicae fidei", ut pars interrogationis „in ipsius fidei veritate firmatae", ut condicio, sine qua armeni ecclesiae uni salutiferae aggregari nequeant n. 2. 16—19); cujusmodi testimonio sollemni saltem fidem ecclesiae, infallibilis columnae et firmamenti veritatis, exstantem aetate ea sua pontifex summus perhibet. Insuper autem locutio pontificia habetur merito talis, quae assensum fidei firmum, si nondum invenisset, ipsa per se injungere ecclesiae toti sufficeret; neque enim veritates, quas credendas pontifex imponit, ut ecclesiae membra nova fiant, remittere prioribus membris potest; et universe lex fidei, cum debeat ubique locorum esse una, etsi non dirigatur immediate ad ecclesiam omnem, nihilominus ex dicendis (th. XXVII. p. III. n. 7) valebit pro ecclesia omni, ubi primum quibuscumque satis publice indicitur; atqui pro formando, mittendo, urgendo rescripto illo, quo armenos in ecclesiam recipiendos fidei ecclesiae in nonnullis differentibus se accommodare jussit, pontifex coram et cum multis et spectatis ita egit, ut paene orbem commoveret (n. 2. 18. 19; cf. ad a. 1353. n. 25). Itaque enuntiatio Clementis λζI recte non minus quam Nicolai I ex se quidem peremptoria numerabitur.

c. Praeviae professioni *concilii lateranensis **IV*** et planioris 557
*lugdunensis **II*** congruit *definitioflorentina* (videsis n.494), ex qua sedes apostolica et romanus pontifex in universum orbem tenet primatum, et ipse pontifex romanus successor est b. Petri principis apostolorum. Atqui his verbis primum edocemur, pontificem romanum, dummodo exsistat talis, etiam primatu eminere. Sane priore quidem definitionis membro non dicitur tantum generatim, pontificem eum primatu esse praeditum, qui condicionem requisitam impleat, nec dicitur tantum, primatu instructum esse pontificem romanum sive hypothetice, si primatus

condicionem impleat, sive cum delectu hunc illumve, qui condicionem impleat, sed definitur speciatirn et absolute et promiscue, romanum pontificem primatum obtinere; quo implicite significatur, pontificem romanum, simulatque talis sit, condicioni qualicumque primatus obtinendi satisfacere. Insuper autem jam initio hujus membri definitionis disertius indicatur condicio unice necessaria, quam cum impleat pontifex romanus, teneat primatum, in eo sita, quod ipse habeat ut talis sedem apostolicam, videlicet sedem Petri apostoli romanam1). Idem confirmatur vel magis declaratur membro definitionis altero addente, primatum illum obtineri a pontifice romano tamquam successore Petri primatum a Christo consecuti (cf. *concilii vatie,* s. IV. c. 1. 4; *D* 1669. 1678); quippe ipse pontifex romanus rursus speciatirn et absolute et promiscue, scilicet quicumque pro sede apostolica Petri romana a pontifice romano quocumque occupata, pronuntiatur Petri apostolorum principis successor, nempe simul in primatu, quoniam successio hic ea cogitanda est, vi cujus continuo cognominibus aliis pontifex romanus praedicatur verus Christi vicarius totiusque ecclesiae caput et omnium Christianorum pater ac doctor et is ipse, cui in b. Petro pascendi universalem ecclesiam a Domino potestas plena tradita sit. Itaque per definitionem florentinam constat saltem, pontificem romanum ut talem servare primatus assequendi condicionem ideoque primatu in universam ecclesiam potiri, sicut etiam ipsi ecclesiae romanae ratione episcoporum propriorum primatus alibi attribuitur (revise concil. later. I\ et lugdun. 11 n. 494, vel et concil. vatie, s. IV. c. 2; *D* 1670).

*) Hoc loco, ut tot aliis, nomine sedis apostolicae dicitur sedes non primatus, sed romana, quod aliter definitio Florentina per tautologiam quandam ridiculam idem atque haec valeret: sedes primatus tenet primatum. Nimirum appellatio sedis simpliciter vel per excellentiam apostolicae, etsi vi sua nativa significat principatum apostolienm in abstracto, tamen in concreto cathedrae romanae ob primatum Petri apostoli in ipsa perpetuum jam penitus adhaesit et ejus nomen velut alterum evasit et pro ea sola, ut ajnnl dialectici, supponit. Idque tam est verum, ut nomen saepe designet cathedram romanam ne pro hac tormalitate quidem, quatenus est eadem cathedra primatus, sed ex contextu orationis solum sedem episcopalem Petri apostoli romanam. Qui cum sit usus loquendi, minus bene *HoUioeck* in opere industrie elaborato (Der apostolische Stuhl und Rom) nomine sedis apostolicae sedem primatus exprimit, prout a sede romana distinguitur (cf. praeter titulum libri ipsum pag. 152. 154. 165).

Deinde vero pronum est ex definitione florentina intellegere, objectum ejus nequaquam esse obnoxium vicissitudini, quasi romanus pontifex fruatur primatu nunc et quamdiu non condicio adipiscendi consistens in episcopatu romano legitime mutetur, sed objectum idem pro tempore ecclesiae Christi omni permanere neque fieri unquam posse, ut non romanus pontifex ex omnibus et prae omnibus successor sit b. Petri in primatu. Namque ipsam sedem apostolicam, romanam scilicet, quae etiam defunctis singulis sedentibus superstes cum ecclesia et in ecclesia romana habitura episcopos sedentes successores cogitatur, primatum in universam ecclesiam tenere (cf. cit. conc. lat. IV, lugd. II, vatie.) et romanum pontificem successorem in primatu esse affirmat synodus simpliciter, nulla addita aetatum ecclesiae differentia; qua locutionis amplitudine per se et ex more dicendi, observato v. g. in eodem decreto de materia eucharistiae, purgatorio, suffragiis *(D* 587 s), et ex mente synodi non solus praesens tunc Eugenius IV, sed potius episcopus romanus omnis, praeteritus et praesens et futurus in perpetuum comprehenditur. Certe mens illa synodi ex ipsa provocatione ad gesta conciliorum et sacros canones apparet; sicut enim synodus documentis istis priscis praeter pontifices veteres Eugenium recentem primatu auctum sine ambagibus commonstrat, ita documentum suum pariter ad futurum quemlibet romanum pontificem extendit, praesertim quod definitiones, quamvis etiam de objectis praeteritis edantur, fiunt tamen pro fidelibus praesentibus et futuris, quorum interest maxime nosse, ubi tempore jam suo primatus in ecclesiam resideat. Nimirum compendio quodam definitio florentina complectitur illud idem, quod explicatius *Clemens VI* credendum proposuerat (n. 556). Porro perpetuitate ea ipsa in antecessum constituta simul et necessitas constantiae talis pro ordine hujusce providentiae indicatur; quam insuper illustrare licet ex analogia cum aliis definitionibus infallibilibus, quae quidem sint de rebus non ex natura propria transeuntibus, atque ex modo ipso, quo objectum definitionis aliquando solum temporarium ut tale data opera vel explicite vel implicite designatur1). Ergo romanus

Exempla tria *Grandcrath* (constitut. concil. vatie, explic. pag. 139) profert ad probandum, posse aliquid n concilio definiri, quod, cum pendeat ab institutione seu facto mutabili, non necessario semper verum maneat. Ouae exempla

pontifex est etiam necessario successor in primatu Petri, vel romana sedes est sedes ipsa non mutanda in perpetuum primatus — Hinc non mireris, si ipse Febronius (ex commentar.

certe argumentationem supra positam non feriunt. Primum ille indicat, definiri posse, Leonem XIIΓ, tunc scilicet regnantem, esse summum pontificem ct Petri successorem. IJ non negandum, immo dicendum est. jam infallibiliter per consensum ecclesiae, columnae et firmamenti veritatis, hac de re constare. Sed prorsus neminem fugit, rem eandem saltem cum vita Leonis intellegi transeuntem ita, ut infallibiliter verum et tenendum solum maneat. Leonem aliquando pontificem fuisse; quare valde supervacaneum esset, affirmationem pontificatus leonini expressa tali clausula restringere. E contrario cum romanus pontifex successor Petri in primatu declaratur, hoc vel vi nativa locutionis ut aliquid cum sede ipsa permanens proponitur, unde idem non perpetuum cogitari minime praesumi potest, sed probatione eget.

Deinde provocatur ad articulum 24, de quo suspecti errorum Wicleff et Hus, mandante *Martino* /\ interrogandi erant; qui est hujusmodi (Z> 568): „Item, utrum credat, quod papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus nomine proprio expresso, sit successor beati Petri, habens supremam auctoritatem in ecclesia Dei/ At quatenus quidem articulo isto ad tempus aliquod determinatum applicato papa canonice electus hic in concreto unus, qui pro hoc tempore fuerit, jubetur agnosci successor Petri in primatu, exemplum, ad argumentum saltem nostrum enervandum, non est aptius quam illud, de quo egimus, praesertim quod papa unusquisque etiam explicite temporarius exhibetur. Quatenus vero articulus directe sane significat, papam canonice electum omnem, qui pro tempore omni fuerit, expresso nomine respondente, habendum esse successorem Petri in primatu, propositio utique est similis illi, qua romanus pontifex successor in primatu Petri dicitur; sed eo ipso sicut fieri usque ad consummationem saeculi in hypothesi nulla potest, ut papa canonice electus sit nec tamen sit successor Petri in primatu, ita fieri nunquam poterit, ut quis sit romanus pontifex nec tamen primatum gerat; quod ipsum asseverare licet solum ex necessitate nota, ut perpetuum primatum nullus nisi romanus pontifex adaeque perpetuus obtineat. Itaque hoc alterum exemplum tantum abest, ut sententiae adversae faveat, ut nostram comprobare videatur.

Postremo appellatur *concilium tridentinum* statuens (s. XIII. cn. 9; 2? 771): rSi quis negaverit, omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad «annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in pasebate ad communicandum, juxta praeceptum sanctae matris ecclesiae; anathema sit/ Quibus verbis obligatio communionis saltem paschalis non repetitur a lege Dei, sed a praecepto ecclesiae; quod cum per se mutabile cognoscatur (cf. s. XXI. c. 2; *D* 809), mutabilitas ipsius obligationis definitae satis indicatur. Quale indicium frustra quaeritur in sententia, romanum pontificem succedere in primatum Petri.

Exemplum his editis speciosius forsitan praebeat *concilium tridentinum* decernendo (s. XXIII. cn. 2; *D* 839): „Si quis dixerit, praeter sacerdotium non esse in ecclesia catholica alios ordines, et majores ct minores per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur; anathema sit/ Videlicet canon iste

in suam retract.) proposuit inter alias hanc positionem 9 probatam *Pio 17:* romana sede ad aliam transferri primatus nequit.“

videtur absolute institutiones, ex se non transeuntes, definire, quae mutari possint, ultem secundum eos multos, qui subdiaconatum cum ordinibus minoribus non sacramentum nec proinde juris divini immutabilis esse censent. Verum si canon, sicut decet, cum capite 2 ejusdem sessionis (P 835) conferatur, cujus explicationi longiori forma canonis contractior respondet, confestim dubium fit, utrum de institutione divina an ecclesiastica agatur. Quod enim synodus, postquam rem divinam nominavit ministerium sancti sacerdotii, continuo edicit, consentaneum inisse, quo dignius ct majori cum veneratione exerceri posset, ut in ecclesiae ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum ordinee, qui sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent, id, inquam, certe aeque bene instituto ecclesiae ac Dei ipsius convenit. Quin potius alienam se ostendit synodus ab ordinibus illis omnibus ut divinis ac plane necessariis declarandis, ubi praecipit •ib. c. 17. de reform.): „Ut sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum funetiones, ab apostolorum temporibus in ecclesia laudabiliter receptae, et pluribus in locis aliquandiu intermissae, in usum juxta sacros canones revocentur, nec ab haereticis, tamquam otiosae, traducantur, illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta synodus decernit, ut in posterum hujuscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur . Hinc de industria concilium (ib. en. G; *D* 843) hierarchiae divina ordinatione institutae adseripserit praeter episcopos et presbyteros modo dicendi minus definito ministros, cui canoni satisfiat, si cum episcopatu et presbyteratu diaconatus solus ut sacramentum ad jus divinum referatur. Quae si ita sint, non pariter absolute praeter sacerdotium esse in ecclesia illos alios ordines majores et minores significatur, ut pontifex romanus successor in primatu dicitur. Praeterea autem videatur synodus non tam exsistentiam diaconatus, subdiaconatus ceterorumque munerum inferiorum inculcare, quam nullus adversarius negaverit, quam iisdem sive ex voluntate Dei sive ex ecclesiae potestate exsistentibus dignitatem ordinis gradusve hierarchici propius vel remotius in ipsum sacerdotium tendentis veri, justi atque utilis asserere; quo quidem consilio in capite 2 memorato generatim ad rationem ipsam, pro diaconatu ad scripturam, pro reliquis officiis inter se diversis ad usum antiquitatis venerandae provocat. Atqui si res sic se habeat, objectum definitionis etiam immutabile agnoscere oportet ; neque enim ministeria talia per Deum vel per ecclesiam potestate divinitus instructam esse possunt, quin ordines vel gradus hierarchici germani, legitimi, fini convenientes sint. In qua canonis acceptione immutabilitas romani principatus etiam magis illustratur.

Neque rectius obiciatur, quod *concilium tridcntinum* statuit (s. XXIV. cn. 6; *D* 852): „Si quis dixerit, matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit.u Qua sententia certe non vindicatur absolute factum matrimonii rati per sollemnem religionis professionem dirimendi, sed defenditur sive factum vi professionis ejus producendum sive vis prolessionis producens factum idem hypothetice, si sollemnis

55S (L Jani et *concilium vaiicanum* statuit (s. IV. c. 2; *D* 1671): eSi quis ergo dixerit, non esse ex ipsius Christi Domini institutione, seu jure divino, ut beatus Petrus in primatu super uni-

religionis professio et exsistat et matrimonium mere ratum antecedens inveniat. Porro si vis illa sollemni religionis professioni, instituta quidem per ecclesiam sollemnitate, cum nonnullis a Deo ipso indita ponatur, difficultas omnis pro quaestione nostra evanescit, quod objectum canonis jam immutabile apparet, Sed concinnius et verius vis eadem ab auctoritate ecclesiae oriri videatur. Rem hanc, cum simul idonea sit fatura ad potestatem pontificis romani infra plenius aestimandam, liceat paulo accuratius tractare. Sane ex constitutionibus „Quanto fructuosius* et pAscendente Domino* editis 1. febr. 1583 et 25. maj. 1584 a *Gregorio XIII* constat, religiosos vere proprieque etiam cos esse posse, qui simpliciter, non sollemniter sint professi; pariterque constat, per professionem simplicem non dirimi praecedens matrimonium ratum. Atqui parum est credibile, Dominum vim dirimendi professioni religiosae ita infixisse, ut classis hominum religiosorum, quamvis essentiam propriam status religiosi obtinentium, ejus expers ad arbitrium ecclesiae esse posset; verum potius si ipse beneficium contulisset, dedisset illud simpliciter religiosae professioni, impertita quidem ecclesiae facultate pro tempore ac re statuendi ea, quibus quis religiosus tandem fieret, non autem efficiendi, ut professio aliqua vera et propria religionis vi illa careret: quodammodo similiter ut ecclesia potest quidem facere, ut contractus matrimonii inter Christianos non sit validus, minime vero facere potest, ut contractus validus sacramentum non exsistat. Quae ratio petita ex simplicitate majore institutionis valet, etsi sponte conceditur, professioni sollemni, cum homines se tradentes ex parte ipsius ecclesiae modo per se irrevocabili Deo obliget ideoque consecret, ob causam etiam peculiarem vim eam dirimentem a vinculo curis terrenis implicante convenire. Deinde ecclesia sollemnitatem sicut teste *Bonifatio VIII* (decretal. 1. 3. t. 15. in 6) et *Gregorio XIII* (loco citato altero) induxit, ita abolere per se posset; qua abolita secundum sententiam controversam affirmandum esset, aut nullius religiosi professione per jus divinum quidem ab hoc momento matrimonium solvi, aut omnium etiam eorum, qui eousque fuissent simpliciter professi, matrimonium ratum per solam illam externam ipsis mutationem divino jure dirimi, aut ecclesia eligente quorundam religiosorum prae aliis jam paribus matrimonium ratum divinitus discindi. Atqui nihil horum quisquam satis probabile dixerit. Praeterea quo jure divino pro certa condicione matrimonium contractum solveretur, eodem condicione illa permanente impediretur multo magis matrimonium valide contrahendum. Atqui matrimonium ab homine sollemniter professo valide contrahendum agnoscitur impediri lege tantum ecclesiae. Quod equidem non firmem inde, quod pontifex romanus interdum dispensavit pro matrimonio post professionem sollemnem ineundo; ita enim pontifex non effecit, ut homo stante sollemni professione posset contrahere matrimonium, sed quadantenus sustulit sollemnitatem voti, ab ecclesia constitutam, ad matrimonium valide ineundum, perinde ut sustulit nomine Dei vinculum ipsius voti, jure divino obligantis, ad matrimonium licite ineundum, et sic demum perfecit, ut pro matrimonio contrahendo homo in statu sollemnis professionis, immo simpliciter religioso saltem plene jam non esset. Putius est nr-

versam ecclesiam habeat perpetuos successores; aut romanum pontificem non esse beati Petri in eodem primatu successorem; anathema sit.“ Et his quidem certo perpetuitas successionis

gendum illud, quod *Bonifatius VIII* loco memorato primum monet, voti sollemnitatem ex sola constitutione ecclesiae, i. e., neque a Christo neque a privata fidelium voluntate, provenire, matrimonium vero instituente Domino indissolubile, intrinsecus scilicet vel potestate ipsorum contrahentium, esse, et exinde cum auctoritate declarando ecclesiae legem statuit, sollemne ad matrimonium sequens dirimendum non esse nisi votum sacri ordinis et professionis religiosae, certe eo, quod haec duo tantum ecclesia sollemnia esse velit, donando utrique, voto professionis religiosae non minus quam ordinis sacri (cf. de hoc extrav. *Joann. XXII* t. 6), virtutem matrimonii sequentis dirimendi; reliqua autem vota ex voluntate ecclesiae sollemnia non esse, proinde, quamvis quandoque ex votis oppositis illicita, valida tamen exsistere matrimonia sequentia, ob institutionem nempe Christi excludentis solutionem, quae sine interventu ecclesiae per votum simplex fiat. Vis igitur dirimens sollemnitati insita aeque ac sollemnitas ipsa secundum declarationem Bonifatii in sensum obvium acceptam a sola ecclesia originem suam trahit. Similiter jam *Innocentius II* (C. 27. q. 1. c. 40) matrimonia a religiosis attentata comparando matrimoniis sacrorum clericorum omnia esse irrita affirmat, ut contra regulam ecclesiasticam contracta, qua scilicet seposita homines isti ut voto tantum simplici obstricti propositum sanctum transgrediendo illicite, sed valide contraherent. Ergo etiam matrimonia rata, quae sollemnem religionis professionem antecedunt, lege mere ecclesiastica dissolvuntur. Denique cum vis dirimendi, de qua agimus, potestatem ecclesiae instituentis non excedat, ad jus divinum pro ea explicanda recurrere non oportet.

Jam vero etsi efficacitas illa sit juris ecclesiastici, nihilominus quod canone tridentino reiciendum ponitur, semper idem manet. Nimirum termino technico sollemnis professionis concilium, exemplo Bonifatii VJH, significaverit professionem sollemnizatam vel ut sollemnem acceptatam ab ecclesia pro matrimonio dirimendo, nominatim quidem pro matrimonio rato jam contracto. Hinc canone asseritur, professione religionis illa usitata, qua ecclesia constituerit matrimonium mere ratum solvi, idem matrimonium non opinione falsa, sed re vera coram Deo, nempe ex potestate divinitus ecclesiae impertita, dirimi. Atqui haec veritas est immutabilis in ecclesia, ut est immutabilis potestas ecclesiastica. Licet enim cum exsistentia sollemnitatis quadantenus essentia ab ecclesia ita pendeat, ut ecclesia, si id unquam expediret, sollemni professioni vim, qua valet, per se quidem, ad effectum matrimonii dirimendi, demere posset, canon tridentinus tamen incolumis remaneret, quod non de futura tali jam aliter intellegenda, sed de aetatis suae sollemni professione cortcilium tridentinum loquitur. Enimvero si sollemnitas professionis consistat in perpetuitate status etiam ex parte ecclesiae professionem acceptantis firma, haud dubie sollemnitas ea intrinsecus perfectior est, cujus vi interna vinculum statui religioso et firmitati ejus aliquatenus repugnans matrimonii tum sequentis liciti et validi tum etiam praecedentis removetur, proindeque homo officio non solum virtutis religionis, sed et castitatis in statu proprio retinetur Agite, ut ad inceptum redeamus, pari modo pontifex romanus, quamdiu servata

in primatu divinitus instituta prius enuntiatur, tum subjectum successionis in primatu aeque infallibiliter determinatur. In hac autem determinatione pontifex romanus, utpote appellatus proprie prae aliis et sine exceptione vel distinctione ulla, accipitur formaliter, quatenus episcopatu romano suo ipso condicionem necessariam ad primatum praestet, non materialiter pro homine mere eo, qui condicioni primatus non accuratius definiendae respondeat, nisi forte contendis, secundum affirmatam divinam institutionem perpetuae successionis in primatu dumtaxat a concilio addi, esse etiam in praesenti aliquem successorem, episcopum alicujus urbis et quidem Romae, qualis interpretatio et per se tamquam exilis nimis a specie veri aliena est et per doctrinam vaticanam praemissam conclusioni breviori illi recitatae penitus excluditur. Etenim concilium modum successionis eum profert, qui nisi in pontificem romanum cadere non queat, haec asseverando (l. c.; *D* 1670): „Nulli sane dubium, immo saeculis omnibus notum est, quod sanctus beatissimusque Petrus, apostolorum princeps et caput fideique columna et ecclesiae catholicae fundamentum, a Domino nostro Jesu Christo, Salvatore humani generis ac Redemptore, claves regni accepit: qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus, episcopis sanctae romanae sedis, ab ipso fundatae ejusque consecratae sanguine vivit et praesidet et judicium exercet. Unde quicumque in hac cathedra Petro succedit, is secundum Christi ipsius institutionem primatum Petri in universam ecclesiam obtinet.“ Videlicet Petrus regni claviger in episcopis romanis universe, non in selecto uno alterove, ut successoribus suis vivus, et episcopalis cathedrae romanae cum primatu nexus talis exhibetur, ut successor quilibet in illa cathedra a Petro beatissimo fundata et ad suum exitum servata eo ipso, quod succedat in hac cathedra, successor etiam exsistat in primatu. Hinc etiam paulo post (c. 3; *D* 1676) judicium ipsius sedis apostolicae, scilicet perseverantis

nominis significatione est episcopus urbis Romae, idem ex definitione florentins caput ecclesiae universae erit.

Ceterum difficultas ipsa de tot ecclesiae definitionibus aliquas pro opposita opinione afferendi monstrat, quam firmum argumentum sit, quod supra ex consuetudine loquendi ecclesiastica pro interpretanda definitione llorentina quidem promitur.

futurum, a nullo retractandum et appellatio a judiciis pontificum romanorum, nempe non unius tantum praesentis, sed plurium futurorum quoque, illicita declaratur. Minimum igitur hoc synodus vaticana definivit, prae ceteris pontifices romanos Petro in primatu ad nostrum usque tempus successisse, eosdemque semper, i. e., latiore saltem sensu pergentes porro (cf. *Granderath,* constitut. concil. vat. explic. pag. 141 s) primatum obtinere. Praeterea concilium definitionem florentini, quam ponderavimus, ad verbum repetendo innovavit (ib. c. 3; *D* 1672).

Ceterum ex actis concilii abhinc annos complures editis jam clarius percipimus, Patres vaticanos rrelictis quaestionibus et hypothesibus in schola plus minusve libere agitatis, quoad perpetuitatem urbis Romae et conjunctionem primatus cum sede romana noluisse „hic et nunc configere" opinionem, qua „factum Petri" in urbe figentis sedem „tantum humanum" diceretur (videas *L* 7, 293. 364 s), proinde eos noluisse evitare illam quantulamcumque ambiguitatem, qua pontifex romanus successor s. Petri intellegi posset ita, si vel quousque idem succedendi modus per ipsam potestatem pontificis summi perseveraret. A^erumtamen hac moderatione de firmitate sententiae asserentis primatus romani stabilitatem nihil prorsus detrahitur. Certe primum hinc non tollitur vis sua monumentis supra allatis antiquioribus, nedum expressioribus v. g. *Nicolai I* vel *Clementis* FZ(n. 554. 556) tricarum vix capacibus, sed ne illis quidem plurimis, ubi minus explicite immutabilitas sedis primatus significatur; quis enim inanimum inducat, veteres illos omnes, aeque ac Patres vaticanos, longiore examine praemisso secum reputasse, formulas dicendi tales simpliciores, quamvis per se absolutas et universales, in sensum hypotheticum et restrictum accipi utcumque posse, et hac illos mente demum formulas usurpasse? Accedit, quod ratio loquendi vaticana, utpote vetustiori, e. c. definitioni florentinae simul innovatae, tota consentanea, haud dubie doctrinae nostrae, non adversae per se suffragatur, adeo ut theologus praeclarus, post Cardinalis *Franzelin,* qui ipse in concilio partem magnam habuit, indissolubilem primatus cum sede romana unionem etiam illinc inferat; etsi eam juris humani praedicare per eundem licet (de ecclesia th. XII).

vero jam inscriptio capitis „de perpetuitate primatus b. Petri in romanis pontificibus" una eademque voce unam eandemque perpetuitatem et primatus, ex doctrina subjuncta ad finem saeculorum jugiter duraturi, et primatus in romanis pontificibus insinuat. Secundum explicationem vaticanam ipsam primatum Petri obtinet, quicumque Petro in romana cathedra succedit; quo pronuntiato universali intellegitur primatum obtinere succedens in romana cathedra per se quicumque etiam futurus, immo magis proprie quam praeteritus vel praesens, quatenus praeteritus et praesens magis proprie non succedit nec succedere jam ut talis potest, sed successit, cum ex contrario qui nunc est futurus, quisque suo tempore succedat. Insuper synodus successorem in primatu declarat romanum pontificem simpliciter, non temporis hujus vel illius, unde sensu obvio pontifex romanus cujusvis temporis ecclesiae significatur. Neque obest, quod concilium nolens definire nexum perennem cathedrae romanae et primatus, cum successores in primatu generatim perpetuos dixisset, pontificem romanum speciatim non diserte perpetuum successorem profitetur; at ex praestructa doctrina de successoribus perpetuis generali successores, quos concilium statim solos definitione speciali a sede sua nominat, et ipsi perpetui sponte cogitantur, praesertim quod in formula florentina exinde repetita successores in primatu perpetui et successores pontifices romani non distincte efferuntur, sed potius supposita successionis perpetuitate simpliciter romanus pontifex successor perhibetur.

Quocirca pro contextu particula „semper" in sententia, qua Petrus ad hoc usque tempus et semper in successoribus romanis vivere dicitur, non dumtaxat idem atque „ultra" vel „in posterum" sonat, sed tempus futurum in perpetuum comprehendit; etenim per caput memoratum totum synodus vaticana docendo fere sic procedit: Christus ipse instituit primatum Petri vivi in successoribus perpetuum; successores autem, in quibus Petrus hactenus et „semper" primatum obtinendo vivit, sunt episcopi romanae sedis a Petro fundatae et sanguine consecratae; ergo primatum Petri obtinent comparate prae aliis episcopi romani omnes, nempe etiam futuri in perpetuum, iidemque omnes, considerati absolute prout obtinent primatum, secundum institutionem

Christi ipsius obtinent, et ita dispositio veritatis Christi manet; quali doctrinae post acta deliberationis qualiacumque tandem soli constitutae canon sanciens perpetuos successores in primatu et pontificem romanum successorem congruit. In qua argumentatione vim adverbii „semper“, quod quis vult esse anceps, ad significandam posteritatem omnem potius quam aliquam determinat consequens, profecto contentum in praemissis, per se non ambiguum, siquidem tantum extrinsecus ideoque violentius infertur propositioni clausula addicens romanis episcopis primatum, donec pro condicione interim posita in cathedra romana a Petro fundata et sanguine consecrata condicio alia ad primatum substituatur. His adde, quod concilium innovans definitionem florentinam dicit esse credendum, romanum pontificem primatum tenere vel successorem in primatu esse; quo verbo credendi, aliter ac tenendi, jam respici consuevit sola veritas divinitus per apostolos revelata, non etiam cum revelatis mere nexa, ut factum quoddam dogmaticum (cum s. IV. c. 4 vel *D* 1682 cf. *L* 7, 1704 ss); atqui primatus proprius romanae successionis si est revelatus, procul dubio non divisione temporis inaudita tantum aliquamdiu, sed potius immutabiliter Romae permansurus revelatus est.

Denique synodus vaticana conjunctionem indissolubilem pri- 561
matus cum romana sede in constitutione dogmatica ita non apertius proposuit, ut multo minus opinioni oppositae faveret; nec mirum; quantum enim ex actis paulo ante citatis praeparantibus conjectamus, Patres plerique vaticani in sententia fuerint, quam nunc ipsum tuemur (cf. *L 1,* 314. 364. 365. 436. 464—466); immo *Bartholomacus d'Avanzo,* episcopus calvensis, relator deputationis de fide, progrediendo justo longius etiam edixit (ib. 464): „]ure divino (et est dogma fidei) statutum est, ut qui succedit Petro in cathedra, sit successor in primatu": quod si reapse dogma fidei foret, jam eo ipso pro universa ecclesia constaret, jure divino proindeque inseparabili conjunctione primatum Petri junctum esse cathedrae romanae; quippe repugnat succedere Petro in cathedra, episcopali nempe in comparatione cum primatu, praeter eam, in qua ipse Petrus sederit; quae tandem sola est romana. Quin et post synodum vaticanam *Leo XIII,* jam summus pontifex, primatum a romana sede inseparabilem haud cunctanter celebravit; qui asseverat (lettera al Cardinale

Musei

i co XIII sedem primatus dicit tîrniam, insinuante conc. val.; alius de conciliis.

Rarnpolla. 15. giugno 1887): flCome nei consigli della provvi denza tutti gli umani avvenimenti furono ordinati a Cristo e alla chiesa, cosi la Roma antica e il suo impero furono stabiliti per la Roma cristiana; e non senza speciale disposizione a quella metropoli del mondo pagano rivolse i passi il principe degli apostoli s. Pietro, per divenirne il pastore e trasmetterle in perpetuo Γ autorità del supremo apostolato. Per tal guisa le sorti di Roma furono legate, di una maniera sacra ed indissolubile, a quelle dei vicario di Gesù Cristo/ Et (litt. ad Card. Rarnpolla, S. oct. 1895): „Roma de immutabili ac divina sua destinatione secura est/ Et iterum ille docet (encycl. de unit, eccl., 29. jun. 1896): -Quo modo Petri auctoritatem in romano pontifice perpetuam permanere necesse est, sic episcopi, quod succedunt apostolis, horum potestatem ordinariam hereditate capiunt; ita ut intimam ecclesiae constitutionem ordo episcoporum necessario attingat.Quae cum ita sint, concilium vaticanum colligationem immutabilem primatus cum cathedra romana nec definitam esse docuit nec definivit ipsum, sed non recusat, quominus ex documentis pristinis vel explicitis vel implicitis et ex modo docendi suo proprio colligatio illa indubia habeatur, sicut merito haberi illam demonstravimus.l)

l) Idcirco minus placet, quod de enuntiatis sacris in hac causa scribit *Holkcick* (1. c. 130. 162—166): .Diese lehramtlichen Ausspruche wollten oflenbar die Frage nicht entscheiden, wie sich besonders aus den Acten des vatikanischcn Concils klar nachweisen lasst, also haben sie dieselbe nicht entschieden. Sie constatiren lediglich die Thatsache der Succession der romischen Bischofe in den Primat Petri als ein mit Glaubensgewissheit feststehendes factum dogmaticum. Es ist weder im Lyoner Concil gesagt, dxss der romische Bischof immer den Primat innehaben wird, noch im Florcntiner und im Vatikanischen, dass der romische Bischof immer Primas sein wird. Dort heisst es obtinet, hier esse . . Gleichwohl ist fur uns der Wortlaut jener Beschlüsse von der grossten Bedeutung . . Wie der Wortlaut dieser Beschliisse liegt. gehort eine dem gewohnlichen Glaubigen wohl kaum verfugbare Unterscheidungsgabe dazu, um zu erkennen, dass es sich in jenen Entscheidungen nicht um eine Rcchtsfrage handle, sondern lediglich um die Constatirung einer Thatsache . . Wenn auch die Viiter der genannten Concilien unsere Frage nicht entscheiden wollten und faktisch weder dirckt noch indirekt entschieden haben, so ist doch ganz sicher, dass sic fur das, was sie entscheiden wollten und wirklich entschieden haben. einen anderen Wortlaut wahlcn mussten, wenn sie nicht die Untrennbarkeit des Primates von Rom als etwas Sicheres, gewissermassen Selbstrerstundliches vorausgesetzt hâtten . . Nicht also in dem Sinn berufeu wir uns auf die angegebenen Conciliar- Dekrcte, als

e. Adde, quod opinio separabilitatis primatus a cathedra 562
romana, olini a quibusdam paucis, ut *Dominico Solo, Ballez,*

I habe man in Lyon, Florens und auf dem Vaticanum unserc Frage entscheiden
I tollcn oder thatsiichlich, wenn auch nur indirekt, entschieden, sondern die Benifung will sagen: Was jene Concilien entscheiden wollten und entschieden haben, ware in ganz anderer Fassung gegeben worden, wenn man nicht von der stillschweigenden Voraussetzung ausgegangen ware, dass der Primat von Rom ontrennbar sei.u Paucis auctor putat, a Patribus nominating conciliorum dumtaxat factum dogmaticum primatus penes sedem romanam consistentis pro comperto vindicari, quaestionem autem de primatu a romana sede nunquam separando vel per jus ipsum non separabili neque directe neque indirecte definiri, etsi verba Patrum concepta ita sint, ut pro captu audientium communium intellegentiam primatus separabilis vix permittant et in docentibus existimationem primatus certo inseparabilis supponant.

Verum enimvero firma persuasio Patrum de primatu inseparabili a Roma, non mera opinio quomodo ex dictis Patrum deducatur, si dictis Patrum pacto nullo continetur? Et quomodo magisterium sacrum cum propositiones captiosas recte damnet, ipsum iterum iterumque propositionem statuat, cujus verba prorsus eadem aliquid unum definientia simul altero quodam simplices omnes fere necessario imbuant, quin hoc alterum item non solum verum sit, sed etiam certo verum ex verbis ipsis comprobetur? Nimirum ultro concedimus, perpetuam et indissolubilem conjunctionem primatus s. Petri cum cathedra romana non esse definitam vel saltem non satis agnosci definitam, quatenus usu vocis utique communi definitum dicitur, quidquid constructione grammatica sive directa sive indirecta a magisterio sacro verbis tam apertis et voluntate obligandi tam manifesta fidelibus sollemniter proponitur, ut ad assensum firmum omnibus imponendum ideoque ad controversiam omnem finiendam vel praecludendam per sc quidem sufficiat. At negamus, conjunctionem illam non indirecte definitam esse, si sensu insolentiore intellegatur indirecte definitum, quod verbis aliquid definientibus ipsis item vere, quamvis minus clare, significetur vel ex iisdem per se certo quomodocumque colligatur. Insuper negamus, deesse definitionem, si definitio latius numeretur quaciibet actio magisterii sacri peremptoria, vel sollemnis in judicio vel ordinaria in praedicatione universali; nam modo peremptorio alterutro perpetuitatem plenam romanae successionis in primatu per monumeuta traditionis, adnuineratis declarationibus Nicolai I ct Clementis VI, exprimi probavimus.

Quocum conciliatur, quod quaestio penitus quondam soluta a tempore longiore non amplius agnoscitur. Etenim historia suffragante fieri potest, ut propositio veritatum quanmdam salutarium olim satis facta dubitationibus magis minusve seriis intercipiatur, quae solum propositione nova dilucida magisterii sacri pro tota ecclesia tollantur; ita apostoli claritate sufficiente ad credendum omnibus promulgaverint veritatem revelatam, baptisma etiam extra ecclesiam valide ministrari posse, quae veritas tempore procedente velut nubibus quibusdam obscurata promulgationem repetendam postulaverit. Consimiliter igitur notitia sive facti enuntiationis sacrae apostolis etiam multo posterioris sive peremptoriae indolis facti deficere pedetentim poterit, praesertim cum enuntiatio talis, utpote sensui ecclesiae nimis consentanea, litem graviorem nec praecedentem nec subsequentem ullam habet ideoque vestigia

Mendoza, timide detensa, jam a theologo nullo sustine-

notabilia in historia non relinquit (cf. th. XXVII. p. III. n. 7. adnot,). Unde explicatur, quomodo doctrina Nicolai vel Clementis tam perspicue praedicationem ordinariam et fidem ecclesiae obsignans paulatim vel in se vel in pondere insito suo cuidam oblivioni data sit; neque enim veritas primatus ab urbe nunquam separandi ad fundamentales eas quidem pertinet, quae semper explicite credendae vel(col. damnata a *Pώ VI* prop, pistor. 1; *D* 1364) obscurationi nulli obnoxiae in ecclesia Christi sunt. Ratione aequali haud nefas sit censere, ab ipso concilio lateranensi IV, lugdunensi II, tlorentino primatum sacrum Romae non tantummodo praesentem vel praeteritum vel futurum ad tempus saltem aliquod, sed futurum simpliciter vel perpetuo pro sensu verborum sollemnium et obvio solo et tunc cogitato solo vere definitum esse. Certe opinio primatus opportune sejungendi vel transferendi intervallo amplo post concilium florentinum eademque teste *Benedicto XIV* (de synodo dioec. 1. 2. c. 1) paucorum et digna, quae censura perstringeretur, exstitit; quale judicium declarationi priori etiam peremptoriae valde quidem congruit neque tamen memoriam ejus firmam prodit. Porro synodus vaticana dubitationem ortam jam plurium de sensu doctrinae pristinae non pro parte sua definiendo expulit nec proinde opinationem paucorum theologorum de sede primatus mutanda hic et nunc confixit, unde illi adhuc intra fines ecclesiae plus minusve libere adhaerere licet; sed ex hoc non sequitur, rem definitam nunquam esse.

Nec recte enodationi nostrae opponetur, Patres vaticanos, quamvis non definientes, vocibus consimilibus ac conventus vetustiores usos esse. Namque oportet scire, verba plane eadem, si sint quomodocumque apta sensui vario exprimendo, ad significandum potius hoc quam illud determinari per loquentis intentionem; atqui intentio definiendi concilio vaticano quidem defuit, id quod fidelibus ipsis mox constare potuit ex adjunctis exterioribus, scilicet non tam ex actis praeparationis tardius editis nec per se quidquam pro ecclesia valentibus quam ex eo, quod synodus opinionem illam laxiorem non apertius improbaret, cum publice jam nota esset, et quod episcopi concilii mentem sibi perspectam rite interpretarentur; at hoc perperam intorqueretur in effata antiquiora, ubi nullo modo fas est suspicari intentionem proferendi verba vel formulas dicendi secundum significationem, quae a nativa et propria recedat. Nec rectius obicietur, concilium vaticanum definitionem florentinam ex professo innovasse; at vero praecipue pro vi et ratione, non perpetuitate primatus declaranda concilium definitionem innovavit idque ita, ut aliter agens atque alibi (s. III. c. *2; D* 1637) non mente synodi tlorentinae distinctius explanata commentum recens controversum condemnaret.

Ex his omnibus colligitur, magistros sacros non purum factum dogmaticum agnoscendo proposuisse. Quod quidem purum factum nemo ita dicet, ut dumtaxat successio romana in primatu facta, h. e., praeterita statuatur, seposita successione futura, quae nondum cum aliis dogmaticis vere factis facta, sed facienda sit, et seposito indicio omni juris; nam synodus vaticana quoque evidentius exhibet primatum, qui hucusque Romae vigeat et semper, et successionem eam, ut succedens, protectu etiam ulterius, in cathedra romana succedat in primatu Petri, nexu sane praestituto per jus quoddam ipsum. Sed insuper documentis sacris successio romana in primatu ad mundi exitum futura sive definita sive utcumque certa continetur; qua perfecta stabilitate significata majores nostri cum nec vaticinando

tur.') Et ipse populus fidelis pro intima sua persuasione Romam ob primatum urbem aeternam nominat.

factum vel factorum seriem futuram hanc prae diversa item ecclesiae permissa praenuntiaverint nec docendo revelationem de serie tali per arbitrium humanum contingente comprehensam fidei deposito exposuerint, necessitatem antecedentem quandam juris immutabilis indicaverunt.

') Scholae sententiam legas diligenter expositam ab *Hullweck* (1. c. *5* — 111). Ceterum non est, cur ipse *Olivi,* ex verbis recitatis quidem (ib. 20), primatus separabilis patronis adnumerctur; neque enim dicit, omnia in ecclesia mutari posse, dummodo utilitas vel necessitas mutationem postulet, sed vult sibi solum, omnia, quae sint in ecclesia mobilia, utilitate et necessitate flagitante mutationem, recte a pontifice mutari. Neque ex contrario ita accurate Cardinali *Framdin* doctrina attribuitur (ib. 109—111), modum successionis esse a Christo ipso in individuo determinatum, unde sane modus ille juris divini foret. Reapse Cardinalis modum succedendi repetit, saltem certo, non a jussu Domini neque a ratihabitione divina consequente adeo speciali, ut jam sit jus divinum, verum potius a sola voluntate Petri divinitus quidem ita ducta et condicionibus talibus temporum cumulata, ut exercitio juris, quantumvis humani, sedis transferendae locus non supersit. Sic videlicet ille de ecclesia, pag. 211 ss): „Si quod . . Patres praedicant . . intelligeretur de jussu divinitus revelato, adeoque de unione romanae sedis cum primatu ex jure divino, quod Petrus apostolus tamquam revelationem catholicam saltem practice et facto ipso ecclesiae consignasset, jam ipsa illa perennis unio esset de fide catholica, nec eam, hoc supposito, ab ipso Petro vel ab ejus successoribus potuisse aut posse dissolvi, manifestum esL Hujusmodi vero veritatem de fide catholica ex jam concessis non asserimus, neque ergo asserimus revelatam jussionem et proprie dictum jus divinum. Attamen quandoquidem agitur de apostolo et de principe apostolorum et de institutione concernente totam ecclesiam, imo de institutione quae intime connectitur cum ipso visibili ecclesiae fundamento, quod a Christo positum est in Petro et in successione Petri; ex ipsa hac rerum natura sequitur, quod et omnibus conciliorum, pontificum et Patrum citatis testimoniis docetur, saltem per specialem supernaturalem assistentiam et directionem Petrum cum hac sua sede romana univisse et unitum suis in eadem successoribus reliquisse primatum. Constitutus sub hac ‚mirabili dispensatione' Dei neque ipse Petrus potuisset separare primatum a sua sede romana, non quidem ex defectu potestatis per se et absolute spectatae, sed ex privilegio indefectibilitatis apostolicae in sequenda divina directione praesertim quoad hujusmodi magnas totam ecclesiam ejusque ipsum visibile fundamentum concernentes institutiones, quantumvis supponantur non immediate divini sed apostolici dumtaxat juris. Pro successoribus autem Petri, quidquid sit de potestate per se et abstracte considerata, rem spectando in concreto cum omnibus suis adjunctis unio non in transitu sed in consummatione facta a Petro . . et constituta successio in primatu per ipsam successionem in sede romana inulto magis incommutabilis juris censeri debet . . Probatum est, totum modum sentiendi et docendi de successione Petri, de ecclesia ct sede apostolica Petri, expressum definitionibus et professionibus fidei catholicae et universali traditione omnium aetatum, in hypothesi de qua agitur, mutatum ct transversum iri; qua major et, ut mitissime dicatur, periculis plenior perturbatio

563 f. Quare nemo unquam sive amicorum sive inimicorum ecclesiae serio deliberavit de primatu in sedem diversam transferendo, ne tunc quidem, cum adjuncta quaedam, velut persecutiones ecclesiam romanam et episcopum romanum divexantes, splendor civitatis constantinopolitanae, novae Romae, factum absentiae pontificum romanorum ab urbe diuturnae, juris ipsius translationem vel suadere vel examini studioso subicere videbantur.

Ô64 g. Accedit argumentum congruentiae, quod, primatus sede immutabiliter firmata, facilius praecaventur schismata, contra primatus finem proprium ex aemulatione nationum aliter vix non oritura, atque ecclesiae bonum validius promovetur, quatenus electio successorum in primatu certior efficitur et ratio regendae ecclesiae constantior.

h. Xeve opponas urbis Romae futuram a fide defectionem velet eversionem. Quae quidem defectio atque eversio non potest demonstrari, etiam ex *Apoc* 17. 18, ubi tantum occasus romanae idololatriae Christianos persequentis certo praenuntiatur. Insuper, quod attinet ad eversionem, ecclesia romana non ex muris, sed ex fidelibus constituitur. Demum episcopus romanus vero quodam sensu etiam ille esset, qui ad ecclesiam particularem romanam non amplius collectam, sed iterum colligendam referretur (cf. *Grisar,* Geschichte Roms 1, n. 356).

566 *Prob. min.* argumenti supra (n. 548) positi, qua inseparabilitas deducitur ex voluntate Dei saltem consequente.

a. Quidquid sola humana s. Petri voluntate in ecclesia est statutum, mutationi sicut per Petrum ipsum, ita per Petri in primatu successores inducendae est ex se obnoxium; potestas enim eadem, qua gaudebat Petrus, inest illibata omnibus et singulis in primatu successoribus. Ergo eatenus tantum immutabilitas illa declarata unionis primatus cum cathedra

n

in ecclesia Dei nescio an cogitari possit. Ergo illa translatio primatus et mutatio signi visibilis pro successione in hereditate Petri, numquam potest esse, quaecumque supponantur rerum et temporum conditiones, in aedificationem corporis Christi, sed semper foret in ejus perpetuum et universale detrimentum. Atqui ‚plenitudo potestatis est omnia posse iu aedificationem corporis Christi', eaque adstricta est normis divinis. Ut vero semper actu ipso hisce normis regatur, promissa est successori Petri non solum ad infallibilitatem in definiendis rebus fidei et morum, sed etiam ad universale regimen ecclesiae, quatenus inde ipsa fidei et morum custodia pendet, indefectibilis assistentia Dei.·*

romana explanari potest, quatenus supponitur interventus aliqui divinae voluntatis, qui saltem factum decretumque Petri speciali ratione approbando sive confirmando consecutus sit, successionis vero factum antecesserit.

b. Sane quo pacto alio immutabilitatem illam explices? 567
Non profecto sufficit enodatio eorum, qui immutabilem modum successionis ex jure mere apostolico s. Petri repetunt, quod tamen putant Petri tamquam primi exstitisse proprium ideoque usu ipsius s. Petri veluti exhaustum esse. At enim minime capitur, qui jus determinandi modi successionis in successoribus veris Petri, apostolorum principis, jam nullum inveniatur, nisi aut Deus ipse rationem succedendi illam totam praestituerit, aut condicione hac arbitrio s. Petri commiserit eam partim vel integram stabiliendam, ut factum et decretum semel positum perennem vim haberet, aut certe decreto Petri jam supposito addiderit supremam suam et specialem sanctionem; atqui his viis omnibus jus divinum aliquatenus postulatur. Quod autem factum primatus a Petro juncti cathedrae romanae infectum fieri nequit, haudquaquam adversarios juvat, cum non ex se impediat, quominus jus facto illo constitutum per factum aliud removeatur. An dices, separatione tali posita successorem in primatu non fore plene vel sub ratione omni successorem Petri? Enimvero hoc non posse per se evenire, per solam petitionem principii contenditur. Si forte obicis humana acta varia, ut initi matrimonii, quae jus immobile inducant, prompte respondetur, sequi effectum istum non sine interventu Dei actus illos sancientis, proindeque argumentum retorquetur.

c. Neque etiam convenit, immutabilitatem, de qua agitur, 568
ex eo solo derivare, quod in hypothesi primatus a sede romana separati modus docendi universalis et hactenus plene constans de sede primatus ideoque de ecclesia catholica romana commutandus foret, unde exsisteret confusio adeo perniciosa, ut, quamvis per se et in abstracto potestas primatus transferendi supremo ecclesiae capiti inesset, in concreto tamen ad actum pervenire eadem non posset, stante assistentia illa divina peculiari, qua ecclesia universalis a legibus cedentibus in religionis detrimentum custoditur. Haec, inquam, ratio accepta exclusive nobis non satisfacit. Etenim non apparet satis, quare, causis gravissimis mutationem rei, olim quidem utilis et instinctu

Dei ordinatae, exigentibus vel saltem suadentibus, incommodum objectum non posset devitari; sufficeret populum fidelem recte instruendo ad mutationem recte aestimandam paulatim praeparare. Praeterea non solum in declarationibus recentioribus, sed etiam ab antiquitate Christiana episcopus romanus ut successor in primatu exhibetur, nulla unquam adjecta condicione vel primatus transferendi suspicione; atqui in primordiis ecclesiae periculum confusionis nasciturae certe minus erat. Postremo doctrina ecclesiae sive dispersae sive in conciliis collectae objectum immutabile non facit, sed supponit.

Ô69 ‹l. Insuper complures loci traditionis indicant ipsum fontem immutabilitatis memoratae, voluntatem Dei. Resumantur verba *Nicolai* ***I*** (n. 554), *Anselmi havelbcrgensis* (n. 545), *Nicolai 111* (ib.), *Bonifatii VIII* (n. 555), *'Julii,* ***II*** (n. 545), *Leonis Xlll* (n. 561).

570 2. Primatus cum cathedra romana unionem per ipsum jus divinum esse, videtur etiam ex facto stupendo primatus in sede illa hactenus servati et vigentis confirmari. Cujus argumenti vim ut rite assequaris, cogita accurate primatus romani extensionem ad tempus continuum, ad spatium amplissimum, tot regna politica comprehendens, ad rerum magnitudinem et multitudinem, ad personas, i. e., cujusvis generis homines, qui, quo erant meliores et in scientia divina praeclariores, eo majore pietate ecclesiae praecise romanae absolute adhaerebant: cogita ejusdem primatus subjectum, admirabilem illam tot pontificum seriem, plurimum quidem sanctitate et virtutibus insignium, unde elucet Dei erga romanam sedem benevolentia singularis, aliquando autem muneri alto in ratione vitae parum respondentium, unde protectio Dei in adversis cernitur; cogita fructus sanctimoniae multiplices ex primatu romano illo natos et latissime propagatos; cogita, primatum talem et tantum Romae immotum perstitisse in saevissimis procellis; cogita victorias innumeras, plerumque in inopia praesidiorum humanorum, contra hostes potentissimos sive externos sive internos reportatas. Haec quippe cuncta sunt conspicui effectus supernae providentiae eximiae, sede primatus romana Christi praedictionem (J/a/ 1G, 18) re implentis (cf. formulam *Ilormisdac* n. 493), proindeque sunt splendida indicia voluntatis sede primatus romana quasi delectantis. Atqui voluntas talis Dei neuti

quam mutabilis est censenda; sed potius quae tot saeculis in
I condicionibus tam variis et saepe difficillimis sunt Romae prospere gesta, videntur prorsus esse pignora rerum ex placito divino semel fixo in perpetuum gerendarum.

3. Quod hic defenditur, a fortiore per rationes proprias 571
thesis subsequentis comprobatur.

4. Ad haec notato: a. Splendor urbis Romae, reginae 572
i orbis antiqui cogniti, exsistens in principio rei Christianae, potuit quidem esse ratio, cur prae aliis illa primatus Petri
j sedes primo eligeretur, „ut lux veritatis quae in omnium gen-
! tium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet" (ex *Leonis M.* serm. 82. al. 80. c. 3; J/ 54, 424); at ratio primatus in romana cathedra perdurantis nequit ex dictis duci commemoratus splendor perseverans. Iinmo, historia teste, magnificentia terrena ab urbe recedente
(coepit etiam magis inclarescere principatus sacer, atque plus splendoris, quin et protectionis, a pontifice in urbem, quam ab urbe in pontificem redundavit.

b. Ex demonstratis constat, episcopatus romani atque 573
oecumenici conjunctionem ne ab ipso quidem summo capite ecclesiae dissolvi posse. Porro multo magis a veritate
; *Febromus* aberrat, cum contendit, primatum, ex ejus quidem theoria jure humano vel a fidelium coetu antistiti romano creditum, auctoritate similiter ecclesiae, i. e., sejuncta ab ea pontificis romani, episcopo alteri mandari posse. Ita ille (de statu ecclesiae c. 2. §.3): „Reliquum est. ut penes ecclesiam .. steterit et etiamnum perduret jus determinandi, per quem unam alteramve partem clavium administrari, adeoque per quem primum in ecclesia officium, per quem inferiora munia conformiter ad institutionem Christi geri velit. Hinc sicut per rationes convenientiae humana auctoritate romanae urbis antistiti sacer primatus creditus fuit, sic et ex rationalibus motivis auctoritate ecclesiae eundem ad alium episcopum e. g. mediolanensem, parisiensem etc. transferri posse.." Haec scilicet doctrina, cum inferior nihil possit contra decreta superioris, manat ex principiis haereticis de subjecto potestatis ecclesiasticae, a *concilio Vaticano* explicite damnatis. Vide et proscriptam propositionem 35, quae fuit Joannis N. Nuytz, in syllabo /Vz ***IX*** (supra n. 538).

571 l'hesis XA II. *Quin rationibus non spernendis opinio illa nititur, qua in fiyendo perenni modo successionis potestatis summae per sedem aliquam episcopalem eamque romanam s. Petrus mere voluntatem Dei antecedentem esse exsecutus affirmatur. Sententia autem, quae indissolubilem primatus cum cathedra romana conjunctionem pro veritate ab ipso Deo in se revelata habet, ut satis certa admittenda est.*

Demonstratio p. T. qua commendatur conjunctio primatus cum cathedra romana divinitus facta antecedens.

1. Opinioni collaudatae favent vehementer varia traditionis testimonia, praesertim si spectentur simul, secundum quae non voluntate Petri prorsus libere, quamvis impulsu providentiae suavi, prius eligentis, sed potius expresso Dei jussu ideoque divina voluntate antecedente factum Petri modus successionis in primatu videtur definitus esse; quo mandato utique, sicut etiam aliis decretis Dei pertinentibus ad ecclesiam, obiectum suum solum prae opposito, nedum licitum, sed validum constitueretur. Praeceptum tale satis clare indicant verba *Optati* pridem (n. 236. 487 proposita. Illis enim cathedra episcopalis dicitur collata Petro ; quae, ut per se jam intellegitur, ita describitur diserte ab Optato re ipsa eadem ac cathedra primatus: nam est ea, in qua sederit omnium apostolorum caput Petrus, in qua una singulari unitas ab omnibus servetur, quae sit prima de dotibus notisve ecclesiae, cujus sint ex Christi promissione claves regni. Porro haec cathedra primatus non dicitur simpliciter, sed, adversario ipso consentiente, cum addito: in urbe Roma; eademque cathedra collata esse Petro affirmatur, certe non ab alio atque a Deo ipso (cf. *Pastoris Hermae* dictum supra n. 433). Itaque, ex persuasione Optati vel aequalium, non simpliciter tantummodo primatus, verum primatus in ipsa tandem urbe Roma defigendus est per voluntatem Christi Petro impertitus, h. e., voluntas Domini cum ea erat, ut Petrus susciperet primatum, tum sane aeque immediata et antecedens ea. ut eundem Romae stabiliret.—

in

Adjungimus doctum *Athanasium,* quatenus quidem jussum Petro datum se conferendi Romam veris propriisque praeceptis, Moysi et Eliae impositis, exaequat et ab optione facta Davidi inter

noscit, ad hunc modum (apol. de fuga sua η. 18; Λ/25, 667): „Magntis . . Moyses qui se ante a Pharaone occultarat, ac illius formidine in terram Madiam secesserat, his auditis (c'/.ofaeg) : .Vade in Aegyptum' (cf. Ex 3, 10), absque metu jussum implevit. Atque iterum jussus *(7(ροσταγ&εI)* in montem Abarim conscendere, ut illic obiret (Deut 32. 49), nequaquam ex metu substitit, sed libenter eo contendit. David quoque qui antea a Saule fugerat, non prae formidine recusavit belli periculis pro populo subeundis sese cum primis offerre: sed ubi mortis vel fugae optionem sibi esse audiisset, cum perinde liceret aut fugere aut mori, sapiens ille vir mortem praeoptavit. Magnus autem Elias qui se a Jezabele olim occultarat, minime reformidavit, jubente Spiritu sancto *(απούσα παρά τον Πνεύματο ')*, Achabo occurrere (3 Reg 21, 18), Ochoziamque redarguere 4 Reg 1, 3. 15. 16). Petrus vero qui sese metu judaeorum absconderat, et Paulus apostolus qui in sporta demissus sic evaserat, his auditis verbis, Oportet vos Romae martyrium subire (dznroarrfg, *Eι lΡώμην δεϊ υμά μαρτνρησαι)* profectum non distulere suum, imo potius gaudentes abierunt, et ille quidem ut ad suos properans, de nece sua gaudebat, hic vero cum tempus adesset nequaquam exhorruit, sed gloriabundus ait: ‚Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meae instat' 2 Tim 4, 6).“

Voluntas Domini eadem praevia, ut Petrus moriens Ro- 575
mae relinqueret primatum, appareat confirmata et a sinistris interpretationibus munita per hanc *Ajnbrosii* narrationem serm. contra Auxentium de basilicis n. 13; **J/** 16, 1010 s); ddem Petrus postea, victo Simone, cum praecepta Dei populo seminaret, doceret castimoniam, excitavit animos gentilium ; quibus eum quaerentibus, christianae animae deprecatae sunt, ut paulisper cederet. Et quamvis esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus est; rogabatur enim ut ad instituendum et confirmandum populum se reservaret. Quid multa? Nocte muros egredi coepit, et videns sibi in porta Christum occurrere, urbemque ingredi, ait: ‚Domine, quo vadis?' Respondit Christus: ‚Venio iterum crucifigi' Intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo. Itaque sponte remeavit, interrogantibus christianis responsum reddidit, statimque correptus, per crucem

suam honorificavit Dominum Jesum.“ —Cf. *auctoris vetusti* hist, de excidio urbis hieros. l. 3. c. 2 (**J/** 15, 2069 s). —Item accedit testis haud ambiguus *Hieronymus* tum in cornm. in Gal turn in Eusebii chron. (supra n. 191. 516). — Pulchre loquitur *Leo M.* (serm 82. al. 80. c. 3—5; **J/**54, 424 s): „Cum duodecim apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum evangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent, beatissimus Petrus princeps apostolici ordinis, ad arcem romani destinatur imperii, ut lux veritatis quae in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet . . Ad hanc ergo urbem tu, beatissime Petre apostole, venire non metuis, et consorte gloriae tuae Paulo apostolo aliarum adhuc ecclesiarum ordinationibus occupato, silvam istam frementium bestiarum et turbulentissimae profunditatis oceanum, constantior quam cum supra mare gradereris, ingrederis (Mat 14, 30) . . lam populos, qui ex circumcisione crediderant, erudieras; jam antiochenam ecclesiam, ubi primum Christiani nominis dignitas est orta (Act II, 26), fundaveras: jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam atque Bithyniam legibus evangelicae praedica tionis imbueras; nec aut dubius de proventu operis, aut de spatio tuae ignarus aetatis, tropaeum crucis Christi romanis arcibus inferebas, quo te divinis praeordinationibus anteibant et honor potestatis, et gloria passionis.“ — His adde sententiam, quam (supra n. 528) protulimus ex *sacramentario,* quod vocant *leonianum,* immo (n. 516) ex liturgia vetere ipsius *ecclesiae syriacae* („Glorificemus" etc; „Spiritus“ etc; „Missi“ etc). — Similiter *Gelasius **I*** (ep. 14; **J/** 59, 90): „Duodecim certe fuere apostoli, paribus meritis, parique dignitate suffulti. Cumque omnes aequaliter spirituali luce fulgerent, unum tamen principem esse ex illis voluit Christus, eumque dispensatione mirabili in dominam gentium Romam direxit, ut in praecipua urbe vel prima primum et praecipuum dirigeret Petrum. Ibique sicut doctrinae virtute sublimis emicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratus, aeterno hospitio conquiescit, praestans sedi, quam ipse benedixit, ut a portis inferi nunquam pro Domini promissione vincatur, omniumque sit fluctuantium tutissimus portus.“ — Kecolantur etiam verba *Gregorii M.* (n. 544) et *Hadriani I* (n. 493).

Deinde et *Ratramnus* monachus corbejensis disserit (contra 576
graecorum opposita l. 4. c. 8; **J/** 121, 335): „Ambos (Petrum et Paulum) in ecclesia (ecclesiae?) principatum a Christo positos, et Romae (Romam ?) directos, cum ecclesiastica veritas, tum ipsius passionis monstrat auctoritas. Illuc namque ambo principes sunt directi, ubi principatus eminebat mundi, quatenus romana civitas, sicut imperiali potentia totum sibi subjecerat orbem, sic religionis culmine, et apostolatus dignitate, totius mundi regnis praesideret. Et sicut voluit Salvator Hierosolymam nativitate sua, doctrina, miraculis, morte, sepultura, resurrectioneque reddere sublimem, sic etiam delegit romanam urbem apostolorum principum sanguine, sepulcro, memoria, doctrina, reddere gloriosam.“ — Eodem saeculo IX *Zacharias armc.nius* patriarcha censet, Deum romanis imperium orbis terrarum ideo contulisse, quod thronum s. Petri et imperium summum in ecclesia sua sancta fundare Romae vellet (vide *Kalholik* 1871. 1, 578). – Congruit etiam sententia *Anselmi havclbergcnsis* supra (n. 545) recitata. — Ad haec *Innocentius III* scribit (l. 2. ep. 209; **J/** 214, 7611: „Qui (Petrus) licet postmodum ex revelatione divina ab Antiochia fuerit translatus ad urbem, non tamen concessum sibi primatum deseruit, sedem (sed?) secum potius cathedrae transtulit principatum, cum Dominus eum nullatenus minorare voluerit quem Romae praeviderat martyrio coronandum “ Nimirum, ut idem pontifex declarat (decretal. l. 4. t. 17. c. 13), „locus . . quem elegit Dominus (cf. Deut 17, 8), apostolica sedes esse cognoscitur . . Quum enim Petrus urbem fugiens exivisset, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, revocare, interrogatus ab eo: ‚Domine, quo vadis?' respondit: ‚venio Romam iterum crucifigi', quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reversus." Revelatam legem Domini perpetuam Petro exsequendam Innocentius etiam sic describit (serm. 22. in solemn, d. apost. Petri et Pauli; .1/ 217, 556 s): „Dignum .. Deus providit et congruum, sed et congruum providit et dignum, ut ille qui erat princeps ecclesiae, sedem constitueret apud urbem, quae tenebat saeculi principatum; et ideo Dominus inquit ad Petrum: ‚Duc in altum' Lue 5, 4). Quasi diceret: Vade Romam, te et cum tuis transfer ad urbem, ‚et laxate' ibi ‚retia in capturam'. Ecce liquido patet, quantum Deus urbem istam dilexerit, ut eadem esset

sacerdotalis et regia, imperialis et apostolica, obtinens et exercens non solum dominium super corpora, verum etiam magisterium super animas. Longe nunc major et dignior auctoritate divina, quam olim potestate terrena. Per illam habens claves regni coelorum, per istam orbis terrarum regens habenas. Ne vero tantae dignitatis honor, vel potius tanti honoris dignitas ad aliam civitatem quacunque ratione transiret, sed in hac urbe juxta dispositionem perpetua lege maneret. Cum Petrus persecutionem fugiens infidelium urbem exisset, apparuit ei Dominus juxta urbem; cui cum Petrus dixisset: ‚Domine, quo vadis?' respondit: ‚Vado Romam iterum crucifigi/ Quod Petrus intelligens pro se dictum, ut videlicet caput crucifigeretur in membro, rediit ad urbem; quam tandem in crucis patibulo suo sanguine consecravit." Cf. ejusdem dictum supra (n. 174). — Denique expende verba *Leonis XIII* ante (n. Ô61, loco primo) memorata.

577 2. Ex thesi superiore interventum aliquem divinae voluntatis in modo successionis statuendo agnoscere oportet. Atqui non est ratio, cur magis consequens quam antecedens voluntas haec fuisse affirmetur.

578 3. Immo parum est credibile, Christum Dominum, cum sane res momenti gravioris pro ecclesia constituenda immediate per se ipse vel voluntate antecedente generatim praefiniret, rem adeo quidem fundamentalem, ut ab ea velut evolutio totius ecclesiae penderet, arbitrio s. Petri determinandam reliquisse. Atqui res ita fundamentalis est haud dubie perpetuus modus successionis in primatu.

579 4. Idem suadetur analogia cum ecclesia mosaica, ubi centrum cultus a Deo ipso est electum. Quae ratio eo magis urget, quo major debet semper ecclesiae Christi in summa universalitate esse unitas. Ergo probabiliter et etiam probabilius vi voluntatis Dei antecedentis, cujus foret Petrus merus exsecutor, ratio perpetua successionis in primatu, per episcopalem cathedram romanam, ordinata est. g

580 5. Certe exoptatissimum erat, ut apostoli ab exordio ipso praedicationis suae populos docere possent, quales ex divino jure successores Petri ducere oporteret. Atqui hoc voluntatem Dei potius antecedentem postulat. ‚tS|

6. Sententiam talem theologi haud pauci consectati sunt; 581
ex quorum numero est v. g. *Melchior Canus* (de locis theologicis l. 6. c. 4; c. 8. ad 10) vel hoc tempore *Palmieri* in tractatu suo insigni de romano pontifice (th. X).

Demonstratio p. 11, i. e., conjunctionem primatus cum 582
romana sede esse divinitus revelatam.

1. Ex comprobatis (th. XVI) inseparabilitas jam agnita primatus a cathedra romana censenda est effectus divinae voluntatis illam absolute decernentis. Atqui eatenus tantummodo effectus talis, inseparabilitas scilicet ab omnibus agnoscenda, ex voluntate Dei sequi potuit, quatenus decretum suum manifestare ipse Deus est dignatus, ita quidem, ut esset veritas in se revelata aut decretum Dei statuens, sive antecedenter sive consequenter, cathedram romanam, diserte nominatam seu jam monstratam, tamquam perennem cathedram primatus, aut saltem esset veritas in se revelata illud, si hoc solum erat, praeceptum antecedens Dei, ut quaecumque ratio successionis interventu Petri electa tandem foret, ea robur sempiternum obtineret; neque enim fingi potest veritas alia, sola in se revelata, unde ratiocinando colligere decretum divinum de indissolubili primatus et episcopatus romani conjunctione cum certitudine licuerit. Ergo non ut purum factum dogmaticum, i. e., cum veritate revelata tantum intime nexum, sed ut ipsum per se revelatum existimari debet aut decretum Dei illud, quo sit antecedenter vel consequenter statuta indissolubilis conjunctio primatus cum cathedra diserte jam romana, aut saltem illud, quod perpetuitatem modi successionis per Petrum suo tempore deligendi praestituerit, sive haec electio adscribitur Petro integra, sive sub condicione, qua v. g. semel eligere potuerit sedem episcopalem, cui primatum perpetuo contexi ipse mallet, ut simpliciter designando vel occupando usque ad mortem vel vita decedendo in urbe illa, cujus sedes esset. Jam vero etiam in altera hac hypothesi, minus quidem probabili, sedis non aperte divinitus nominatae inseparabilitatem primatus a cathedra romana oportet dicere revelatam. Namque ita non quidem modus succedendi in primatu hic prae illo revelatus est, sed modo succedendi per cathedram episcopalem eamque romanam secundum factum Petri eligentis posito jam hic modus unicus perpetuo legitimus

ex revelatione ipsa Dei praedicandus intellegitur. Eo pertinent exempla, quibus revelatio respiciens ex se subjectum minus determinatum facto subséquente ad subjectum certius quodpiam applicatur, ut *1 Reg* 9, 15 ss vel *Jo* 13, 21—26; quamquam loco utroque ad revelationem minus determinatam revelatio determinans, illic per verbum, hic per significantem quandam actionem Domini accessit. Itaque in hypothesi utralibet. tum modi successionis per cathedram romanam divinitus decreti et revelati, tum modi successionis divinitus in antecessum decreti et revelati pro sola sua perpetuitate, ceteroqui a Petro demum determinati et ex hac determinatione fidelibus certo cogniti, cathedra romana debet cathedra primatus jam a tempore Petri apostoli credi immutabilis, ideoque pontifices romani universe debent successores in primatu pariter ab initio credi omnes etiam perpetuo futuri; singuli autem pontifices romani sicut procedente demum tempore rite eliguntur, ita supposita dumtaxat legitima cujusque electione successores in primatu Petri pro hypothesi utravis illa credi possunt.

583 2. Ad hoc jam ilico expresse unionem indissolubilem primatus cum cathedra romana a Deo revelatam esse, iisdem rationibus fulcitur, quibus divino jussu, factum Petri antecedente, modum successionis stabilitum esse (hujus th. p. I) efficitur credibile.

584- 3. Ex doctrina disertissima *Clementis VI* (n. 556) pontifices b. Petro in cathedra romana legitime successuri omnes sunt jam nunc catholice credendi successuri etiam in primatu; qualis successionis veritas jam nunc catholice credi nequit, nisi nunc et ab initio deposito revelationis divinae per apostolos completae comprehenditur. — Ceterum rem in se revelatam esse sedem primatus in ecclesia romana constitutam suggesserat ante Clementem *concilium Lugdunense II (I)* 383 ss) approbando confessionem fidei, quae cum primatu romanae prae ceteris ecclesiae, etiam per exercitium quoddam suum declarato, tantum veritates in se revelatas continet, non excepta sententia de azymo, quae non tam est historica quam materiam revelatam aptam eucharistiae enuntiat (cf. explicat, florent.; *D* 587). — Similiter *concilium florentinum* in decreto unionis graecorum (Z) 586 ss) generatim de revelatis agit et si quid revelatis mere junctum profert, ut de voce rFilioque“ symbolo

licite apposita, id pei
velatae addit. Erit
definitur, apostolicam
tenere et pontificem
apostolorum esse. — Item *concilium Vaticanum* etsi aliunde scitur definiendo vel clare ecclesiam totam obligando in hanc causam interim quadantenus in dubium vocatam descendere noluisse, servavit tamen loquendi modum eum, qui sententiae propositae optime congruens, immo proprie dumtaxat in eadem plene verus attento examine comprobetur. Etenim memorabile vel illud est, quod concilium in capite et in canone de perpetuitate primatus b. Petri in romanis pontificibus (s. IV; *D* 1G70 s) veritatem successionis pontificis romani in primatu Petri, cum non per indolem suam ipsam dinoscatur revelatis pure nexa, velut a tempore ipsius Petri individuam, non adventiciam conjungit et in eodem ordine ponit cum altera illa veritate profitenda, ex jure divino beatum Petrum in primatu habere successores; atqui catholicorum nemo dubitat, quin haec sit veritas per se vel immediate revelata; nec sane haec est minus revelata quam infallibilitas pontificis romani, quae a concilio vaticano (ib. c. 4; *D* 1682) ut „divinitus revelatum dogma“ definitur. Insuper concilium veritatem successionis pontificis romani in primatu et ipsam sub anathemate pronuntiat (ib. c. 2); atqui nisi veritates per se revelatae ideoque fide divina recipiendae sub sanctione anathematis saltem ex more non proponuntur. Tum vero synodus pro homine primatum Petri obtinente exhibet quemcumque in cathedra romana Petro succedentem (ib.), scilicet non solum praeteritum vel praesentem, qui magis proprie jam successit, sed etiam ponentem adhuc temporis progressu actum succedendi, h. e., quemcumque romanum pontificem futurum, id quod revelationem eventus futuri hujus factam per apostolos supponit. Denique synodus profitendo romanam prae alia successionem in primatu non verbo latiore tenendam, sed credendam (ib. *c.* 3; *D* 1672), potius revelatam ipsam quam mere conexam revelatis esse indicavit.

4. Nec quidquam solidi divinae testificationi, de qua quae- 585
ritur, opponi potest. Neque enim obstat, quod scriptura de decreto primatus Romae affigendi vel de facto jam affixi

silere videatur, cum fons alter, unde veritates revelatae hauriantur, sit traditio. Neque obstat, quod factum quidem illud sit aliunde cognoscibile; nam praeterquam quod actus Petri solus, aliunde cognoscibilis, stabiliendo successionis modo immutabili non sufficit, potuerunt facta etiam aliunde nota a Deo revelari et sunt revelata. Neque tandem obstat, quod factum idem Petri ab initio ecclesiae traditum non sit neque tradi potuerit, cum nondum esset verum. At enim depositum fidei catholicae morte demum apostolorum conclusum esse scitur. Ceterum licet existimare, Dominum, quamvis non statim ab institutione primatus, in principiis tamen ecclesiae, immo probabilius ante ascensionem cum reliquis rebus gravioribus (cf. *Ad* 1, 3) vel sua sponte vel apostolis etiam interrogantibus revelavisse absolutam suam voluntatem, ut Petrus aliquando sedem romanam capesseret pro perenni sede primatus; cujus consilii exsequendi tempus accuratius postea, videlicet evangelio a judaeis repudiato, indicatum Petro sistenti Antiochiae fuerit, unde jam peteret Romam (cf. *Act* 12, 17) ; porro ad firmitatem ejusdem voluntatis clarius ostendendam Petrus fugiens Romam jussus sit redire1); atqui cum voluntate Dei absoluta eventus futurus ipse confestim revelatus esset.

586 5. Et re vera factum unionis, de quo agimus, praedicatione apostolica aliquatenus comprehendebatur. Ita debebat constitutum perennem successionis modum proponere imprimis s. Petrus ipse, ne fideles ignorarent, cui post Petri mortem tamquam pastori summo adhaerendum foret. Similiter apostoli alii sicut ecclesias a se conditas s. Petro vivo cuncti subiciebant, ita, si non omnes ab exordio muneris, at saltem nonnulli ad aetatem grandiorem venientes eas instruebant, quem Petro mortuo caput universalis ecclesiae agnoscerent. Quod etiam ex verbis Optati supra (n. 236) citatis facile colligitur.8) Atqui gravissimam illam veritatem convenientius, quam

*) Id quidem recte videtur conjectare *Holhaeck* (1. c. pag. 181).

-) C. 4. ipsius *canonis regum aethiopici,* qui dicitur Fetcha Nagast, continetur sententia, cum aliis canonibus adseriptis concilio nicaeno, cetcroqui fere omnibus orientalibus schismaticis vel haereticis communis, qua princeps patriarcharum et praepositus is est, qui tenet sedem Petri Romae, ut apostoli mandaverunt, et post eum is est, qui tenet Alexandriani magnam, quae est sedes Marci, et tertius is est, qui tenet Ephesum, quae est sedes Joannis theologi, et

d;

ex auctoritate vel notitia prius mere humana vel historica, apostoli proposuerint nunquam nisi ex revelatione ipsa Spiritus sancti, docentis vel in memoriam revocantis etiam reliquas veritates salutiferas et infallibiliter cognoscendas.

6. In ipsis litteris sacris, 2 *Jo* 1, ubi scribit „Senior Electae 587
dominae“, videtur veritas eadem indicari. Neque enim electa ista est cogitanda femina, cui nomen sit Electa, quia (ex v. 13) sororem cognominem haberet, id quod non est probabile; neque est intellegenda femina, cujus nomen proprium sit *Κυρία,* quia in hac hypothesi apostolus non scriberet rzZrzri) κνρ/'çt, sed *γ.νρΐγ rij* *(cf. 3* 1; *Rom* 16, 13); neque electa, de qua agitur, censeatur femina ulla, quandoquidem de filiis alicujus feminae vix tanta emphasi s. Joannes (v. 1) diceret: „quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes, qui cognoverunt veritatem“; similiter vix feminam apostolus (v. 5) hortaretur: rrogo te, domina . . ut diligamus alterutrum^ ; insuper quominus electam judicemus feminam, videtur prohibere multitudo, quae indicatur major filiorum (v. 4), immo etiam domuum (v. 10, ubi articulo omisso graece dicitur «g orz/«;<); demum personam singularem apostolus potius filiam quam dominam nominaret (cf. *3 Jo* 4; *1 Jo* 2, 1. 12. 18. 28; 3, 7. 18; 4, 4: 5, 21). Est ergo electa illa potius ecclesia quaepiam (cf. *1 Pel* 5, 13), ut praeter interpretes multos recentiores jam sensit *Clemens alex.* (adumbr. in 2 Jo ; *M* 9, 737 s) vel et *Hieronymus* (ep. 123. al. 11. ad Ageruchiam n. 12; *M* 22, 1053 s). Cui sententiae non obstat, quod electa et nati ejus appellantur (v. 1. 4), cum ecclesia ut mater cum omnibus per ipsam regeneratis et praesertim prae filiorum parte apte exhibeatur; et quoniam ecclesia electa una electos plures suos continet, facile intellegas, quomodo apostolus alloquens per vices numerum singularem et pluralem adhibeat (cf. *3 Jo* 9) et, ubi omnes salutaudi erant (v. 13), singulari contentus esse potuerit. Nec profecto obstat, quod s. Joannes non pariter ac s. Paulus ecclesiam, ad quam scribit, expresso nomine compellat, quatenus, sicut mulieri non nominatae, ita ecclesiae epistula per hominem deferentem reddi potuit; quae ecclesia epistulam acceptura ipsa quoque voce do-

---

quartus is est, qui tenet sedem Antiochiae, quae est sedes Petri, et episcopi

minae (v. 1. 5) accuratius definiatur. Enimvero ecclesia talis non est putanda cum nonnullo una ex asianis, quod ecclesiam, quam apostolus ipse regeret, dominam non vocaret, ut nec soror electa (v. 13) domina vocatur; sed optime intellegatur ecclesia inter omnes eminens, i. e., romana, cujus etiam filii adeo clari sint (v. 1; cf. *Rom* 1, 8; 16, 19), quam pro commercio magno et ab haereticis petitam apostolus praemoneat. Si autem Joannes alibi ecclesiam dominam non appellat, id vel ex defectu occasionis mirum esse non debet. Ceterum licet conferre verba *Ignatii,* qui erat loannis apostoli discipulus, superius (n. 490. 519) allata.

588 Corollarium. Ex disputatis est veritas in se revelata, pontificem romanum prae aliis esse successorem in primatu Petri. Sed ab ecclesiae saeculis primis constanter et ubique simul cum veritate illa et velut ejus ratio jam in concreto unica proponitur episcopatus urbis Romae a Petro, pro conjunctione scilicet perpetua episcopatus hujus cum primatu (cf. n. 539), ad mortem usque gestus; nimirum in testimoniis traditionis, quibus et novissima doctrina vaticana nititur (vide n. 557), romanus pontifex successor in primatu Petri inde esse dicitur, quod est successor in cathedra romana Petri; quo ipso Petrus fuisse episcopus romanus declaratur. Quare et haec veritas sicut simul semper tradita, ita simul cum priore illa a Deo revelata judicari debet. Porro Petrum commoratum vel etiam mortuum esse Romae, si factum et ipsum revelatum non putetur, ob artum tamen nexum cum veritate episcopatus urbis revelata factum certe dogmaticum existimare opus est (cf. *concilium Vaticanum* l. c .

Thesis XVIÜ. *Singulis proinde romanis pontificibus fagitime electis et de electione sua consentientibus potestas gubernandi ecclesiam in Petro instituta, per Christi concessionem immediatam, universa inest. Quamquam distinctio inter sedem et sedentem sano sensu minime caret.*

Declaratio. Loquimur de iis, qui episcopi romani ex numero hominum aptorum[1]) electi sint legitime, i. e., secun-

[1]) Subjectum aptum divino jure ipso non est nisi mas compos mentis et ecclesiae membrum. Neque enim est femina, cui Christus nunquam ecclesiae re-

dum leges pro determinanda forma electionis valida per auctoritatem ipsius pontificis romani constitutas. Hujus enim est solius leges ferre, quibus bono, praesertim necessario, ecclesiae totius prospiciatur et obligatio ejusdem ecclesiae oriatur; talis autem utique est lex, quae regat successorum in episcopatu romano et oecumenico electionem. Unde quidquid interventus ipse laicorum in hac re aliquando vere valuit, id a voluntate saltem indulgente pontificis summi repetendum est. Cum electione etiam acceptionem electionis liberam pro more omnino exquirendam memoramus. Neque enim Christus ipse jam invisibilis ligando absolute quemquam humanitus electum prae alio,qui eligi possit, primatu sacro afficit, neque pontifex prior, neque electores munus tale summum imponere dissentienti valent. Et revera cujus consensus requiritur ad pontificatum retinendum, ejus ad assumendum quoque necessarius est. Atqui pontifex romanus invitus nemo manet, ut vel intellegitur ex abdicatione pontificatus facta probabiliter jam a Pontiano (cf. A ad a. 235), certe ab aliis, ut Coelestino V, et ex ejusdem *Coelestini V* expressa declaratione praevia (cf. decretal. 1. 1. t. 7. c .1. in 6). Nimirum neque generatim jurisdictio similiter ac potestas ordinis charactere physico perpetuo impresso indelebilis est, neque lex specialis Dei onus semel susceptum primatus usque sustineri jubet, neque auctoritas humana ulla obligare caput ecclesiae potest[).

gendae potestatem dedit (cf. *1 Cor* 14, 34. 35; *1 Tim* 2, 11. 12); neque est homo carens usu rationis, cujusmodi est infans, quoniam iste munus, cum ad usum promptum ordinetur, neque per se ipse neque pro summa infallibilique actione per alium gerere potest; neque primatum sacrum obtinere quisquam valet, quin, quamvis eousque laicus, sit tamen intra ecclesiam, quandoquidem caput ecclesiae oportet esse membrum. Sin autem homo aliunde minus aptus vel dignus eligatur, electio, quantumvis illicita, non tamen divino jure est invalida; quod penitus exigitur, ne majore damno caput ecclesiae saepius nullum vel incertum sit. Veium illis impedimenta juris ecclesiastici addi possunt, quae electionem etiam irritam reddant; ita electio simoniaca, semper quidem illicita, ex constitutione nCum tam divinou a ***Julio II*** edita et in concilio later. V s. V innovata (/Z 9, 1656 ss) jam validitatem ipsam impedit, dummodo praeter alia simonia mox prorsus manifesta fiat (cf. *IFernz,* jus decretalium 2*, n. 580).

J) Praeter mortem et liberam renuntiationem a munere removeri pontifex potest moriendo quasi moraliter per amentiam certam et perpetuam vel, quatenus Deus id permittit, ipso facto culpae jure divino ab ecclesiae corpore ideoque capitis dignitate excludentis, cujusmodi infra probatur sola haeresis vel schisma*

Porro electis pontificibus romanis et electioni propriae consentientibus ab ipso Christo pontificatum romanum vel primatum sacrum realiter non distinctum impertiri per partem thesis primam affirmamus. Videlicet electionem quidem legitimam, etsi a vera potestate fiat, tamen esse arbitramur instar causae conferentis per se solum jus ad primatum sacrum et exigentis per jus idem primatus concessionem, electi autem consensum censemus esse instar merae condicionis primum pro obtinendo interim jure ad primatum, si acceptio primatus ad deliberationem maturiorem prorogetur, deinde ut jus in primatu vel primatus a Domino ipso recipiatur, modo fere simili ac quo actio sacramentalis ministri causa quaedam moralis, consensus suscipientis hominis adulti condicio necessaria juris ad gratiam et gratiae divinitus infundendae est. Ceterum causa electionis exigente et condicionis exsecutione per consensum ultimum electi accedente conferri primatum continuo, quamvis nondum consecratis, vel eo intellegimus, quod universe per consecrationem sola potestas ordinis, in omnibus aequalis, non potestas jurisdictionis, majore minoreve gradu, communicatur. Quamobrem recte *Nicolaus II* in synodo romana a. 1059 potuit decernere, ut pontifex etiam ante consecrationem ponere valeret actus omnes jurisdictionis; ita enim statuit (juris can. dist. 23. c. 1): nPlane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in apostolica sede juxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen, sicut vere papa, auctoritatem obtineat regendi romanam ecclesiam, et disponendi omnes facultates illius; quod beatum Gregorium ante consecrationem suam fecisse cognovimus.u Legesis etiam *extrav. comm.* l. 5. t. 10. c. 4. Videtur tamen aliquando, ex lege pontificis cujusdam praecedentis vel ex consuetudine, sive

tica separatio a corpore ecclesiae manifesta (th. XXXIII. col. XXVII. p. Ill η. 3)- Deponi autem ab hominibus verus pontifex summus nullo modo potest, neque directe privando potestate, quod in superiorem jurisdictio ad ferendam sententiam privantem non habetur vel quod potestas ab inferioribus non magis aufertur quam confertur, neque indirecte electione ab electoribus revocata, siquidem electores facultate eligendi, non revocandi electionem potiuntur, immo peracta electione facultatem suam omnem a pontifice novo saltem tacite confirmante tenent, qua contra hunc superiorem dantem valide uti nequeunt.

caeremonia alia sive, cum soleret eligi homo nondum consecratus, ipsa consecratio fuisse elementum, quod cum electione designationem episcopi recturi demum constitueret; cf. concilii romani a. 898 sub *Joanne IX* c. 10, fortasse jam decretum a *Stephano V (IV)* a. 816. (juris can. dist. 63. c. 28. col. ***R*** ad a. 816 et 898). Neque magis est, cur electione acceptata differri divina datio primatus usque ad consequentem in ecclesiae agnitionem existimetur].

*) Congruenter judicandum de sententia illa famosa: Papa dubius est papa nullus. Quae utique non est vera, quotiens dubium nullo nisi levi fundamento nititur. Sed etiamsi post inquisitionem diligentem dubitatio seria interim maneat, effatum non probatur. Sane primum non recte comparatur papa ita dubius cum lege, quae promulgatione sufficiente carens nulla sit. At papa constituitur per potestatem ipsam sacram supremam obligandi, quae ex se nondum obligat, cum lex sit usus potestatis, quo demum voluntas subditorum ad aliquid agendum obligetur. Hinc lex ex indole propria requirit promulgationem, quod solum media cognitione voluntatem ad hoc illudve volendum obligare valet, potestas legifera jam ante promulgationem suam simpliciter esse potest. Reapse Christus Dominus hominum omnium erat, priusquam manifestaretur, nec per se quidquam impedit, quominus papa hominem sibi soli praesentem jussu suo episcopum urbis cujusdam statuat. Itaque saltem ex natura rei papa ipse jurisdictione divinitus collata sine promulgatione esse potest, quamvis pro jurisdictionis usu promulgatio praevia exigatur. Tum vero non exsistit jus positivum Dei vel ecclesiae, quo praeter electionem signo externo ultimo acceptatam hujus ulterior promulgatio eademque cum effectu agnitionis instar causae vel condicionis necessariae pro primatu recipiendo praescribatur. Quare simulatque electus v. g. legato hominum rite eligentium consensum suum de primatu ipso aperit, primatum a Deo obtinet, nec promulgatio amplior vel agnitio ecclesiae pontificem quomodocumque facit, sed jam factum supponit. Proinde eatenus tantum papa positive dubius esset certo nullus, quatenus fieri nunquam posset, ut homo vere electus et electioni consentiens dubitationi seriae obnoxius exsisteret; atqui hoc perperam affirmatur. Etenim utique nunquam ecclesia moraliter universa firmiter reicere papam verum errore gravi potest neque unquam firmiter adhaerere papae falso potest; at sicut de veritatibus ipsis revelatis, ita de facto dogmatico papae quamvis veri haerere dubia poterit; immo concedere licet, papam verum non solum ab initio dubium esse posse, sed prius satis agnitum, nempe jam sive facto sive momento dogmatico consensus prioris quadantenus obscurato, posse dubium evadere. Nimirum visibilitas ecclesiae postulat, ut caput visibile per se sit; cui non repugnat caput per accidens excitatis turbis aliquamdiu non videri. Et revera sedes primatus non minus dubie occupari quam plane vacare etiam per annos potest Neque mensura alia tempori talis dubitationis pariter ac vacationis recte assignetur quam qua superata de continuatione saltem moraliter perpetua primatus Petri vel exercitii primatus necessarii ecclesiae conservandae actum esset, id quod eveniret, si decedentibus hominibus successorem Petri electuris vel episcopis jurisdictione praeditis alii satis efficaciter

4-90 Quomodo affirmetur primatus inesse singulis; idem a Christo dari probatur.

591 Tum parte thesis altera asserimus, primatus potestatem universam seu praerogativas ejus omnes inhaerere, ut subjecto, singulis ex aequo pontificibus romanis, et hoc sensu esse personales, atque eatenus tantum convenire sedi, quatenus conveniant romano pontifici sedenti et quatenus per jus divinum non alius quam episcopus romanus esse debeat successor in primatu Petri. Nimirum potestas primatus a subjecto suo, pro qualibet aetate uno seu singulari, nequaquam sic secernitur, ut potestatis pars in hoc subiectum competat, pars reliqua extra idem quaerenda sit. Quo ipso excluditur distinctio inter jura vel privilegia sedentium singulorum et jura sedis, quam excogitarunt vel susceperunt richeriani, janseniani, gallicani, tebroniani, vi cujus v. g. pontifices romani singuli in fide falli possent, maneret tamen indefectibilis sedes ipsa, quatenus error ab uno quopiam pontifice commissus per successores mox emendaretur; quo spectat nominatim defensio declarationis conventus cleri gallicani a. IG82, ut l. 10. c. 4. 5 ss. 12 s. 14 s.

Nihilominus per partem thesis ultimam fatemur, differentiam, quae intercedat inter sedem et sedentem, ad veritatem indicari posse. Quae autem sit partis hujus et priorum qualitas, ex dicendis patefiet.

592 Demonstratio p. I. 1. Electis et volentibus primatus dici posset impertiri aut ab ecclesia tota aut ab electoribus aut a pontifice decessore aut immediate ab ipso Christo Deo. Atqui primatus non ab ecclesia tota impertitur, quia primatus jurisdictionis ei neutiquam inest, neque oboedientiae lege officioque, cui respondet jus regendi, erga pontificem ecclesia obstringere se ipsa potest, cum nemo voluntate nisi superiore obligari obligatione vera propriaque valeat. Neque ab electoribus primatus in re communicatur, ut qui non magis potestatem summam neque facultatem imponendi sibi jugum oboedientiae

a pontifice summo, utpotc parum comperto, constitui non possent. Certe in his angustiis ex promissione sua Dominus remedium afferret, non quidem permittendo, ut ecclesia pontificem dubium, quamvis canonice positum nec sponte renuntiantem, tamquam nullum desereret, sed potius efficiendo, ut rei veritate tandem explorata cum legitimum studio debito sequeretur. Quapropter jam praestabit, effatum controversum velut reliquias schismatis magni occidentalis, per illud scilicet ex mente auctorum multorum componendi, a libris theologicis amandare.

habeant, etsi jus ad rem offerre et accipienti dare illi possunt. Neque primatus conceditur a decessore: non a mortuo, uti patet; neque confertur a vivente; nam non datur ita, ut pontifex dans potestatem summam retineat etiam sibi, quod plures simul nequeunt primatum obtinere nec solet fieri reapse electio successoris nisi remoto aliquamdiu decessore; neque datur ita, ut pontifex dans, sive moriendo sive libere renuntiando, primatum alteri dimittat; etenim, praeterquam quod sic pontifex libere quidem renuntiando se ipse pariter ac ceteros alteri subiceret, utrumque item saltem experientiae adversatur, per quam antistes novus aliquanto post recessum veteris constituitur; immo etsi novus jam antea electus continuo succederet, tamen etiam in boc casu insueto ille non a solo decessore obeunte vel libere se munere abdicante, sed potius a Christo acciperet primatum, quod hujus tradendi modus rectius censetur esse constans; et utique primatum etiam talis novus pontifex tenere tunc inciperet, cum vetus illum amplius non haberet ideoque vetus idem causa officii oboedientiae novo pontifici praestandae vel juris consentanei in re primatus esse non valeret; cui non obsistit, quod pontifex adhuc tenens potestatem cum juribus aliis etiam post decessum suum in caelo ipso ratis jus, jam in re, eligendi successoris in tempore, sive se vivente sive defuncto, exercendum impertire atque adeo saltem per electores a se constitutos jus ad rem primatus ex lege perpetuitatis a Deo concedendi dare potest. (Juae cum sint ita, restat, ut primatum ipse Christus Deus praebeat.

2. Et sane est voluntas Christi ipsius efficax et perpetua, h93
ut Petrus habeat semper in primatu successores (th. XIV), proindeque ut ille omnis sit primatu insignitus, qui successionis condicioni satisfecerit. Atqui condicio successionis in primatu, distinctione rationis facta, episcopatus est romanus (th. XVJ; hujus autem adipiscendi causa per se exigens est legitima electio, condicio necessaria et sufficiens est consensus hominis electi. Ergo est voluntas ipsius Christi efficax, ut persona omnis pro episcopatu romano consequendo per electores rite designata et consentiens habeat primatum. Atqui eo ipso, quod Christus efficaciter illud vult, confert ipse primatum.

3. In sensum eundem optime accipias dicta Patrum illa, f»94
quibus verba Domini primatum enuntiantia ad singulos quos-

que pontifices romanos etiam directe referuntur; revise *formulam Hormisdae* (n. 493), effata *monachorum secundae Syriae* (n. 506), *Pelagii II* (n. 148), *Vitaliani* (ib.), *Theodori sinditae* (n. 148. 483), *Bernardi* (n. 165).

4. Parti eidem thesis accedit confirmatio tum ex verbis supra (n. 555) positis *Humberti de Romanis,* tum praecipue ex eo, quod *Clemens VI*(n. 556) pro unione cum ecclesia armenos jubet credere, romanos pontifices, praeteritos, praesentem, futuros, tamquam legitimos et potestate plenissimos Christi vicarios, omnem potestativam jurisdictionem, quam Christus ut caput conforme in humana vita habuit, immediate ab ipso Christo super totum ac universum corpus militantis ecclesiae accepisse. Cui sententiae, „pure et simpliciter^ excipiendae, utique vim inferret, qui illud -immediate ab ipso Christou non absolute, sed tantum pro b. Petro vel ad excludendam potestatem intervenientem principum et populi acciperet, praesertim quod vicarius Christi similiter a Christo solo, ut prorex a solo rege statuetur. Unde veritas, quam hic tuemur, saltem ad catholicam doctrinam certam pertinere intellegitur.

Corollariam. Hactenus quidem spectavimus casum certe solum usitatum electionis non a pontifice ipso factae. Nec tamen aliter judicandum, si demonstretur pontifex romanus designare posse immediate suum successorem designatione non tantummodo latius dicta, quae sit demum simplex commendatio pro electione ab aliis conficienda, sed designatione stricte dicta, qua successor a decessore solo sibi substituatur. Sane et pro hac hypothesi pleraeque rationes explicatae valent; unde, non minus quam reliquis per alios electis, etiam illi a solo pontifice directe per electionem quandam anticipatam designato atque consentienti post obitum vel abdicationem decessoris primatus a Deo ipso impertiretur. Ceterum non recte potestas successoris valide sensu stricto designandi pontifici summo denegatur. Nam in revelatione et potestas ejus per se amplissima describitur neque usquam divino jure speciali ad modum successionis procurandae hunc prae illo item fini successionis apto coangustata invenitur. Neque enim potestas valide designandi excluditur sententia illa celebrata (ut *juris can.* decretal. l. 3. t. 30. c. 15; t. 38. c. 15), sanctuarium Dei non jure hereditario debere possideri; qua signi-

ticatur solum, a nullo rem sacram ecclesiae quasi profanam suam consanguineis ut talibus vel ad arbitrium neglecto bono ecclesiae transmittendam esse (cf. ib. C. 8. q. 1. c. 5—7); cujusmodi transmissio ab antistitibus inferioribus contra canones invalide, a pontifice supremo canonibus ecclesiasticis non subjecto contra legem Dei illicite patraretur, similiter ut episcopos parum dignos idem illicite, quamvis valide praeficeret; de qua distinctione usus liciti et validi potestatis pontificiae inferius (th. XXI. p. II. n. 3. k) agendum erit. Et vero pontifex ut per alios, etiam ad hunc finem peculiarem extraordinarie a se electos valet eligere successorem, vacante demum sede et praevia consensione divinitus primatu instruendum, ita per se ipse designando eligere hunc valebit, qui tempore suo consentiens primatum a Domino obtineat. Unde patet, quam inepte opponatur, a pontifice non posse fieri successoris electionem, utpote pro tempore valituram, quo ille pontifex jam non sit, quasi potestas eligendi a pontifice aliis assignata non et ipsa valeat pro tempore, quo ille pontifex jam non sit; nimirum pontifice etiam defuncto Deus aeque designationem immediatam ab eo factam ac potestatem designandi ab eo emanantem cum actu suo ratam habet; neque rninor vis requiritur, ut potestas talis vel jurisdictio alia et lex post decessum pontificis olim dantis perseveret, quam ut effectus moralis novus voluntatis pontificiae oriatur; qui fit Domino ipso ecclesiae auctore decretum pontificis sustentante, similiter ac naturae auctor testamentum post mortem hominis valere vult; etsi designatio pontificis futuri interim confert designato scienti quidem et volenti saltem jus ad rem, quod pro ejus placito ilico post defunctum pontificem priorem jure in re vel primatu ipso commutari potest. Absurdius quoque obicitur, a papa papam eligi non posse, quod electioni tali papa supponeretur; at, sive electio est immediata sive mediata, papa eligens papae eligendo, decessor successori, non idem sibi supponitur.

Neque consuetudo opposita evincit, invalide a deces- 597
sore successorem designari, sed summum, propter periculum abusus ex studio praesertim propinquorum nimis facilis et scandalum timendum non satis licite legem electionis ipsa longa experientia adeo probatam posthaberi. excepto qui-

dem casu necessitatis vel utilitatis manifestae. Insuper consuetudo illa exceptiones habet; ita ex documentis recen tius detectis *Felix IV* (a. 526—530) reapse sibi successorem Bonifatium II sensu stricto designavit (7? 879 «. 879 jj), qui tandem verus pontifex ab integra ecclesia, agnitione nempe infallibili, est simpliciter agnitus (cf. Λ’ 880); cui exemplo non obsistit, quod *Agapifus I* anathema pro poena fortasse etiam importunius dictum Dioscoro antipapae electo contra Bonifatium II rescidit *(R* ad a. 535). Ipse *Bonifatius II* Vigilium successorem designavit neque designationem istam, refragando dignitati propriae designatione nixae, eo retractavit, quod invalida per jus divinum esset (7? 882); quae illicita vel minus opportuna sive in se sive in modo esse potuit. Immo potestatem presse designandi, quamvis forte pro concordia majore clericis utcumque participibus exercendam, jam synodus romana habita sub *Symmacho* a. 499 in pontifice supponere videatur (juris can. dist. 79. c. 2 10), collatis quidem verbis *Ennodii* de Hormisda pontifice futuro (1. 8. ep. 33. 39; **J/** G3, 144. 147), qui et confestim Symmacho successit (cf. *R* ad a. 514 De pontificibus primorum saeculorum, ut Lino, Anacleto, Clemente, Evaristo, Stephano, magis minusve probabiliter a decessore designatis conferre licet *Irenaeum* (supra n. 489), *Eusebium* (hist. eccl. 1. 5. c. 6; 1. 3. c. 13. 34; 1. 7. c. 2; *M* 20, 445. 248. 288. 640), *Tertullianum* (de praescript. c. 32; infra th. XXXVII. n. 8), *Epiphaniam* (supra n. 528), *librum pontificalem* (ed. Duchesne 1, 153). Porro *Coelestinus III* et *Clemens VII* utique successorem quantumvis sibi exoptatum minime designarunt, sive designationem pro adjunctis non licere sive omnino non valere putaverunt, sed nihil doctrinae definierunt (apud Baronium, annal, eccl. ad a. 1198, n. 1; Raynald. ad a. 1534, n. 1 in continuat.) Consimiliter *Paulus III* quidem designationem successoris firme recusavit, quam disciplinam vel solis rationibus honestatis et opportunitatis tenere ipse potuit; *Pius IV* vero etiam semel iterumque in consistorio affirmavit, se adhaerere sententiae ei, qua successor a pontifice sibi eligi non possit; at nunquam Pius idem edidit locutionem ex cathedra, i. e., talem, qua fideles omnes potestate summa ad assensum peremptorie obligaret; insuper decretum irrevocabile ideoque infallibile ne futurum quidem in animo habuerit

(cf. *Sagmüller,* Archiv für kath. Kirchenrecht Bd 75, a. 1890, 113 ss; universe *Holliveck* ib. Bd 74, 329 ss, qui erudite disputat, sed designationem ipsam validam mihi nimis restringere videtur; *Grisar,* Greschichte Roms 1, n. 321 ss; *Wernz,* jus decretalium 2a, n. 507). Etsi autem pro minore ecclesiae malo in casu quovis, etiam designationis illicitae, successor in primatum saltem valide non secus a decessore designari ac per electores indignus eligi potest, tamen legem ex se stabilem designationis pontifex ferre nequit, non solum ideo, quod lex esset invalida ut ecclesiae perniciosa, a qua infallibilitas ipsa pontificia defendit, sed quod nec se ipsum nec successores suos papa lege constringere valet, cum subditi non sint. Nec magis ubi ille ipse eligit, legem electionis usitatae licite abrogare vel suspendere ita potest, ut eligendi modum nullum supplentem post se relinquat; nam ita, quantum est in se, periculum induceret, ne homine designato tandem deficiente via ponendi successoris aperta non restaret, simulque laederet jus, quod designatus quisque per se a Deo habet oneris pontificalis tum valide, tum, praesertim si se imparem sentiat, licite recusandi; quippe hoc subire pro perennitate primatus divinitus statuta homo talis jam deberet, saltem donec rationem aliquam idoneam determinandi successoris providisset.

Demonstratio p. II. 1. Secundum testimonia scripturae 598
et traditionis jam proposita (th. XIV) primatus Petri institutus est perpetuus. xAtqui eatenus tantum primatus Petri est perpetuus, quatenus potestas regendi ecclesiam, collata Petro, nunquam divisa reperitur inter plures, sive simul sive successive exsistentes, sed inest universa solis singulis pro quovis tempore b. Petro succedentibus; primatus enim Petri in eo situs erat, ut ipse Petrus unus subjectos sibimet haberet fideles Christi omnes cum plenitudine potestatis ligandi et solvendi. Ergo potestas regendi ecclesiam in Petro instituta inest successoribus Petri singulis universa. Atqui successores Petri sunt pontifices romani legitime electi et de electione sua consentientes (th. XV. XVIII declar.).

2. Et revera verba Domini primatum cum omnibus prae- 599
rogativis suis exprimentia ad Petrum diriguntur eum, qui ecclesiae perennis sit futurus perenne fundamentum; i. e., non respiciunt Simonem Petrum solum, sed in significatione et

efficacia sua tota etiam ad eos pertinent, quibus Simone mortuo vi voluntatis Christi, verbis illis indicatae, proindeque ab ipso Domino directe communicanda sit potestas eadem, quam primus tenuit Simon, videlicet potestas primatus non minuta neque per hominem ullum, ne per ipsos quidem summos ecclesiae pastores, cum Christus refragetur, minuenda; unde sint perpetuo exstaturi, qui jure prorsus aequo, ac quondam Simon Petrus, sint item Petrus vel petra fundamentalis ecclesiae totius. Atqui hoc ipso talia subjecta principatus sacri postulantur, quae, quamvis singula pro singulis aetatibus, obtineant singula potestatem universam; sicut enim Simon Petrus non ut collectio quaepiam unita personarum, sed ut persona una in se collectas facultates quaslibet habebat, ita non nisi in persona pro tempore uno una habente sibi pariter plenitudinem potestatis Petrus vivere pergit. Ergo Simonis Petri successores sunt divino jure personae singulares, quarum unicuique jura vel privilegia primatus inhaereant universa. Atqui successores Petri sunt pontifices romani.

3. Quare in monumentis traditionis pontifices romani singuli ut persona moralis eadem ac Petrus, tamquam Petrus vivens et agens exhibentur. Recole opportune verba dicta in *concilio ephesino* (n. 71. 493), *chalcedonensi* (n. 71. 493), *constantinopolitano III (oecum. VI.;* n. 493), *Cypriani* (n. 488) auctoris tractatus *adversus aleatores* (ib.), *Optati* (n. 487) *Siricii* (ib.), *Coelestini I* (ib.), *Arnobii junioris* (n. 550), *Petri Chrysologi* (n. 486), *Leonis M.* (n. 147. 475. 486. 553), *Gelasii I* (n. 148. 485;, *Ennodii* (n. 484), *formulae Hormisdae* (n. 493), *Pelagii II* (n. 148», *Vitaliani* (ib.), *Hadriani!* (n. 550), *Theodori studitae* (n. 148. 483), *Leonis IX* (n. 554), *Bernardi* (n. 165). Quibus accedit recens *Leo XIII* scribendo (encycl. de unitate ecclesiae, 29. jun. 1896): „Quae vero et cujusmodi summa ista potestas sit, cui christianos parere oportet universos, non aliter nisi comperta cognitaque voluntate Christi statuendum. Certe in aeternum rex Christus est, itemque moderari in aeternum tuerique regnum suum e caelo non visus perseverat; sed quia conspicuum illud esse voluit, designare debuit qui gereret in terris vices suas, postea quam ipse ad caelestia rediisset . . Jesus Christus igitur summum rectorem ecclesiae Petrum dedit, idemque sanxit ut ejusmodi magistratus saluti communi ad

perennitatem institutus, ad successores hereditate transferretur, in quibus Petrus ipse esset auctoritate perpetua superstes. Sane insigne illud promissum beato Petro fecit, praeterea nemini: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam'.[u]

4. Praeterea hinc quidem romana sedes jam ab antiqui- 601
tate appellatur apostolica per excellentiam, i. e., non solum significatione historica, quod ab apostolo aliquo vel, ut sedes antiochena, a principe apostolorum ipso fundata vel etiam occupata sit, verum et juridica, quod Petri potestas apostolica affixa ei maneat; illinc vero Patres de privilegiis romanae sedis disserentes ut unum idemque subjectum sedem ac singulos pro tempore sedentes repraesentant. Vide primum testimonia supra (n. 219) citata, deinde dicta *Cypriani* loquentis de asseclis Fortunati (n. 488), *Optati* (n. 487), *Innocenta I* (ib.), *Hieronymi* (n. 87), *Augustini* (n. 70), *Aviti* (n. 484), *regulae Hormisdae* (n. 493), *Maximi martyris* (n. 102), *Leonis IX(y\.* 149), *Bernardi* (ib.), *Georgii trapezuntii* (n. 140).

5. Pontifices romani singuli totiens, certe sensu vero pro- 602
prioque, dicuntur successores Petri (repete effata complura memorata in th. XIV. XV). Atqui sensu vero proprioque non est successor nisi ille, qui succedit in omnia decessoris jura.

6. Praerogativae primatus aut ipso munere successoris 603
Petri includuntur, aut ab indole subjecti pendent. Atqui in hypothesi priore praerogativae omnes insunt omnibus et singulis Petri successoribus, i. e., pontificibus romanis; alterum vero falsum esse ex eo deprehenditur, quod ita jam potestas primatus foret fluxa et incerta proindeque fini suo consequendo impar.

7. In rem est etiam, quod docet *Humbertus de Romanis* 601
(supra n. 555), praesertim vero, quod proponit (n. 556) credendum *Clemens VI,* siquidem plenitudinem potestatis generatim omnibus pontificibus romanis ita asserit, ut jura eidem consentanea in judicando nominatim etiam sibi soli, hic et nunc regenti, exercenda vindicet.

8. Hinc tandem ex *definitioneflorenlina* (n. 494) non magis 605
sedi apostolicae quam ipsi pontifici romano, utique cuilibet, tradita est in Petro a Domino Jesu Christo plenitudo pote-

statis. Eandem veritatem inculcat *concilium Vaticanum* (s. IV. c. 1—4: *D* 1667 ss). Quam esse dogma fidei arbitramur.

Demonstratio p. 111. 1. Potest sedes, cathedra, thronus intellegi auctoritas ipsa sacra, vocabulo translato a significatione propria sedis materialis, quae est auctoritatis signum; et sic accepta sedes comparari potest cum subjecto auctoritatis seu cum sedente. Atqui menti ita conferenti multiplex discrimen sedis et sedentis, cum certitudine quidem, innotescit; quae ipsa distinctio est saltem rationis, qualis potest cadere in jurisdictionem, rem scilicet moralem, quamvis per actum physicum inditam. Sane

607 a. sedes, sicut et sedes materialis, invenitur esse aliquid permanens, dum homines singuli sedentes, ut mortales, transeunt.

Ms h. Quocirca sedes una est, nec mutationi ex aliis et aliis sedentium qualitatibus pure personalibus meritisque sive bonis sive malis est obnoxia; sedentes vero successive plures sunt iique indolis diversae. Hanc distinctionem solam voluit urgere *Leo M.* eo loco (ep. 106. al. 80. ad Anatolium episcopum constantinop. c. 5; *M* 54, 1007), quo gallicani aliique sunt abusi; ubi privilegia sedis alexandrinae et antiochenae, firmata quidem jure non divino, sed ecclesiastico, tuetur s. Leo in hunc modum: „Njhil alexandrinae sedi ejus, quam per sanctum Marcum evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis; nec Dioscoro impietatis suae pertinacia corruente, splendor tantae ecclesiae tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque ecclesia, in qua primum praedicante beato apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternae constitutionis ordine perseveret, et in gradu tertio collocata numquam se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes, aliud praesidentes; et magnus unicuique honor est integritas sua. Quae cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in constantinopolitanae urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per observantiam tuam, et defensionem paterni canones, et exemplum probitatis multi habeant sacerdotes ?u Eodem sensu scribit Leo (ep. 119. al. 92. ad Maximum antioch. episc. c. 3; J/54, 1042s): „Dignum est. . te apostolicae sedis in.hac sollicitudine esse consortem et ad agendi fiduciam privilegia tertiae sedis (antiochenae) agnoscere, quae in nullo cujusquam ambitione minuentur, quia tanta apud me est nicaenorum canonum re-

verentia, ut ea quae sunt a sanctis Patribus constituta, nec permiserim, nec patiar aliqua novitate violari. Etsi enim diversa nonnumquam sunt merita praesulum, jura tamen permanent sedium; quibus etsi possint aemuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem/ Praeterea videas verba ejusdem Leonis supra (n. 486) memorata vel et *Padani* (n. 436).

c. Consequenter sedes jam etiam exsistere ante singulos 609
in ea succedentes noscitur.

(I. Ad haec sedes primatus, de qua agimus, ecclesiae ro- 610
manae est immutabiliter inserta; sedentes vero successores
Petri ad ipsam quoque ecclesiam romanam libere asciscuntur.

e. Demum perpetuitas sedentium etiam simul spectatorum 611
non est physica, sed, ut supposita praesenti lege electionis humana fert condicio, per aestimationem tantummodo moralem; e contrario sedes romana ideoque ipsa forma monarchica ecclesiae etiam quasi physice perennis est, licet alio modo maneat tempore sedis vacantis, alio sedis plenae. Nimirum per intervalla sedis vacantis auctoritas suprema durat velut in effectu, quatenus ex voluntate Dei ob ecclesiae bonum tum in ecclesiis singulis perseverat potestas episcoporum ordinaria, ab ipso summo pontifice adhuc vivente communicata cum officio respondente oboediendi, tum etiam ecclesia universa gubernatur legibus ab illomet conditis, quae tempore sedis vacuae abrogari nequeunt; quidquid nempe pontifex ligavit, ligatum interim in caelo ipso manet. Insuper autem, defuncto quolibet sedente, manet ipsa quoque, quae prius erat, auctoritas suprema, at non jam actu, sed potentia. Videlicet primatus nemini tunc actu inest, unde etiam lex nulla proprie dicta seu ex se perpetua, quae obliget ecclesiam universam, tunc ferri potest nec dogma definiri; verum ex lege Dei ipsiusque pontificis decessoris et respondente officio ecclesiae electio capitis monarchici tunc procuranda est; quae ipsa, ut ajunt, exigentia positiva successionis in primatu vel necessitas, qua debetur sedi romanae sedens heres unus singularis Petri, illa loquendi formula exprimitur, qua vacare sedes dicitur. Quare etiam in statu petrinae sedis vacuae ecclesia Christi, quamvis minus plene esse in se una intellegitur.

2. Potest nomine sedis universitas sedentium designari. Quod si fiat, sedem a singulis sedentibus distingui distinctione etiam reali inadaequata manifestum est. Qua tamen distinctione non auctoritas sacra ipsa seu forma, sed subjectum auctoritatis solum seu quodammodo materia attingitur; videlicet tempore procedente exsistunt plures, qui potestatem gerant, non plus potestatis.